SIGNATURA: I 266

260 I 272
266

lexandri- inquiens. ...inſ... aqua ... diter quam ... ad di- ...tutem, qua ...a tandem ...t Sanctus ... artic. 4.

*Cirillus. Alexan.*

*S. Thomas*

...m prece- ...ratione. ... ſint iam ...cto Can. ...gura per ...ceſſaue- ...era. Di- ...Apoſto- ... Ventũ- ...Eccleſiæ ...am, 96. ...e Eccle- ...tiones ...imo ſan ...in Can. ... Conſe ...radiſſo ...guſtino ...iſo, de ...reden- ...adũ, ...it bon ... Sa ...no om ...gere- ...aden- ...oſare ... can- ...ica. ...menta ...yſicè ...oten- ...cun- ...ien

*Quarta cõcluſio.*

29, 6a

I
260.

S. Thomas.
Suarez.
Soto.
Gabriel.
Vualdenſis.
Nauarrus.
Turrecremata.

Incipiunt ſermones dominicales ſuper euangelia et epiſtolas per totū annū editi a frē hugone de prato ordinis pdicatorū.

Prologus

Ecce dabit voci ſue vocem virtutis. ps. lxvij. Quamuis a multis multipliciter ſint cōflati ſermones. ac et hominum gratiā meruerunt tanq̄ fideles agricole i vinea domini fideliter laborā-tes tandem diurnum denariū fideliter per-cepturi. nihilominus ego nouiſſimus vigi-laui. et viſum eſt mihi bonum in vinea do-mini pariter deſudare. vt gratiā et meritū conſequar cum eiſdem dante deo felicitatis eterne denarium ſimiliter recepturus. De illius ergo confiſus qui ſermonis et ſciētie habet clauem. qui claudit et nemo aperit. aperit et nemo claudit. qui aperit os mutorum et linguas infantium facit diſertas. qui predicatori voci ſue vocem virtutis donat ſermones dominicales de euangelijs et epi-ſtolis per totum annum ad dei honorem. proximorum ſalutem. et predicantium commodum compilaui. prout mihi diuina gra-tia eſt largita. de prato ſcripture ego omni-bus de prato de florido ordine predicatorū minimus. flores colligens et inſerens locis aptis. vt dicti ſermones amplius redolerēt Sed totum euangelium et epiſtolam diui-dens et exponens per membra ſingula moralia immiſcui. et dicta ſanctorum que per-tinent ad ſalutem anime prout materia fuit paſſa. Nullus ergo propter prolixitatē ſer-mones dictos abhorreat vel deuitet. quia ſi multum habet predicare inde accipiet vnū membrum vel duo vel ſolius littere expoſi-tionem enarret. prout melius iudicauerit di-gnum fieri. Quibus autem pluries predicare incumbit diuerſis vicibus poterint membra ſingula predicare varijs cibis et pluri-bus reficientes animas diuerſorum inde vitam eternam et fructum allaturi.

Dominica prima aduentus domini de euangelio

Sermo primus

Dicite filie ſion. Ecce rex tuus venit tibi māſuetus. matth. xxi Iſtud tempus vocatur aduentus domini. quia ſm quattuor dominicas quas cōtinet. quattuor ſaluatoris noſtri aduentus ſancta mater eccleſia recolit. ſcꝫ aduentum chriſti in mundum ſiue in carnem. et hoc in prima dominica. propter quod dicit. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. aduentum chriſti ad iudicandum. et hoc fit in ſecunda dominica. propter quod dicit. Tunc videbitis filium hominis venientem. aduentum filij dei quem facit ad homines in morte. et hoc fit in tercia dominica. in qua agitur de aduentu filij dei ad limbum. per quem aduentus eius in morte hominis deſignatur. propter quod dicit. Tu es qui venturus es an alium expectamus. aduētum chriſti ad mētes noſtras. et hoc fit in quarta dominica. propter quod dicit. Dominus prope eſt

Tunc enim maxime filius dei expectatur venturus in mentes omnium fidelium per gratiaꝫ ſpiritusſancti ſicut corporaliter tūc venit et natus in mundo fuit. quia qui pro humana ſalute perfecte ipſum credunt fuiſſe natum. et tante ſolemnitati digne ſe preparant et diſponunt. non eſt dubium quin filius dei per gratiam in mentibus eorum habitet et quieſcat. Iohannis. xiiij. Ad eū veniemus et manſionem apud eum faciemus. In preſenti autem dominica aduentum chriſti in mundum ſiue in carnem. quando ſcilicet carnem ſumere et naſci dignatus eſt ex virgine glorioſa. ſancta mater eccleſia recolit humiliter et deuote. Qui quidem aduentus deſiderabatur ab omnibus creaturis. Nam deſiderabatur ab omnibus ſuperioribus. ſcilicet ab angelis. vt reſtaurarentur. quia per incarnationem



[…]ERSITARIA Y PROVINCIAL ZARAGOZA BIBLIOTECA n. 17.727

Este libro de fr. Andres nuñez de [illegible] que esta de la orden de nra s. de la [illegible]

filij dei ſedes demonū cadentiū ſunt imple
te. Deſiderabatur etiā ab inferioribus ſcʒ
ſanctis de limbo vt inde extraherētur. qui
ibi detinebantur captiui qui per aduētum
filij dei liberati ſunt. Zach. ix. Tu autem in
ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de la-
cu in quo non erat aqua. Deſiderabatur ab
anterioribus ſcʒ patribus veteris teſtamē-
ti qui propter vehemens deſideriū affligebantur.
et ideo ab ipſis patribus veteris te-
ſtamenti. vt perficerentur non amplius in
vmbra legalium ambulantes neqʒ in ſpe
venturi anima affligeretur. quia ſpes que
differtur affligit animam. Prouer. xiij. Vti-
nam diſrumperes celos et deſcenderes. Yſa.
lxiiij. Deſiderabatur a poſterioribus et mo-
dernis vt in eius fide et merito ſaluarētur
non deſcendentes amplius in infernū. quia
poſt eius aduentū ad celum aſcendunt oēs
qui credunt in ipſum. in vita glorie permā-
ſuri. Iohā. iij. Sic deus dilexit mundum vt
ſuum filium vnigenitum daret vt omnes q
credunt in eum non pereant. ſed habeāt vi-
tam eternam. Hic quidem aduentus tanqʒ
res magnifica valde et etiam res admirati-
one plena et per multa tempora fuit ante
prenūciatus per multorū oracula prophe-
tarum. Inter quos propheta quidā nomie
zacharias de numero. xij. pphetarū pdictū
aduentum a ſpūſancto doctus mirabiliter
prenunciauit et bene et de pñti tanqʒ de re
certa locutus eſt. cō. c. d. Exulta ſatis filia
ſion iubila filia hieruſalem. Ecce rex tuus
venit tibi iuſtus et ſaluator ipſe pauper et
aſcendens ſuper aſinam et ſuper pullum fi-
lium aſine. Mattheus autē hanc propheti-
am recitat licet verba aliquantulū differāt
Et quia euāgeliū hodiernū ſolum propter
hanc prophetiam hodie recitatur que xpī
aduentū veraciter exprimit et deuote. ideo
ſolum hanc prophetiam prout a mattheo
ſumitur proſequar in ſermone. hoc eñ euā-
gelium in dñica palmarū cantatur in qua
ea que in euangelio continētur ad litteram
contigerūt. et ideo ibi hoc euangeliū ſumit
iuxta et proſequatur. ¶ In hac ergo pro-
phetia prout a mattheo ſumitur tria prin-
cipaliter cōtinentur. Primo eñ ānūciatio
bona predicatoribus imperat ibi. dicite. Se-
cundo cui bona ānunciatio annūcietur ſub-
iungitur. ibi. filie ſion. Tercio ipſe aduētus
ſaluatoris mirabilis nūciatur. ibi. Ecce rex
tuus venit tibi manſuetus. ¶ Primo ergo
bona annunciatio predicatoribus imperat
cum dicitur. Dicite. ſcʒ vos predicatores q
eſtis os dei per quos deus ipe loquitur ad
ſalutem. Hiere. iij. Si ſepaueris precioſum
a vili quaſi os meū eris. Matth. xiij. Non
enim vos eſtis loquentes ſed ſpūſſanctus.
Et ideo conſuetudo ē eccleſie vt hodie oēs
prelati predicent. Et omnes fideles debent
hodie ad predicationē ire vt audiant bonā
ānunciationem quam deus homini pmiſit
et veraciter adimpleuit. Et ideo hoc bonū
nuncium de incarnatione filij dei. nec pre-
dicatores debent ſilere. nec fideles alij pro-
pter negligentiam non audire. j. ad cor. ix.
Ve mihi ſi non euangelizauero. id ē ſi non
bonam annūciationem dixero. Euangeliū
eñ idem eſt quod bona annunciatio. ab eu
quod eſt bonū et angelus quod eſt nūcius.
iiij. re. vij. Hec dies boni nūcij eſt. ſi tacue-
rimus et noluerimus nunciare ſceleris ar-
guemur. Hic hiſtoriam breuiter vere ſicut
tunc erat obſeſſa ſamaria et in fortiſſima
anguſtia conſtituta. Nam caput aſini octo-
ginta argenteis vendebatur et tabi ſterco-
ris columbe. id eſt veſica propter grana ibi
latentia quinqʒ argenteis vendebat. et mu-
lieres filios ſuos comederūt. vt. iiij. re. vj.
patet. Sic ante aduentū dei totus mundus
multis et magnis anguſtijs premebatur. et
cibi animarū ſcʒ dōa ſpūſſancti et virtutes
et verbum veritatis nimis erāt cari. et ho-
mines filios occidentes ydolis immolabāt
quod erat iniquius qʒ ipſos comedere.
Erant etiam homines infirmi virtute non
valentes malo reſiſtere nec in bono profi-
cere ſub ſeruitute vitiorum detenti. Erant
etiam ignorantes et turpiter errantes. cre-
aturas creatorem credentes. et eis hono-
res diuinos ſtultiſſime impendentes. et ideo
ſub poteſtate dyaboli tenebātur. propter q
oia i morte ad iſernū dſcēdebāt ibi etnalit



cruciandi. Et ſic abiſſus h: mane miſerie d
aduentu filij dei indigebat abiſſum diuine
miſericordie petens vt ab his omnibus li-
beraretur ad vitā gratie transferenda. Ad-
uentus ergo filij dei dies boni nuncij fuit.
quem nullo modo celare debemus ſed ipm
reuerenter et deuote populis nunciare. et
hoc eſt quod hic mandat dicens. Dicite. i.
ānunciate et predicate diem leticie et grē z
miſericordie plenū. quia ſaluator noſter iā
venit. Yſa. lxj. Spūs domini ſuper me eo q
vnxerit me. euangelizare pauperibus miſit
me vt mederer contritos corde et predica-
rem captiuis indulgentiam et clauſis aper-
tionem et predicarem annū domino placa-
bilem et diem vltionis deo noſtro vt cōſo-
larer omnes lugentes et ponerē conſolatio-
nem lugentibus ſion et darem eis coronam
pro cinere. oleum gaudij pro luctu. palliuʒ
laudis pro ſpū meroris: Nobis quippe leti-
cia geminatur. Antiquis dicebatur ſalua-
tor noſter adueniet. ſed nobis dicitur. Sal-
uator noſter iam venit. Spes autē que dif-
fertur affligit animam. Prouer. xiij. Et ideo
antiqui patres ſūme deſiderabāt quod nos
iam habemus. Bern. Ardorem deſiderij pa-
trum ſuſpirantiū chriſti in carne preſentiaʒ
frequentiſſime cogitans confundor et cō-
pungor in meipſo et nunc vix contineo la-
chrymas ita pudet teporis torporiſqʒ miſe-
rabilium temporū horum. cui nanqʒ noſtrū
tantum ingerit gaudiuʒ hoc munus gratie
exhibite quantum accenderat veteribus ſā-
ctis deſiderium ſola promiſſio. Et ſic patet
primum. ¶ Secundo cui hec bona annun-
ciatio debeat intimari ſubiungitur qa filie
ſion: Sion erat arx et turris dauid in mōte
ſita. et figurat eccleſiam triūphantē q̄ ē arx
dei. Filia ſion erat ipſa ciuitas hierlʒ in val-
le ſita que protegebatur ab arce ſion ſicut fi-
lia a matre. et ſignat eccleſiam militantem q̄
protegitur et defenditur a triumphāte ſicut
filia a matre. Sic ergo illis qui ſunt in hie-
ruſalem id eſt in eccleſia dei hec bona annū-
ciatio predicari debet non ſaracenis: qr ipſi
derident et nolunt audire. Nec iudeis vel
hereticis quia ipſi non credunt. ſed filij dei
incarnationē deprauāt. Matth. vij. Nolite
ſanctum dare canibus. et margaritas non
mittatis ante porcos. Chriſtianis ergo qui
ſunt in valle lachrymarū conſtituti et qui
ſe ſub manu dei humiliant et curant eius
voluntatem audire hanc bonam annuncia-
tionem predicare debemus. Qui autem ſu-
perbiunt chriſtianorum et voluntatem dei
non curant audire ſed potius in plateis eli-
gunt morari et fabulas audire qʒ ad eccleſi-
am dei pergere pro ſalute verbum dei peni-
tus nauſeantes iudeis et ſaracenis peiores
in actibus virtuoſis predicare nō cogimur
nec debemus. Qui enim benedictionem no-
luerit elongabitur ab eo vt dicit dauid ps.
cviij. Matth. ij. Confiteor tibi pater celi z
terre quia abſcondi. h a ſap. et pru. et re. ea
par. id eſt humilibus. Tales autem qui ver-
bum dei contemnunt forte iudiciuʒ ſuſtine-
bunt. Luce. x. c. Dico vobis q ſodomitis
remiſſius erit in die illa qʒ ciuitati illi. Et
ſic patet ſecundum. Tercio aduentus filij
dei mirabilis nunciatur. quia ecce rex tuus
Ecce in ſcripturis frequenter magne am-
mirationis ē nota. ſicut dicitur yſa. vij. Ec-
ce virgo concipiet et pariet filiū. Similiter
eſt hic. Iſte rex qui venit mirabilis eſt ſu-
per omnes qui fuerunt ac etiā ſunt futuri.
et ideo cū magna diligentia noſipſos prepa-
rare debemus vt ipſi in natiuitate venienti
ſm eccleſie repñtationē reuerenter et digne
occurramus vt decet cum oliuis z palmis
vt turbe fecerunt. prout in hoc euangelio
continetur. Debemus ergo ei occurrere cū
oliuis et vera pace pectoris ad deū et cor-
poris ad proximum et cum operibus miſe-
ricordie. Hec enim duo oliua ſignificat. ſci-
licet pacem in folijs et miſericordiam pro-
pter oleum quod generat. per quod miſeri-
cordia deſignatur. Vnde in ſignum pacis co-
lumba detulit ad noe in ore ſuo ramū oliue
virentibus folijs. vt patet geneſis octauo.
Item debemus occurrere cum palmis. id
eſt cum victoria viciorum et demonum.

Nam palma victoꝛiam deſignat vt marti/
res in ſignum victoꝛie ad palmam depigun
tur et antiq̄ palmam tribuebat marti qui ē
deus belli Occurramus ergo obuiam ſal/
uatoꝛi noſtro ipſum recepturi tam humi/
liter q̄ȝ deuote Amos.iiij. Prepa te in oc
curſuȝ dei tui iſraelfacilus enim ē via bern
ardus Non opoꝛtet te homo maria tranſ/
fretare non penetrare nubeſ nō tranſualpi
nare neceſſe eſt.nō grandis oſtēdit tibi via
vſqȝ ad temetipſum occurre deo tuo vſqȝ
ad coꝛdis compunctōem ꝛ oꝛis cōfeſſioneȝ
¶ E Aſſignant autem in ꝓphecia predi
cta quattuoꝛ ratōnes quare eum ſuſcipere
debemus cuȝ magna diligentia ꝛ reuerētia
coꝛpis atqȝ mentis Primo ꝓpter dignita
tem quia rex.Secundo ꝓpter ꝓpꝛietatem
quia tuus. Tercio ꝓpter vtilitatē qꝛ veit.
Quarto ꝓpter manſuetudinem quia man
ſuetus Primo ergo debemus eū ſuſcipere
reuerenter ꝓpter dignitatem quia rex . Et
attende qualis rex . certe non quales alii
imō multū differt ab omnibus alijs.¶ D
Que autem differentia in quinqȝ maxime
apparet Primō i vniuerſalitate quia iſte
eſt rex vniuerſalis ſcȝ celi et terre et iferni
et omnia ei obediunt ꝛ reuerent Phil.v.
Dedit ei nomem qđ eſt ſup omne nomē vt
in nomine ieſu omne genu flectatur celeſti
ūm terreſtriū ꝛ infernoꝝ Sed alij ſunt re/
geſ ꝑticulares quia ſolū terre nec totiꝰ ter
re ſed alicuius ꝑtis Secundo in ꝑpetuita/
te quia rex eſt ꝑpetuꝰ Dan̄.vij. Poteſtas
eius ꝑtās eterna que nō auferef Apo.xix.
Habet in veſtimento ſuo ꝛ in femoꝛe ſuo
ſcriptum Rex regum et dominus dn̄antiū
In natiuitate apparuit q̄ ſit rex regnū et
dominus oīm quia natus eſt intacto ſigillo
virginalis pudoꝛis Unde natus ē rex.ma/
thei.Secūdo Ubi eſt qui natus eſt rex iu
deoꝝ Alij autem fiūt reges ſed nō naſcunt
reges.vn̄ nō ſunt reges a natura ſed a foꝛ/
tuna.nō ſunt ꝑpetui reges ſȝ ad modicū tē
pus vſqȝ ad moꝛtem Tercio in potentiali
tate ꝛ ꝑtāte.quia eius potētia extendit ſim
pliciter ad omnia ſcȝ ſpūalia et coꝛpalia et
celeſtia ꝛ terreſtria.et ad animā et ad coꝛ/
ꝑus et ad omnia bona tam nature q̄ȝ foꝛtū
ne et gloꝛie et gratie et ad ea que ſunt ꝛ ad
ea que non ſunt Math.xxviij. Data ē mi/
hi omnis poteſtas in celo et in terra Sed
potentia aliorum dominoꝝ extenditur ſo/
lum ad coꝛpa et ideo poſt occaſionē coꝛpo
rum nō poſſunt facere amplius et idcirco
modicū ſunt timendi Sed iſte rex pꝰ occi/
ſionem coꝛpis poteſt animam mittere i ge/
hēnam in ꝑpetuo cruciāda.et ideo ſolꝰ iſe
timendus Lu.xij. Nolite timere eos q oc/
cidunt coꝛpus et poſt hoc non habent am
plius quid faciant.timete eum qui poſtq̄ȝ
occi.habe.ptā.mitte.in gehen. Quarto in
perfectōne quia in omnibus ſimpliciter eſt
perfectus et in ſcientia et virtute et bꝛeui/
ter in omni re Sed alij domini in nullo ꝑ/
fecti ſunt Et ita eſt ꝑfectus iſte rex q̄ i nl
lo diſcere vel errare poteſt Quinto in pꝛe
mioꝛum largitate quia innumerabilia ꝛ in
audita ſtipendia ſuis militibus clargitur.
quia cuilibet militi totum regnum ſuū do
nat Luce. Uiceſimoſecundo. Ego diſpono
vobis ſic̄ diſpoſuit mihi pater meꝰ regnū.
Quod regnum eſt ipſe deus omne bonum
continens . Omnes autem alij reges dant
premia miſera ꝛ caduca. Ac etiam Alexa
der qui omnes alios in largitate exceſſit .
qui diuiſit regnum ſuum duodecim pueris
ſuis dum adhuc viueret vt patet . Primo
Mach.j.et ꝑ conſequens poteſtatem et re
gna ſimul donauit et quia hec ſimul om/
nia cum vita perduntur ideo modicuȝ de/
dit. Chꝛiſtus autem perpetua largitur ex
quibus omnibus regis magnificentia de/
monſtratur ¶ Secundo debemus eum re/
uerenter ſuſcipe pꝛopter pꝛopꝛietatem . qꝛ
tuus. Eſt enim noſter.non eſt enim rex ſar
racenoꝝ vel tartaroꝝ . quia in ipſum non
credunt neqȝ iudeoꝝ quia ipſum negaue/
runt dicenteſ Regē nō habemꝰ niſi ceſarē
Jo.xix. Nō eñ terreat nos potētia caro
enim ꝛ frater pater noſter eſt. Ita accidit
de xp̄o et nobis ſicut de Joſeph erga fra/
tres ſuos qui amplexatus eſt eos dicēs.no
lite timere pꝛo ſalute eñ vr̄a miſit me deꝰ
ante vos Geneſ.xlv . Bernar. Puto q̄



chꝛiſtus non poterit me deſpicere os ex oſ/
ſibus meis et caro de carne mea Sed quaȝ
maledicti chꝛiſtiani dicunt ſicut iudei . Nō
habemus regem niſi ceſarem.quia eligūt ſi
bi regem ſcȝ dyabolum qui cedit eos foꝛti
tudine in anima et coꝛpe Ceſar enim dicit
a cedendo Job.xiiij. Ipſe eſt rex ſup om/
nes filios ſupbie Chꝛiſtum autem qui om
nium pinguedine virtutum et ſpūſſancti ḡ
tije vngit nos nolunt ſup ſe regnare Chꝛi/
ſtus enim idem eſt qđ vnctꝰ Lu.xix. No/
lumus hunc regnare ſup eos. ¶ E . No/
ta ergo q̄ iſte rex caro ꝛ frater noſter ē no
bis miſſus a deo q̄ȝtum ad tria Primo ad
exemplum et in exemplū noſtre actōnis vt
ipſum ſequamur in opibus virtuoſis Exo.
xxv.ca. Omnia fac ſcđm exemplar qđ ti/
bi in monte monſtratum eſt.i.in xp̄o. Jo.
xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quem
admodū ego feci ita et vos faciatiſ In cu
ius figura in altum leuatus eſt vt ab omni
bus poſſit videri tanq̄ȝ ſignum directū Yſa
ye.v. Leuabit ſignum in natōes . Secundo
in precium iuſte redemptōnis Eramus eñ
debito inſolubili obligati ſed ꝑ ſuū ſangui/
nem nos redemit Apoc̄.v. Redemiſti nos
deo in ſanguine Caros ergo nos habet qꝛ
care nos emit. Tercio in premiū beate re/
nuntiatōis quia ipſe eſt tota merces Joh.
xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te
ſolum deum verum et quē miſiſti ieſuȝ xp̄ȝ
Ubi nota de Joſeph q̄ dedit Beniamin
fratri ſuo vterino duplicem partem Chꝛi/
ſtus autem eſt frater noſter ex vtroqȝ ꝑen
te qđ non conuenit angelis Ad Hebꝛe.ij.
Nuſquam enim angelos appꝛehendit ſed
ſemen Abꝛae appꝛehēdit Et ideo duplicē
ꝑtem nobis confert.angelis autē ſolū vnā
quia in anima et in coꝛpe nos gloꝛificat.
Joh.x. Ego veni vt vitam hēant ꝛ abun/
dantius hēant ſcȝ q̄ȝ angeli qꝛ in coꝛpe ꝛ i
anima beati erimus Yſa.vj. In terra ſua
duplicia poſſidebūt ¶ Tercio debemꝰ eum
reuerenter ſuſcipe ꝓpter vtilitatem qꝛ ve/
nit nobis ad noſtram vtilitatem tantuſ eñ
et talis rex dignatus eſt venire in carne et
tot laboꝛes ſuſtinere et tantam moꝛtem ſo
lum ꝓpter noſtrum cōmodum. ¶ F . Ubi
nota q̄ rex iſte venit nobis.xij.modiſ Pri
mo venit vt vita ad nos viuificandū quia
omnes in peccatis eramus Jo.x. Ego ve/
ni vt vitam habeant Item ego ſum panis
viuus qui de celo deſcendi ſi quis man . ex
hoc pane viuet ineter. Jo.vj. Secundo ve
nit vt lux ad nos illuminandū quia in tene
bris habitabamus Yſa.ix. Habitantibus
in regione vmbꝛe moꝛtis lux oꝛta eſt eis.ꝑ
uulus enim natus eſt nobis et filius datus
eſt nobis Tercio venit vt medicuſ ad ſanā
dum quia magnus vbiqȝ iacebat egrotus.
vnde medicinas ſaluterēſ ſcȝ ſacramēta ec
cleſie inſtituit omnem moꝛbum expellentia
Quarto venit tanq̄ȝ gigas ad nos de pote
ſtate dyaboli eripiendū quia omnes ab eo
detinebamur Ad col.j.c. Qui eripuit nos
de poteſtate tenebꝛaꝝ.id eſt. demonum . et
tranſtulit in regnum dilectōnis filij ſui.lu.
xj. Cum foꝛtis armatus cuſtodit atri.ſu.in pa
ce ſunt omnia que poſſidet Quinto venit
tanq̄ȝ iuſtus ad opera dyaboli deſtruenda.
et nos per gratiam iuſtificandum quia om
nes peccatoꝛes eramꝰ diuina miſericoꝛdia
indigentes vt dicitur. Rom.xxxj. Johan.
Tercio In h apparuit filiꝰ dī vt diſſoluat
opera dyaboli Ad Roma. Sexto . Vetus
homo noſter.id eſt.concupiſcentia mali ſi/
mul crufixꝰ eſt cum chꝛiſto vt deſtruatur
coꝛpus peccati.id eſt.congeries peccatoꝛuȝ
Unde in ꝓmiſſa zach . ꝓphetia dicitur Ec/
ce rex tuus venit tibi ſanctus et ſaluatoꝛ .
Sexto venit tanq̄ȝ ignis ad coꝛda noſtra ig
ne ſpūſſancti inflammandum . quia omnes
ꝓpter inabundantem maliciam infrigidati
eramus Math. Uiceſimoquarto. Quoniā
abundabit malicia refrigeſcet caritas mul
toꝛum Hoc frigus chꝛiſtus venit expelle.
Lu. Duodecimo. Ignem veni mittere in
Et ideo in ſpē ignis ſpiritumſanctū ſuper
aplos miſit Septimo venit tanq̄ȝ redēptoꝛ
ad ꝑciū ꝓ nobis ſoluēdū ꝛ nos liberati re/
ſtituēdū qꝛ oēs vt obſides pꝛo debito ꝑmo
rū ꝑentū i carcere iferni detinebamur ꝑs .
lxviij. Que ñ rapui ſcȝ in cruce tūc exolue
bā.qꝛ q pccm̄ nō fecit penā pccōꝝ ſuſtinuit

et exoluit et per conſequens nos liberauit.
iob.xviij.Si filius vos liberauit vere libe
ri eritis.ad galath.iiij.Itaqʒ iam nõ ſumꝰ
filij ancille ſed libere.ſup.matris eccle̾ qua
libertate xp̄s nos liberauit. Octauo venit
tanq̄ʒ mediatoꝛ ad nos patri reconciliadum
et pacificandũ.ga omnes inimici dei.eramꝰ
ad Ro.v.Cõmendat deus caritatẽ ſuam i
nobis.quõm cũ inimici eſſemus recõciliati
ſumus deo per moꝛtẽ filij ſui.Ioh.x.Ve-
dius autem vr̄m ſtetit ſcʒ coꝛam deo ad noſ
recõciliãdum.Ipſe tanq̄ʒ mediatoꝛ recepit
vulnera que deuſ humano generi inferebat
yſaie.liij.Vulneratus eſt pꝛopter iniqtates
noſtras.attritus eſt pꝛopter ſcelera noſtra.
Vñ in eius natiuitate angeli cecinerunt pa
cem ſanctã dicentes.In terra pax ho.lu.ij
Nono venit tanq̄ʒ theſaurus ad nos veris
diuicijs pꝛedicandum et replendum.ga oẽs
mendici eramus.ad col.ij.Ipſe eſt in quo
ſunt omnes theſauri ſapientie et ſciẽtie dei
abſconditi.ad ro.viij.Quõ non etiam cuʒ
illo omnia nobis donauit.Pꝛofecto q non
habet deum nihil omnino habet.et qui ha
bet deũ pꝛediues eſt.Augu.Habens aurũ i
arca diues nõ eſt.habens deũ in conſciẽtia
diues eſt.Io.iiij.Qui biberit ex hac aqua
ſitiet iterum.qui auteʒ biberit ex hac aqua
quam ego dabo ei non ſitiet ineternũ.Deci
mo venit tanq̄ʒ clauus ad nos in vna fide
et cultura vnius dei et vna lege et vna ec-
cleſia inſimul vniendum.quia diuiſi eramuſ
in omnibus ſupꝛadictis.et alius ſic.et alius
ſic ibat.Ioh.x.Alias oues habeo que non
ſunt ex hoc ouili et illas opoꝛtet me addu-
cere et vocem meam audient.et fiet vnum
ouile et vnus paſtoꝛ.Vndecimo vẽit tanq̄ʒ
deus ad humanam naturam exaltandum.
quia valde depꝛeſſi eramus.Qui enim do-
mini omnium conſtituti fueramus.ſub ele
mentis mundi eramus ſeruientes .vt dicit
apoſtolus ad galath.iiij.Et vide quantum
exaltauit eam.quia deus factus eſt homo.
et homo veraciter eſt deus.et ideo extunc
angelus recuſauit ab homĩe adoꝛari.vt pa
tet apoca.xxij.quando angelus dixit iohã-
ni volenti ſe adoꝛare.Vide ingt ne feceris
conſeruus enim tuus ſum et confratrum
tuoꝛum.Duodecimo venit tanq̄ʒ dominus
ad nos in ciuitatem noſtram celeſtem redu
cendum a qua omnes exulabamus.Iohã.
xij.Ego ſi exaltatꝰ fuero a terra omnia tra
ham ad meipſum.id eſt hominem qui cum
omnibus cõmunicãt.ad ephe.iiij.Aſcendẽſ
chꝛiſtus in altum captiuam duxit captiuita
tem dedit dona hominibus.Quarto de-
bemus eum ſuſcipere reuerẽter pꝛopter ma
ſuetudinem.quia cum ſit rex celi et terre ve
nit tamen humilis et manſuetus ſimilis no
bis cum lege manſuetudinis et amoꝛis.
II. Et hoc quidem ſatis cõgrue pꝛopter
quattuoꝛ.Pꝛimo pꝛopter ſalutem quaʒ ve
nerat dandam.non enim tunc venit ad mũ
dum iudicandum ſed ſaluandum.Ioh.iij.
Non enim miſit deus filium ſuum in mun-
dum vt mundum iudicaret ſed vt mundus
ſaluaretur per ipſum.Quando enim ad iu-
dicandum venerit tunc cum maieſtate ma-
gna veniet et virtute.Salus autem in hu-
militate conſiſtit.Iohã.xxij.c.Qui humi-
liatus fuerit erit in gloꝛia.Vt ergo oſtende
ret ſalutem anime in humilitate conſiſtere.
ideo humiliter venit.Math.iij.Sic decet
nos implere omnem iuſticiam.id eſt omnẽ
humilitatem.Secundo pꝛopter exemplum
quo nos venerat infoꝛmandum et docẽdũ.
Ipſe enim venit nos docere cõtemnere mũ
dum et mundana.ergo vt nos veraciter do
ceret et infoꝛmaret debuit ip̄e pꝛoſpera mũ
di deſpicere et humiliter ambulare.Phil.
ij.Humiliauit ſemetipſum foꝛmam ſerui
accipiens.Et ideo poſtq̄ʒ lauerat pedes di-
ſcipuloꝛum dixit.Exemplum enim dedi vo
bis vt quẽadmodum ego feci.ita et vos fa
ciatis.Ioh.xiij.Tercio pꝑter diuinam vir
tutem monſtrandam.ga ſi cum potentia vt
reges mundi veniſſet.conuerſo fidelium at
tribueretur potentie armoꝛum et non vir-
tuti diuine.ſicut patet de cultura deoꝛũ quã
romãi pꝛincipes violenter per potentiam
armoꝝ in totũ mũdũ induxerũt.pꝑter hoc
etiã elegit cõtẽptibiles perſonas ad ſui co-
mitatũ vt totũ di virtuti aſcribat.j.coꝝ.j.
Vid.vo.v.frẽs q.n.m.ſa.f.c.ſʒ q̃ ſt.ſũt mũ



elegit deus.In quo apparet q̄ chꝛiſtus
hic fuit deus qui ſic abiecte venit.et tamẽ
totum mundũ cõuertit a ritu nociuo et vſi
tato ad fidem arduam intelligendum et foꝛ
tem operãdum.Ex quo ſoluitur queſtio de
machometo que multos ad ſuam fidem cõ
uertit.ga ritus ille facilis eſt ad intelligẽdũ
et operãdũ.et ideo multos attraxit.Quar-
to pꝛopter cõgruũ attractatiũ oſtendendũ.
Si eñ cum potẽtia veniſſet.fuiſſet a nobis
timoꝛe habitus potius q̄ʒ amatus.timoꝛ au
tem non eſt cõueniens attractatiuũ ad deo
ſeruiendum ſed amoꝛ.Nã qui ex timoꝛe ſer
uit nõ m.retur ſed qui ex amoꝛe.imo perfe-
cta caritas foꝛas mittit timoꝛẽ vt dicitur.j
ioh.iiij.Et ideo manſuetus et humilis vẽit
vt a nobis potiꝰ ametur q̄ʒ timeatur ⁊ nos
ad ſe per amoꝛem attrahat.Hier.xxxj.In
caritate perpetua dilexi te.ideo attraxi te
miſerans.Ioh.vj.Nemo poteſt ad me ve-
nire niſi pa.q mi.m trax.eũ per amoꝛẽ.ſicut
at rahitur ouis dũ ramus viridis ei oſtẽdit
vt dicit augu.⁊c. Sequitur tractetus.
III. Circa aduẽtũ filij dei ſiue incarnatõʒ
ſex videnda ſũt.Pꝛio an filiꝰ dei fuiſſet
incarnatꝰ ſi homo peccaſſet.Et dicẽdum q̄
ſic pꝛobabiliter.Nam ſi homo nõ peccaſſet
fuiſſet incarnatus ad cõplementũ beatitudi
nis humane vt homo eſſet beatus i anima
et in coꝛpoꝛe.Nã beatitudo hominis in co
gnitione humanitatis et diuinitatis chꝛiſti
conſiſtit.iuxta illud ioh.xvij.Hec eſt vita
eterna vt cognoſcãt te ſolum verum deũ et
quem miſiſti ieſum chꝛiſtũ.Nõ autẽ fuiſſet
incarnatus ad patiẽdum pꝛo homine ſicut
poſtea pꝛincipaliter fuit. II. Secundo
videndum eſt quomõ deus dicitur veniſſe i
mundum cum ipſe ſit vbilibet.cuius ratio
eſt.quia ipſe eſt bonum infinitũ omnia bo-
na in ſe continens et ipſe in omnibus conſi
ſtẽs.et ideo opoꝛtet q̄ vbiqʒ ſit.Auguſtinꝰ.
Deus eſt vbiqʒ.Eſt enim intra omnia non
incluſus.extra omnia non excluſus.ſupꝛa
omnia non eleuatus.Et dicendum q̄ filius
dei dicitur veniſſe in mundum inquantum
nouo modo cepit eſſe in mũdo quo ante nõ
fuerat ſcilicet per carnis aſſumptionem.Et
pꝛopterea vocatur aduentus filij dei in car
nem.Tercio videndum eſt cum ſm Au-
guſtinum indiuiſa ſint opera trinitatis.cui-
us ratio eſt.quia cum operatio pꝛocedit ab
eſſentia vt dicit ph̄us.et vna ſit eſſentia i tri
nitate diuina.opoꝛtet q̄ in ea ſit vna opera
tio.quare ergo filius dicitur incarnatus et
non pater nec ſpiritusſanctus.Et dicẽdum
vt dicit Auguſtinus.q̄ tota trinitas opera
ta eſt incarnationem ⁊ omnia humana ope
ra chꝛiſti dicitur feciſſe.Sed quia in trini-
tate eſt relatio realis conſtituens ſiue diſtin
guens realiter perſonas diuinas.ideo perſo
ne diuine ſunt diſticte adinuicem et vna nõ
eſt alia.quia pater non eſt filius nec ſpiritꝰ
ſanctus.et aliquid competit vni quod non
competit alij.Sicut generatio competit pa
tri et non filio nec ſpiritui ſancto.et pceſſio
cõpetit ſpirituiſancto et non patri vel filio
et gigni eternaliter et incarnari tẽpoꝛaliter
filio et non patri vel ſpirituiſancto.Et ad
hoc videndum pono duo exempla.Vnũ p
laicis in pꝛedicatione.et aliud pꝛo clericis
in ſermone.Exẽplum pꝛo laicis ẽ ſcriptura
alicuius carte.Scripturã eñ alicuiꝰ carte
operãtia ſunt coꝛ.imaginatio et manus.ga
cũ omnis motus ſit a coꝛde manus nõ põt
ſcribere niſi moueatur a coꝛde.Similiter ſi
imaginatio nõ imaginaret dr̄ñtias coꝛpoꝛũ
lraꝝ nunq̄ʒ manus ſcriberet.de manu mani
feſtũ eſt.Et tñ q̄ʒuis hec tria operãtia ſunt
ſcripturam tam ſola manus dr̄ ſcribere ſed
nõ coꝛ vel imaginatio.Sic ẽ in pꝑpoſito .q̄
q̄ʒuis tota trinitas incarnationẽ ſit operata
et alia opera hũana xp̄i.tñ ſolus.filius dei
fuit incarnatus moꝛtuus et ſepultus reſur
rexit et aſcẽdit in celũ.Exẽplum quãtũ ad
clericos ẽ in ſilogiſmo.dicat ſic.ois hõ hẽt
animã.petrus ẽ hõ.ergo petrus hẽt aiam.
manifeſtũ ẽ q̄ hãc cõcl̄õnẽ.ſ.petrꝰ hẽt aiaʒ
fecit volũtas mẽoꝛia ⁊ intellectꝰ ſiue rõ ga
ſi volũtas noluiſſet ſilogiſare p̄dicta concl̄o
nõ eſſet habita.⁊ ſi mẽoꝛia nõ retinuiſſet p̄-
miſſas nõ aſſenſiſſet cõcl̄oni.et ſi rõ nõ ſilo-
giſaſſʒ nõ hẽret ɔcl̄o ⁊ tñ q̄ʒuiſ hec tria op
eãt ɔcl̄onẽ tñ ſola rõ dr̄ ſilogiſare.ſiſe ẽ i tri
nitate ẽca icarnatõʒ filij di q2 icarnatõ ſolo

filio dei competit. ¶ .v. Quarto videndū
eſt quō filius dei factus ē hō. Et dicendū ꝙ
per aſſumptionē anime ⁊ corporis factus ē
homo ex qbus hō cōſtat. Sed cauendum ē
hic q2 ex vnione anime ⁊ corporis cōſtituit
perſona hūana que dicitur hō. ſed in xpo nō
fuit ſic. ſed ſolū fuit ibi perſona diuina ⁊ nō
hūana. quia vnio duarū naturaꝝ facta ē in
vna diuina perſona et nō duarū perſonarū
in vna natura. Sic ergo perſona verbi dei
ex eo ꝙ aſſumpſit animā et carnē ex quibus
conſtat hō facta ē homo natura hūana que
ſemper ē verus deus in natura diuina. et iō
quod erat permanſit. ⁊ qđ nō erat aſſumpſit
Vñ filius dei ſm naturā humanā operatuſ
eſt omnia humana et natiuitatē et mortem
et ſm diuinā operatus eſt omnia opera que
ſolus poterat facere. Nō autē per cōtrariū
accidit in morte. quia non dicitur filius dei
mortuus fuiſſe ex eo ꝙ dimiſerit animam et
carnem quas nunꝙ dimiſit. ſicut dicitur fa/
ctus hō. eo ꝙ corpus et animam aſſumpſit.
Sed dicitur mortuus fuiſſe ex eo ꝙ ſepata
eſt anima a carne. ſicut alij hoīes ex eo ꝙ
ſeparatur anima a carne mori dicuntur.

¶ .VI. Quinto videndū eſt quare ſolus fi
lius dei dicitur incarnatus et nō pater nec
ſpūſſanctus. Et dicendū ꝙ incarnatio cōpe
tit filio et non patri. nec ſpirituiſācto. Per
incarnationem eñ filius dei factus eſt filiꝰ
virginis. ſed de ratione filij ē ꝙ generetur ⁊
naſcatur. et habeat patrē et matrē quod nō
competit patri nec ſpūiſancto. ſed ſolū filio.
Et ideo filius dei eternaliter genitus a p̄re
cepit in tēpore habere matrē. et ex ea naſci.
Et quia omnia que ad rationeꝫ filiationis
pertinēt ei cōpetūt et nō patri vel ſpūiſācto
ideo ſolus ipſe debuit incarnari. Itē filiꝰ dī
eſt dei virtus et dei ſapiētia. oīa ordinans. ⁊
oīa perficiēs vt dicitur. j. Cor. j. Si ergo
pater veniſſet in mūdum ad docendū hoīes
et patiendum pro eis. et filius remanſiſſet ī
celo ad gaudēdum. fuiſſet valde vituperoſū
filio. Et ideo decens fuit vt filius veniret ī
mundum ad perficiendū omnia et ad ordi/
nandum tanꝙ dei virtus et dei ſapientia vt
ſicut deus pater per ipſum fecerat hominē
ita per ipſum reficeret. Spūiſancto autem
nullo modo incarnari cōpetebat. qa ipſe ha
bet a carnalibus ad celeſtia eleuare. Ezech.
viij. Et eleuauit me ſpūs inter celum ⁊ ter/
ram. Vñ ſi ipe fuiſſet immixtus carni ⁊ car
nalibus. feciſſet contra naturā ſpūs. et ideo
non decebat ipſum incarnari. ¶ .VII. Sexto
videndū eſt quare fuit neceſſariū filium dei
incarnari. qa ſicut ſolo verbo fecit mūdum
et hominē. ita ſolo verbo potuit eū reficere
Et dicendum ſm Augu. Deus non reſpicit
quid poſſit facere. ſed qd deceat ipſū facere
et ſit cōueniens rationi et nature rei. Et ſm
hoc fuit cōueniens filiū dei incarnari multi
plici ratiōe. Primo ratiōe manifeſtationis
miſericordie diuine. Nā ante aduentum filij
dei deus manifeſtauerat valde iuſticiā ſuaꝫ
et non miſericordiam. nam vſqꝫ tūc in toto
mundo iuſticia regnabat. qđ patet quantuꝫ
ad omnē locū. ad omnē pplm. et ad omnem
perſonā. Quantū ad omnē locū patet ꝙ iu
ſticia regnabat. quia in celo vnde eiecti ſunt
angeli. In aere vbi proiecti ſunt demones.
In paradiſo vñ eiectus eſt hō. In mundo
vbi factū eſt diluuiū. In limbo vbi detine/
bantur patres pro peccato primi parentis.
In purgatorio vbi purgabantur iuſti. In
inferno vbi tormētabantur damnati. Et ſic
miſericordia alicui nō regnabat niſi in celo
reſpectu remanētiū angelorū. ps. xxxv. Dñe
in celo miſericordia tua. Idem patet qͣtum
ad omnē pplm. Nā in pplo gentili magnas
iuſticias exercuit deus. et multis peſtilētijs
ipſum tradidit. vt patet in pharaone et exer
citu eius. qui omnes ſubmerſi ſunt in mari.
vt patet exo. xiiij. Item patet in exercitu
ſennacharib. de quo angelus dñi mille octo/
gintaquinqꝫ ſimul interfecit. vt patet yſaie.
xxxviij. Et que maior peſtilentia qꝫ eſſe ſub
poteſtatē demonū et ydolis immolare. quod
populus gentilis añ aduentū filij dei facie/
bat. In populo etiā dei ſcꝫ iudaico magnaſ
iuſticias inter multa beneficia exercuit deꝰ
Nā ſexcenta milia que egreſſa ſunt de egip
to proſtrata ſunt in deſerto. et a ſerpētibus
et igne conſumpta. et ſolum duo terrā pro/
miſſionis intrauerunt. Proinde tradite ſūt



plures pene vſqꝫ ad conſūmationem in ma
nus inimicorū. Idem patet quantū ad oēm
perſonā. Nam non valebat fides qa Abraā
fidelis et omēs patriarche ad inferos deſcē
derunt. Non lex vel prophetia. qa moyſes ⁊
omnes prophete illuc ibant. Non dignitas
ſacerdotalis vel regalis. qa aaron et dauid
et omnes ſacerdotes illuc deſcēderunt. Non
ſapientia vel fortitudo. qa ſalomon et ſamp
ſon et omnes ſapientes et fortes ad inferos
ſunt detracti. Non ſanctitas vel iuſticia. qa
iob thobias ⁊ etiā iohānes bap. et oēs iuſti
illuc ibant. Iob. iij. Vbi cōſtituta ē domus
omni viuenti. At vbi venit plenitudo tēpis
ſcꝫ incarnationis filij dei. miſit deus filium
ſuū in ſimilitudinem carnis peccati cū ſacco
gratie ⁊ miſericordie pleno qbus totā terram
repleuit. ps. xxxj. Miſericordia dñi plena eſt
terra. Que maxime in incarnatiōe filij dei
demonſtrata eſt. que apparet ī celo quod ab
hominibus poſſidetur. in terra que illumi/
nata ⁊ ſanctificata eſt preſentia ſaluatoris.
in inferno qui fuit euacuatus. in omni pplo
et in omni perſona. qa quicūqꝫ volunt pñt
ſaluari et celum intrare. j. thi. iij. Qui vult
omnes homines ſaluos fieri. Miſericordia
ergo regnat ſuper oīa opera dei. ps. cxliiij.
Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.
¶ .IX. Secūdo rōne iuſte ſatiſfactiōis. Nā
peccatū humane nature qđ in omēs tranſit
fuit quadrupliciter infinitū. Primo qa con
tra infinitū bonū cōmiſſum. Secundo quia
infinitis bonis nos priuauit. ſcꝫ iuſticia ori
ginali et ſtatu innocentie et gratia et gloria
dei. Tercio quia infinitos infecit et inficit
propter quod oēs naſcimur filij ire. Eph. ij
Eramus natura filij ire. Quarto qa infini/
tis malis nos addixit. Iob. xiij. Hō natus
de muliere ⁊c. repletur multis miſerijs. Cū
ergo deus ſit iuſtiſſimus et nihil impunituꝫ
relinquat et peccatū non poſſit ad ordinem
reduci iuſticie niſi per ſatiſfactionē ꝯdignā
oportuit ꝙ aliqs ſatiſfaceret cuius meritū
eſſet infinitum et q eſſet ſupra totā naturaꝫ
ſicut peccatū totā naturā corrupat. Nullꝰ
aūt purus hō poteſt eſſe meriti infiniti nec
ſupra totā naturam imo omnes ſūt meriti
finiti et infra naturam et iō oportuit ꝙ ta/
lis eſſet deus. Deus aūt nō peccauit ſed hō
Et ideo vt iuſta fieret ſatiſfactio oportuit
ꝙ eſſet deus et homo ſimilis. deus qui poſ/
ſet et homo qui deberet. Et ideo oportuit fi/
lium dei incarnari vt ī natura hūana iuſte
ꝓ hoīe ſatiſfaceret. in quo apparuit max/
ima caritas dei. q2 cum ī tota natura nullꝰ
inueniretur qui poſſet ſatiſfacere voluit fi/
lium ſuum aſſumere carnem vt pro homi/
ne ſatiſfaceret. Ro. propter nimiam carita
tem qua dilexit nos deus filium ſuum miſit
in mundum. ¶ .X. Tercio ratione ſūme cōmu/
nicationis. Bonum enim vt dicit dyoniſiꝰ
eſt ſuiipſius communicatiuū et quāto me/
lius ē. tanto magis ſe communicat. vt patet
in luce que omnia corpalia in bonitate ex/
cedit et ideo magis ſe cōmūicat. Cum ergo
deus ſit ſummū bonū. ſūme ſe nobis debuit
cōmunicare. Sūme autem cōmunicationis
modus fuit per incarnationis miſterium.
¶ Quarto rōne deſiderij naturalis. Natu/
rale eñ deſideriū hominis eſt eſſe beatū nec
aliquid natura patitur eſſe fruſtra. quia de/
monſtraret imperfectionē autoris nature.
quod eſt impoſſibile. Homo autē naturali/
ter deſiderat eſſe beatus. Beatitudo autem
hominis cōſiſtit in cognitiōe deitatis et hu/
manitatis chriſti. io. xvij. Hec eſt vita eter
na ⁊c. Ergo ad cōplementū et perfectionē
beatitudinis in qua ſola naturale deſideriū
hominis perficitur et quieſcit. deus debuit
incarnari etiam ſi homo nō peccaſſet vt di/
ctum eſt ſupra et ideo ſancti naturaliter ad/
uentum chriſti deſiderabāt dicentes. Vtinā
diſrumperes celos et deſcenderes. yſa. lxvij
¶ Quinto ratiōe cōpaſſionis vt ſcꝫ poſſet
his qui temptātur et affliguntur cōpati. vt
dicit apls ad hebre. ij. Nobis autē cōpati
in natura diuina non poterat. et ideo natu/
raꝫ humanam decuit ipm aſſumere in qua
his q temptant compateretur ⁊ miſericors
fieret. Non eñ pena et afflictio pene cog/
noſcitur niſi p expientiam et ideo aſſumpſit
carnem vt penas noſtras experiret. et p cō/
ſeqñs nobis cōpateretur et miſericors fieret
et ab ipſis pēis tandē nos liberaret. Debuit

enim per oīa fratribus ſimilari vt miſicors
fieret. hebꝛe. ij. ¶ Sexto ratione repletiōis
ſicut eīm nec fruſtra aliquid ita nec vacuū
poteſt cōſiſtere in natura. Manifeſtū ē aūt
ꝙ demones de celo cadendo manſiones eoꝝ
vacue remanſerūt q̄ per ſolum meritū filij
dei fuerūt hominibus preparate. Jo. xiiij.
In domo pa. m. mā. mul. ſunt. ſcꝫ vacue ſi
quo minus dixiſſem vobis qꝛ vado parare
vobis locū. Opoꝛtuit ergo filiū dei incar-
nari vt in carne aſſumpta mereretur nobis
illarū manſionū adeptionē. et ſic replerētur
Et ideo dicūt theologi ꝙ tantū durabit mūdus
ad minus donec ille manſiones ab ho-
minibus repleātur. Quis grego. aliter dicat
ſcꝫ ꝙ tantuꝫ durabit mūdus donec ibi ſint
homines in equali numero angeloꝝ. ¶ Se
ptimo rōne cōpletionis vt ſcꝫ omnis modꝰ
productionis hoīs compleretur. Nā pmus
homo productus fuit ſine patre et matre. ſ.
adam. ſecūdus ſcꝫ eua producta fuit ex pre
et ſine matre. omnes alij ex patre et matre.
Reſtabat autē quartus modus vt qꝛ pro-
duceretur ex matre ſine patre. quod prodijt
chꝛiſtus in eſſe. et in hac quarta generatōe
filij dei in terrā ſuam ſcꝫ in hierlm celeſteꝫ
per chꝛiſti meritū redirent. Sicut in figu-
ra deus dixit abꝛae geñ. iij. Generatiōe au
tem quarta reuertetur pplſ meus huc. ꝛc.

¶ Sermo ſecūdus de epiſtola.

Cientes quia hora eſt iam nos
de ſomno ſurgere. Ro. xiij. Cō
ſuetudo eſt qñ aliquis magnuſ
dñs venit ad aliquā terrā alie-
nam ꝙ homines illius terre dirigūt nūcios
ad exquirēdum qñ dñs iſte fuerit prope ter
ram vt tunc milites et pedites oꝛnati per-
gāt ei obuiam ipſum honoꝛifice recepturi.
Quia ergo ſm repñtatōnem eccleſie rex nr
xp̄s filius dei et terre in proximo ē vt deſcē
dat ad nos nobis maxima dōaria largiturꝰ
ideo aplſus in pñti eplſa tanq̄ nūcius et ſpe-
culatoꝛ eccleſie affirmat dicēs. Scientes qꝛ
hora ē iam vt ſurgamus et nos p̄paremus
et occurramus in occurſum obuiā ſaluato
ri nr̄o. Amos. iiij. c. Prepare in occurſum
dei tui iſrael. Quia et ſi ſecūdum carnē nō
iam modo venturus ad nos tamen veniet in
mentem ſi erimus p̄parati. Jo. xiiij. Ad eū
veniemus et manſionē apud eū faciemus.
¶ Circa hāc p̄parationē aplſus in pñti eplſa
quattuoꝛ facit. Primo ergo hoꝛtatur nos
vt ſurgamus et preparemus nos ad occur-
rendum obuiā regi noſtro. in principio eplſe
Secūdo duas cauſas aſſignat quare ē ſur-
gendum et regi nr̄o obuiandum. ibi. Nunc
eīm propioꝛ eſt nr̄a ſalus q̄ cū credidimus.
nox p̄ceſſit dies autē appropinquabit. Ter-
cio inducit volentes occurrere vt non indi
gna induant ad digne occurrendum tāto re
gi. ibi. Abijciamus ergo opera tenebꝛarum
et induamus arma lucis. Quarto oſtendit
que ſint indigna oꝛnamēta in qbus ei occur
rere nō debemus. et q̄ digna in qbꝰ ei humili
ter eſt obuiandum. ibi. Nō in cōmeſationi
bus et ebꝛietatibus. ꝛc. ſed induimini dñm
Jeſum chꝛiſtū. ¶ Primo ergo aplſs hoꝛtat
nos vt ſurgamus et p̄paremꝰ nos ad occur
rendum obuiam regi nr̄o ꝛc. Sciētes qꝛ tē-
pus et hoꝛa eſt vt de ſomno toꝛpoꝛis et ne-
gligentie ſurgamus vt occurramus obuiaꝫ
ſaluatoꝛi nr̄o. prouer. xiiij. Vſqꝫquo piger
doꝛmis. Item ſicut oſtiū vertitur i cardine
ſuo. ſic piger in lecto ſuo. in eodem. xxvj. c.
Maxime autē ſurgendum ē a ſomno culpe
et peccati. Eph. v. Surge qui doꝛmis et ex
urge a moꝛtuis et illuminabit te chꝛiſtus.
¶ P. Deſignatur autē peccatū per ſom-
num propter quinqꝫ. Primo qꝛ ſicut ſom-
nus reddit hominē inſenſibilem. ſic peccatū
Prouer. xxiij. Traxerūt me et ego nō ſenſi
verberauerūt me ꝛ ego nō dolui. Trahitur
hō a demone cuius ſeruus factus ē alſs nō
auderet eūꝫ trahere. et nedum trahitur. ſed
et hoc nō ſentit. Hoc figuratū fuit. iiij. re-
gum. vi. de militibus regis ſirie quos heli-
ſeus duxit in ſamariam percutiens cecitate
quos rex iſrael voluit occidere ſed heliſeuſ
nō permiſit. Ita demon poſtq̄ traxerit ho-
minem ad peccatū ſtatim vellet occidere et
ducere in infernū. ſed deus nō permittit ex
magna miſicoꝛdia. Treñ. iij. Miſericoꝛdie
dñi multe. qꝛ nō ſumus conſumpti. Et non
ſolū trahitur ſed etiā verberat et vulnerat



letaliter et totus expoliatur. Luc. x. c. Qui
etiam diſpoliauerunt eum et plagis impoſi-
tis abierunt ſemiuiuo relicto. Et tamen nō
dolet. imo letatur quod peius eſt. prouer. ij
c. Letantur cum malefecerint et exultant i
rebus peſſimis. Secundo quia ſicut ſomnꝰ
eſt quedam imago moꝛtis. et anima in pec-
cato manens moꝛtua eſt. quia ſeparata eſt
a vita vera ſcꝫ deo que eſt beata vita ani-
marum. Job. x. c. Ego ſum reſurrectio et
vita. Vera moꝛs quā homines non timent
eſt ſcꝫ ſep̄atio anime a deo qui eſt beata vi-
ta animarū. Et ideo dicitur in pſal. Moꝛs
peccatoꝝ peſſima. Tercio quia ſicut ſom-
nus reddit hominem ſimilem beſtijs pro tē
poꝛe illo. quia dicit phus in dimidio tēpis.
ſcꝫ in quo doꝛmimus non differimus a be-
ſtijs. ita peccatū. ps. xlviij. Hō cū in hono-
re eſſet non intellexit. cōparatus eſt iumen-
tis inſipientibus et ſimilis factus eſt illis.
Boe. Hominis iſta conditio ē ut ſi ſe noſſe
deſierit infra beſtias redigatur. Sicut ergo
ligatur beſtia et ducitur ad macellum ita li
gatur peccatoꝛ et ducitur ad infernū. puer.
v. Funibus peccatoꝝ ſuoꝝ quiſqꝫ cōſtrin-
gitur. Math. xxi. Ligatis manibus et pe-
dibus mittite eum in tenebꝛas exterioꝛes.
Quarto quia ſicut ſomnus facit ea appare
re que non ſunt. et videtur doꝛmienti ꝙ ſit
epūs et ꝙ habeat veſtes precioſas ꝛ ſimilia
fantaſmata generat. ſic peccatū facit appa-
rere ea que nō ſunt. yſa. xix. Sicut ſomniat
eſuriens et comedit. cū autem fuerit exper-
gefactus vacua eſt anima illius ſic erit mul
titudo omnium gentiū. Facit enim peccatū
apparere vmbꝛas ac ſi apparerēt verba bo
na. qñ autem peccatoꝛ fuerit excitatus per
penam tunc cognoſcet ꝙ bona mundi ſunt
vmbꝛa. Vnde impij qui ſunt in inferno di-
cunt illud ſap. iiij. c. Tranſierūt omnia illa
tanq̄ vmbꝛa. Facit enim peccatum malum
apparere bonum. et econuerſo. et hoc ſic. qꝛ
coꝛrūpitur palatū rationis anime. Auguſt.
Palato nō ſano pena eſt panis qui eſt ſua-
uis. et oculis egris odibilis eſt lux que pu-
ris eſt amabilis. yſa. v. Ve qui dicitiſ malū
bonum. et bonum malū. ponētes tenebꝛas
lucem. et lucem tenebꝛas. ponētes amarum
in dulce. et dulce in amarum. Quinto ſicut
ſomnus facit videri doꝛmienti illa eſſe ve-
ra pericula que non ſunt. et vera pericula
facit eum non timere. vt ſi latro eſſet ſupꝛa
eum volens eum ſtrangulare. ſic peccatum
facit peccatoꝛem ſupꝛa modum timere peri
cula mundi et diſpendia rerum tempoꝛaliū
que pericula non ſunt. et vera pericula. ſcꝫ
perdere virtutes et ſep̄ari a deo et moꝛi in
anima non timet. Paupertatem enim mun
di et abiectionem nimis timet. et paupꝛtatē
et confuſionem eternam non timet. ps. xxiij
Illic trepidauerunt timoꝛe vbi non erat ti
moꝛ. Talis eīm ſomnus quo peccatoꝛes doꝛ
miunt eſt ſomnus confuſionis et moꝛtis.
Piere. iij. c. Doꝛmiemus in confuſione no-
ſtra. Sic doꝛmiuit ſampſon in gremio dali-
de et ſurrexit confuſus et vinctus ab inimi
cis. iudic. xvj. Et ideo talis ſomnus eſt pe-
nitus deſerendus. j. theſ. v. Non doꝛmiamꝰ
ſicut et ceteri ſed vigilemus ſed ſobꝛij ſimꝰ.
Surgamus ergo cariſſimi et obuiā eamus
ſaluatoꝛi noſtro. Prouerbiū eſt. qui mane
non ſurgit dietam poſtponit. Et ſic patet p̄-
mum. ¶ Secundo aplſus duas cauſas aſſi-
gnat quare ſurgendum eſt et regi nr̄o obui
andum. ¶ Prima ſumitur a propinquitate
gloꝛie. ſecunda a propinquitate gratie. ibi.
Nox preceſſit dies autem appropinquabit.
Dicit ergo ſic. Dixi quia hoꝛa eſt a ſomno
ſurgendi peccati et pigricie vt obuiemuſ re
gi noſtro. quia nunc noſtra ſalus ſcꝫ deus.
qui eſt ſalus eterna et gloꝛia beatoꝝ pro-
pioꝛ nobis eſt q̄ eſſet ſup. primo cū credidi
mus qñ ſcꝫ fidem recepimus. Quanto eīm
plus viuimus tanto proximioꝛes moꝛti ſu
mus in qua chꝛiſtus nobis bene operātibꝰ
aduenit mercedem eternā redditurus. apoc
xxij. Ecce venio cito et merces mea mecuꝫ
eſt reddere vnicuiqꝫ iuxta opera ſua. Jac.
Confirmate coꝛda vr̄a quoniam aduentus
domini appropiquabit. Et eſt oppoꝛtuna rō.
ſi non eſſemus valde coꝛrupti. quia omnis
motus vel naturalis vel voluntarius mo-
uetur feruentius dum appropinquat fini.
Vnde phs dicit ꝙ naturalis motus in fine

augmentatur. ſed violentus remittitur Et
Gre. dicit ſup illud Job. iij. Gaudentqꝫ
vehementer quaſi effodientes theſaurum.
Qui theſaurum fodit tanto anxius effo-
diendo laborat quanto ſe theſauro appro-
pinquare exiſtimat Vel ſalus eterna propi
or dicitur non a proximatōe loci ſed debiti
quanto enim poſt ſuſceptam fidem plura
bona operamur tantomagis ſalus eterna ap
propinquat nobis etiā nopſi Math. Quar
to ca. Penitentiam agite appropiquat .n.
regnum celorum Jaco. iiij Appropinquate
deo ⁊ appropinquabit vobis Secundā ra
tionem ponit dicens Nox preceſſit Sicut
enim nox et dies ſunt continua et vnum nō
poteſt appropinquare niſi alterum diſcedat ſic
culpa et gratia In infuſione enim grē cul
pa expellitur Et hoc eſt qđ dicitur Nox p̄
ceſſit. Surgendum eſt enim quia nox p̄ceſ-
ſit dies autem appropinquabit Nox inquā
culpe et infidelitatis et ignorantie quibus
dormiebamus p̄ceſſit et per dei gratiam re
ceſſit Dies autem. i. illuminatio gratie ap-
ppinquauit ſolem iuſticie mundū irradian
te Malach. Quarto. Timentibus deū orie
tur ſol iuſticie Sic ergo patet q surgere d
bemus et ire obuiam quia et gloria eius et
gratia appropinquauit gratia facit nos ſur
gere ⁊ ambulare ⁊ gloria trahit Quid er-
go moriamur q non imus obuiam regi no
ſtro Mich. ij. Surgite abite. quia non ha-
bet hic requiem R. Vbi nota q quat
tuor nos iducūt ad ſurgendū ⁊ eundū ob
uiam chriſto Primum eſt gallicantus. di-
uine predicatōnis dum enim dies appropi-
quat galli cantare frequentant ⁊ tunc via
tores ſurgunt ⁊ in viam ſuam vadunt Ca-
riſſimi ecce nūc dies in quo omnes prelati
et predicatores p̄dicant quia in hodierno
euangelio eis mandatur dum dicitur dicite
vos ſcꝫ p̄dicatores filie ſyon id eſt. eccleſie
fidelium vt ſurgant ⁊ preparent ſe ad obui
andum regi ſuo qui venit ei manſuetus et
benignus Dicitur q leo timet vocem galli
Ferocior ergo leone qui vocem predicato-
ris non timet qui eſt preco dei minans pe-
nam et p̄mittens gloriam Secūdum eſt ta

ctus diuine correctōnis Viator enim q n
ſurgit ad vocem galli debet excitari p tra
ctum Sic deus hominibus qui ad verbū
predicatōnis ſurgere a peccatis ⁊ ad ſe re-
dire nolunt aduerſa euenire p̄mittit vt ad
deum ire cogantur Gre. Mala que nos h
premunt ad deum ire compellunt. Actuū
Duodecimo. Percuſſoqꝫ latere petri. ex-
ci. e. dicens Surge veni ⁊ conti. ce. ca. d ma
nu eius Petrus in vinculis herodis. pec
cator in vinculis dyaboli Que dū ex late-
re p aduerſa p̄cutitur. quaſi equus calcari
bus excitatus ſurgit et ad deum vadit. et
tunc vincula peccatorum ſoluuntur. Sic fu-
it tactus Saulus ⁊ ſurrexit Paulus ⁊ ad
deum rediit. Actuum. Nono. Et bene dic
ex latere quia aduerſa nō principalit ⁊ di-
recte deus irrogat peccatori ſed p̄pter pec
cata et ideo multum debemus timere pec-
care ⁊ ſi non p̄pter penas eternas ſaltē tē-
porales quas deus p̄pter peccata irrogat.
et quas p̄pter merita auertit Exemplū de
Achab de quo dicitur. iij. Regum. xxj. nō-
ne vidiſti Achab humiliatū corā me pro-
pter qđ non inducam malum in diebus ei9
Iere. xviij. q ſi gens illa egerit penitenti
am a peccato ſuo agam ⁊ ego penitentiaꝫ
Tercium eſt dies diuine illuſtratōnis qꝛ ſa
tis eſt piger viator qui et ſi non ſurgit ad
cantum gallorum neqꝫ dum excitatur n̄ ſur-
git ſaltem orto iam ſole Cum ergo dies g̃-
tie appropinquauerit vt dictum eſt omni-
no ſurgere et ire chriſto obuiam debemus
yſa. Ego ſto ad oſtium et pulſo ſi quis apa
ruerit mihi introibo ad illum Secūdo co
rinth. Sexto. Ecce nunc acceptabile. ecce
nunc dies ſalutis Nimis eſt acceptabile il-
lud tempus quando deus querit ad nos in
trare qui eſt omne bonum. Quartum eſt
ſtrepitus ambulantium p viam recte opa-
tōnis Conſueuerunt enim viatores ad ſtre
pitum ambulantium ſurgere et ambulare.
Reducamus ergo ad memoriam exempla
ſeruorum dei quos deus de mortuis viuos fe
cit tanq̄ carbones ſuccendit ſicut auguſtio
fecit et tunc velotius ſurgemus et ſecure.
ad deum accedemus Hoc fuit figuratum



in turbis de quibus dicitur in euāgelio ho-
dierno q precidebant ramos de arboribus
et ꝓſternebant in via Precidere ramos d
arboribus eſt accipere exempla ſanctorū
Precidamus ergo ramos obedientie ab
Abraam. Ramum penitentie a Dauid.
ramum fidei a Petro. ramum dilectionis
a Johanne. ramū humilitatis a beata vir
gine. et ſic de alijs Et nota hic q turbe p̄ci
debant ramos arborum fructiferarum. ⁊
ſcilicet oliuarum et palmarum. Quidam pre
cidunt ramos arborum infructiferarum et
dum exemplum accipiunt in peccato.
Dauid. et non a penitentia. qui dicunt ſic
Dauid peccauit et penituit ſic et ego poſſū
peccare et penitere Magdalena peccauit.
Petrus peccauit Paulus peccauit. ſimili
ter ergo et ego poſſum peccare ⁊c. et ſic pꝫ
ſe. Tercio apſus inducit chriſto volētes
occurrere vt indigna ornamenta abijciant
et digna aſſumant dicens. Abijciam9 ergo
opera tenebrarum ⁊c. Si ergo tenebre receſ-
ſerūt ergo opera illarum debent recedere.
S. Opera ergo mala dicūtur opa tene-
brarum p̄pter quattuor. Primo quia ex
tenebris ignorantie ⁊ erroris oriūtur Phi
loſoph9. Errāt omnes qui peccant ſcilicꝫ
in aſſumptōne minoris Quia peccator di
cit fornicari eſt malum ſed fornicari cum
iſta non videtur ſibi malum ſed delectabile
bonum Prouer. ij. Omnis emptor di. ma
lum eſt. malum eſt. cum receſſerit gloriat.
Sap. v. ca. Errauimus a veritate ⁊ ſol iu-
ſticie non luxit nobis Secundo quia tene-
bras querunt et in tenebris fiunt Job. iij.
Omnis qui male agit odit lucem Job. xx
iiij. ca. Si ſubito videant auroram arbitrā
tur vmbram mortis Tercio quia in anima
tenebras ſpūales inducūt Pſal. lxxxj. Ne-
ſcierunt neqꝫ intellexerunt in tenebris am-
bulant. Primo. Jo. j. ca. Qui odit fratrē
ſuum in tenebris eſt Quarto quia ad eter
nas tenebras ducunt Math. xxij. Ligatis
manibus et pedibus mittite eum in tene-
bras exteriores. Sed quia vt dicit Au-
guſtinus non ſufficit abſtinere a malo niſi
homo faciat quod bonum eſt. ideo poſtq̄

abiecerimus opera tenebrarum debemus indu
ere arma lucis ſcꝫ virtutes que aīaꝫ ornēt
et defendant in pugna ſpūali Eph. vj. In-
duite arma dei vt poſ. ſtare aduerſus inſi.
dyaboli. ij. Cor. x. Arma malitie noſtre nō
ſunt carnalia ſed ſpiritualia Induam9 er
go virtutes vt honeſte ambulemus ſicut in
die ſcꝫ in apto ad edificatōem p̄ximorum.
Math. v. Sic lucet lux veſtra coram ho
minibus vt videāt opera veſtra bona. Eph.
Quinto. Vt filij lucis ambulate. T.
Nota q virtutes ⁊ opera virtutum quat-
tuor bona efficiūt in homine p̄ut hic innuit
Primum eſt quia tanq̄ veſtes operiunt mul
titudinem peccatorum. j. Pe. iiij. Caritas o-
perit multitudinem peccatorum Et hoc ſic i-
nuitur cum dicitur Induamur. Veſtes. n.
induuntur Secundum eſt quia defendunt
hominem tam in vita q̄ in morte. tam i p-
ſenti q̄ in futuro ab omnibus animam im
pugnantibus Ecc. xxix. Sup ſcutum potē-
tis et ſup lanceam aduerſus inimicū tuum
pugnabit Tho. iiij. Elemoſina ab omni pec
cato ⁊ a morte liberat ⁊ non patitur aīam
ire in tenebras Hoc innuit cū dicitur Ar-
ma Arma enim defendunt Tercium eſt qꝛ
ornant et decorant hominem Pſal. xl iiij.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu de
aurato circūdata varietate Veſtitus dea
ratus ſunt opa in caritate facta Veſtitus
vero luto circūdatus ſunt opa extra carita
tem facta Varietate vero circūdatus ē or
natus ille quando abundat diuerſis generi-
bus bonorum operum Prouer. iij. Stragulatā
veſtem fecerunt ſibi id eſt variarum ⁊ multa-
rum virtutum Et hoc ſic innuitur cum di-
citur Lucis Lux enim ornat Eſt enim ſe
cundum phūm yppoſtaſis colorum. Vnde quā
do mulieres volunt pulcre apparere. tunc
ornant ſe ſeu colorant Quartum ē qꝛ fide
lem exhibent nobis ſocietatem Ipſe enim
non deſerunt nos quādo alia omnia nos d
ſerunt ſcꝫ in morte. Diuitie delicie ⁊ hono
res ⁊ omnia nos deſerunt Apo. xiiij. Opa
enim illorum ſequūtur illos Peccatores fa-
ciūt ſicut columba nidificans in feneſtra
vbi plures pullos amittit Thezauriſant cū

mundo iſto vbi omnes anteceſſores ſui tan
tum theſaurum amiſerūt. Oſee. vij. Effrai
facta eſt quaſi columba ſeducta non habēs
cor id eſt ſenſum. Mundus iſte eſt ſaccus
pertuſus. de quo dicitur aggei. j. Qui mer-
ces congregauit miſit eas in ſaccū pertuſū.
Foramen mundi eſt mors per quam om̄ia
recedunt. et ideo nullo modo theſaurizan-
dum eſt in mundo. Matth. vj. c. Nolite vo
bis theſaurizare theſauros in mundo iſto
ſiue in terra vbi erugo et tinea demolitur.
et vbi fures effodiunt et furantur. Theſau
rizandum eſt ergo operibus bonis que in
celo conſeruantur et nunq̄ nos deſerunt.
Matth. eodem. c. Theſaurizate vobis the
ſauros in celo vbi nec erugo nec tinea de-
molitur. et fures non effodiunt nec furātur
Et hoc innuitur cum dicitur ſic. Ut in die
honeſte ambulemus. In die ſcʒ domini q̄n
veniet ad iudicium particulare in morte
vniuſcuiuſq̄ʒ. et ad iudicium vniuerſale in
fine mundi. Tūc enim honeſte ambulat hō
quando bonam ſocietatem habet. Si ergo
habuimus opera virtutum que ſola nos co
mitantur tunc in die domini honeſte ambu
lemus. Et ſic patet terciū. Quarto oſten
dit que ſunt indigne ornamenta q̄ abijcere
debemus ad eundum obuiam regi noſtro.
¶ Indigna vero ornamenta ſunt ope
ra mala que naſcuntur ex duplici radice. ſ.
ex carnis concupiſcentia. Et hoc ſic primo
tangitur cum dicitur. Non in cōmeſſatiōe
Et ex ſpūali malicia. et hoc ſic tangitur ſe-
cundo cum dicitur. Nō in contentione. Ad
hanc duplicem radicem omnia mala redu-
cuntur. Dicit ergo ſic. Abijciamus opera
tenebrarum et induamuſ arma lucis vt ho
neſte ambulemus et procedamus digne ob-
uiam regi noſtro venienti non ambulantes
in cōmeſſationibus. Cōmeſſationes ſūt mu
tue inuitationes et conuiuia facta per ſim-
bola. que prohibet ſalomon prouer. xxiij.
Noli eſſe in conuiuijs potatorū nec in cō-
meſſationibus eorū qui carnes ad veſcēdū
conferunt. quia vacantes potibus et dātes
ſimbola conſumentur. Et ebrietatibus. Lu
ce. xxj. Uidete ne grauentur corda veſtra
crapula et ebrietate. ¶ Ebrietas eſt ni
mia potatio. a qua propter tria cauere de-
bemus. Primo quia ad luxuriā prouocat.
prouer. ij. Luxurioſa res eſt vinū et tumul
tuoſa ebrietas. Hiero. Uēter mero eſtuās
facile ſpumat in libidinē. id eſt in luxuriā.
Secundo quia ſpiritū ſuffocat. Oſee. iiij.
Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt
cor. Ideo enim ebrius ē quaſi beſtia. et nō
diſcernit. Propter quod noe iacuit denuda
tus in tabernaculo. gen̄. ix. Et loth cū filia
bus dormiuit. vt patet in eodem. Tercio q2
ſubſtantiam minuit et annihilat. Ecci. xix.
Operarius ebrius non locupletabit. Sic
ānihilauit ſubſtantiam ſuam ille filius p-
digus viuendo luxurioſe. vt dicitur luc. iij.
Neqʒ ambulemus in cubilibus. hoc ē ſm
morem pigritantium in lectis ſuis. vigilan
tibus em̄ prouenit regnū celorū et non dor-
mientibus quibus dicitur amos vj. Ue vo
bis qui dormitis in lectis eburneis et laſci-
uitis in lectis veſtris. Cogitare em̄ deberēt
tales q chriſtus dicit matth. viij. Uulpes
foueas habēt et volucres celi nidos. filius
autem hominis ꝛc̄. Neqʒ ambulemus in
impudicicijs. hoc eſt in immūdicijs carnis
ad quas inducunt cubilia. Eph. iiij. Non
ambuletis ſicut gentes que tradiderunt ſe
impudicicijs. Ecci. xxiij. Aufer a me vētriſ
concupiſcentiam et cōcubitus concupiſce-
tie non apprehendet me. Similiter nō am-
bulemus in peccatis ſpūalibus ſcʒ conten-
tione que ex ſuperbia naſcitur. prouer. ij.
Honor eſt homini qui ſeparat ſe a conten-
tione. Yſiō. In nulla cauſa contendas. q2
contentio lites paſcit. fauces odiorū accen
dit. et concordiam rumpit. Et emulatione
que naſcitur ex inuidia. Uel contentio re-
fertur ad verbum. emulatio autē ad factū.
Iaco. iij. Ubi zelus et contentio. ibi incō-
ſtantia et omne opus prauū. ¶ Poſtq̄ po-
ſuit que debemus abijcere. ponit ornamēta
que debemus induere dicens. Sed induimi
dominum ieſum chriſtum. id eſt formam et



conuerſationem domini noſtri ieſu chriſti.
vt quō chriſtus ambulauit in ſanctitate et
iuſticia corā deo et omni populo. ita ꝛ nos
pro modulo noſtro ambulemus. ad quod
tenemur. galath. iij. Quod baptizati eſtis
in chriſto ieſu chriſtum induiſtis. i. induere
promiſiſtis. coſ. iij. Induite vos ſicut electi
dei viſcera miſericordie. Sic erat indutus
apl̄us qui dicebat galath. ij. Uiuo ego iam
non ego. viuit vero in me chriſtus. Sic er-
go induti digne et honeſte ibimus obuiam
regi noſtro. Et tantū de epiſtola.

¶ Dn̄ica ſecunda de euāgelio ſermo. iij.

Erunt ſigna in ſole et luna et
ſtellis. Luc. xxj. Sancta mater
eccleſia ſicut pia et ſapiēs ma-
ter omnes fideles chriſtianos
amore et timore tanq̄ chariſſimos filios
nititur ad viā veritatis reducere et ad vir
tutum opera promouere. nunc in pſperis
blandiens. nunc terrēs aduerſis. vt per dul-
cedinem premiorū inducat ad opera virtu
oſa et per terrorem tormentorum auer-
tat ab iniquitate malorum. Eſt enim in ho
minibus ſicut in arboribus. nam homo bo
ne et male arbori aſſimilatur. Eſt nāqʒ q̄-
dam arbor ſicut oliua que leniter debet tra
ctari et fructus eius manibus colligi. ꝛ nō
ptica excuti. al's ſequenti anno minus fru
ctificaret. Eſt autem alia arbor vt nux cui
us fructus non debet leniter manu colligi.
ſed ptica excuti. vt ſequenti āno melius fru
ctificet. Sic ſunt quedam tam bone natu-
re vt non indigeant verbere ſed ſolis ver-
bis veraciter corriguntur. et quidam ſunt tā
peruerſe nature quibus verba nil cōferūt.
ſed indigent forti verbere. Exemplum pa-
tet in petro et paulo et aliis diſcipulis. Nā
petrus et iohannes ad ſolum chriſti verbū
omnia reliquerūt et ad deum veraciter ſūt
conuerſi. et alij diſcipuli. Paulus vero nō
verbo ſed forti verbere eſt cōuerſus. pro-
ſtratus et excecatus. Sic ergo ſancta ma-
ter eccleſia in precedenti dn̄ica ad conſola-
tionem bonorū aduentum filij dei in mun-
dum ad memoriam reduxit. vt eos ad ma-
gnum amorē alliceret. Qui quidem aduē-
tus totus fuit melliflu͛us et humilis et de-
uotus ac nimia charitate circūfluus. In
hac vero dn̄ica ad terrorem malorū aduen
tum filij dei ad iudicium generale in fine
mundi fiendum recolit et affirmat. vt eos
magno timore percuciat. vt per hoc a ma-
lis caueant perpetrādis. et ad bona excitēt
ſemetipſos. et ſi contingat. quia poſſibile eſt
noſtro tempore dictū iudiciū euenire. ſimus
e docti de his que tunc euenire dicuntur.
Qui quidem aduentus totus erit horribi-
lis et amaritudine plenus. quia talis tunc
erit tribulatio qualis nunq̄ fuit nec poſt-
modum eſt futura. vt dicitur matth. xxiiij.
De hoc ergo aduentu preſens euāgelium
tractat. et hunc in toto officio eccleſia ſuis
fidelibus recitat perhorrēdum. ¶ In quō
quidem euangelio quinqʒ principaliter cō-
tinentur. Primū eſt ſignorum generale iu-
dicium precedentiū euentus. et hoc in prin
cipio euangelij. Secundum eſt filij homis
ſcʒ chriſti ad iudiciū venientis aſpectus ibi.
Et tunc videbunt filiū homis venientē ꝛc̄
Tercium eſt ad iuſtos diuine conſolatiōis
affatus. ibi. His autem fieri incipiētibus
reſpicite ꝛc̄. Quartū eſt cuiuſdam ſimilitu-
dinis ad antedicta cernenda annexus. ibi.
Uidete ficulneam et omnes arbores. ꝛc̄.
Quintū eſt omniū predictorum certiſſime
adimpletionis tempus. ibi. Amen dico vo-
bis quoniam non preteribit generatio hec
donec omnia fiant. ꝛc̄. ¶ Primo ergo po-
nitur ſignorū generale iudiciū precedentiū
euentus. quia erunt ſigna in ſole et luna ꝛc̄
¶ Et ponūtur euentura ſigna in fine
mundi circa quadruplicem creaturam. Et
primo circa creaturam celeſtem cum dicit
Erunt ſigna in ſole et luna. Que autē ſint
iſta ſigna hic nō determinatur ſed i matth.
xxiiij. c. vbi dicitur. Sol obſcurabitur et lu
na non dabit lumen ſuū. Hoc eſt ſignum
in ſole q obſcurabitur. Qui quidem qua-
druplicit͛er obſcurabitur. Primo ad lrām
tunc erit generalis eclipſis ſcʒ virtute diui
na in tota terra. Illa enim eclipſis ab aliiſ
differt. tum quia erit vniuerſalis. oēs autē
alie ſunt particulares. tū quia diu durabit.

ſed alie tam diu durant donec ſol tranſierit lunam interpoſitam inter ſolem et terram. tum quia non fiet per lune interpoſitionem ſicut omnes alie. ſed per diuinam virtutem ſicut e. in chriſti paſſione factum e. Secundo dicitur obſcurari propter maioris luminis ſuperuentionem. Nam vt dicit Hiero. ſol obſcurabitur nõ diminutione ſue lucis abſcedente. ſed maiori luce ſuperueniente. ſcꝫ chriſto qui eſt vera lux. Criſ. Sicut in hoc ſeculo luna et ſidera obſcurantur orto ſole. ſic chriſti glorioſa apparitione ſol obtenebreſcit. et luna non dabit propriũ iubar Et hec erit poſt finem mundi. dũ chriſtus ad iudicium veniet. ſed ad litterã obſcurabitur ante finem mundi. Tercio obſcurabitur metaphorice vt dicatur ſol obſcurari. quia ſeueram vindictam iudicis reſpicere non audebit. ſicut in paſſione chriſti radios ſue lucis retraxit. quia chriſtũ pendentem ĩ cruce reſpicere non audebat. Augu. Mero rem diei iudicij et tormenta pereuntiũ neqꝫ ſol neqꝫ luna aſtra neqꝫ terra aſpicere poterunt. et retrahent ſplendorẽ ſuum. Quarto poteſt intelligi ſol obſcurari miſtice. ſol enim miſtice chriſtus eſt qui tunc valde obſcurus erit. quia miraculis et predicatione non erit clarus. apoc. vj. Sol factus eſt niger quaſi ſaccus cilicinus. Antichriſtus autem erit valde clarus. quia vbiqꝫ predicabit et miracula facere videbitur. quia vt dicit yſid. tunc omnia mirabilia auferentur a fidelibus. et antichriſtus ⁊ diſcipuli eius ea facere videbitur demonum operatione. ij. theſ. ij. Cuius aduentus erit ſm operatiõeꝫ ſathane in omni virtute et ſignis et prodigijs mendacibus. Apoc. xiij. c. Faciet ſigna magna vt etiam faciet ignem de celo deſcẽdere in terrã in conſpectu hominũ. et ſeducit habitantes in terra propter ſigna que data ſunt illi facere. Obſcurabitur eñ chriſtus quantũ ad diuinitatem ꝙ nullus audebit ipſum predicare fuiſſe deum ſed purum hominem. Item quantũ ad veritatem. qa nullus audebit ipſum predicare doctorem veritatis ſed falſitatis. Item quantum ad ſpũſſancti plenitudinẽ. quia nullus audebit ipſum confiteri plenũ fuiſſe ſpũſancto. ſed ſpiritu maligno. Et ſic valde obſcurus erit chriſtus in mundo. ❡ Luna nõ dabit lumẽ Ad litterã ſic erit. Cõſueuit enim lucere luna occulto ſole vel obſcurato. ſed tunc nõ ſic erit. et in horribilibus tenebris mundus inuoluetur. Vel miſtice per lunam ſancta eccleſia deſignatur. que tunc lumen doctrine non dabit. nec ſanctitas eccleſie miraculis fulgebit. Subtrahetur etiã ab ea lumẽ obedientie. quia omnia regna romano imperio rebellabunt. et omnes eccleſie rebellabunt eccleſie romane prope finem mundi. vt dicit glo. ſuper illud. ij. theſ. ij. Niſi venerit diſceſſio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis. Luna etiã vertetur in ſanguinem. vt dicitur iohel. ij. quod ſolum miſtice accipiendum eſt. quia tunc eccleſia magnã perſecutionẽ patietur ab antichriſto et eius nuncijs. et cruore maximo perfundetur. Apoc. xiij. Et faciet vt quicunqꝫ non adorauerit imaginem beſtie. id eſt antichriſti occidatur. In eodem xvij. Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum et de ſanguine martyrum ieſu. Quoſdam autem antichriſtus trahit ad ſe timore tormẽtorũ. danĩ. xj. Ruent in gladio et in flãma et in captiuitatẽ et rapinã ❡ Et propter hoc tradet frater fratrẽ et pater filium. eligẽtes potius in bonis ducere dies ſuos qꝫ ſub tanta tribulatione rerum et perſonarũ damna pati. Quoſdam trahit largitate munerũ. quia inueniet theſauros abſconditos quos demones reuelabunt. Danĩ. viij. In copia rerũ occidet plurimos Item multiplicabit gloriam et dabit eis poteſtatem in multis et terram diuidet gratuite. In eodẽ. vj. Quoſdam trahit deceptione miraculorũ ſicut ſimplices et populares. Matth. xxiiij. Surgẽt pſeudo chriſti. i. eſt falſi chriſti qui dicent ſe eſſe chriſtos. et pſeudo prophete. id eſt falſi prophete. et dabũt ſigna magna et prodigia magna ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt etiam electi. Et ſic chriſti eccleſia vndiqꝫ confundetur. et lumen non dabit. et vndiqꝫ ſãguie perfundetur. ❡ Stelle autem de celo cadẽt.



non quidem ſm ſubſtantiam que perpetue ſunt. Sed tripliciter dicuntur cadere. ſcꝫ proprie ſimilitudinarie et miſtice. ❡ Proprie autem dicuntur cadere dupliciter. ſcꝫ igneas comas emittendo. omnia eñ ſidera magnas comas a ſe emittent. vt circa vicinum aduentum alicuius magni domini ſolent euenire comete. et lumen ſuum retrahendo per aliquos dies ante iudiciũ retrahent lumen ſuum. vt non videantur. iohel. j. Stelle retraxerunt ſplendorem ſuũ. Stelle autem ſimilitudinarie dicuntur vapores igniti in aere. qui cadendo coruſcãt in aere De quibus ſeculares dicunt ꝙ ſtelle cadũt quia tunc frequenter per aerem diſcurrent ad terrorem. Sap. v. Ibunt directe emiſſiones fulgorũ. Miſtice autẽ ſancti doctores dicuntur ſtelle. iuxta illud danĩ. xij. Qui ad iuſticiam erudiunt multos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Qui tunc obſcurabuntur et cadent. quia nõ docebunt. Et multi propter timorẽ tormentorũ ex celo eccleſie cadent. quia vt dicitur apoc. xij. Draco ille magnus traxit cauda ſua terciam partem ſtellarum et miſit eos in terrã. ❡ Secundo ponuntur ſigna circa creaturam terreſtreꝫ tam terre qꝫ maris cũ dicitur. Et in terris preſſura gentium Tunc enim maior pſſura erit qꝫ vnqꝫ fuit vel poſtmoduꝫ ſit euẽtura Quadruplicem enim tribulationẽ paſſura eſt eccleſia. ſcꝫ tyrãnorum. hereticorum. et ypocritarũ quas iam paſſa eſt. quarta erit antichriſti ceteris maior. quam in fine mũdi patietur vt patet danĩ. vij. Videbã inquit in viſu noctis et ecce beſtie quattuor magne aſcendebant de mari. Prima quaſi leena. Iſta eſt crudelitas tyrãnorũ. Secũda ſimilis vrſo. Iſta eſt verſucia hereticorũ. Tercia ſimilis pardo. Iſta ẽ varietas ypocritarũ et dolus. Quarta terribilis et fortis nimis. Iſta ſignat antichriſtũ. Erit ergo tunc in toto mundo magna preſſura et in anima et in corpore. Nam cũ perſecutione antichriſti erũt magne peſtilentie et fames et guerre et ſeditiones et terremotus. In mari etiaꝫ erit ſignũ magne et inaudite confuſionis et turbationis que nunqꝫ ante fuit vt infra patebit. ❡ Tercio ponuntur ſigna circa rationalem creaturam. videlicet homines. Areſcent enim et erũt ſicci et pallidi quaſi mortui propter timorem eoꝝ que videbunt et expectabunt. quia ſpũs triſtis exiccat oſſa. prouer. xvij. Et que erunt illa ❡ Vbi nota ꝙ hiero. dicit ſe inueniſſe in annalibus hebreoruꝫ in quibus ſcriptum reperit ꝙ in fine mundi xv. ſigna erũt in xv diebus ante diem iudicij. ſed an cõtinui ſint illi dies an interpellati non expreſſit. Nam prima die erigũt ſe maria omnia ſuper omnes montes. xl. cubitis ſtantia in loco ſuo quaſi murus. Secunda tantum deſcendent ꝙ vix videri poſſũt. Tercia maria redibũt in locum priſtinũ. Quarta omnes piſces et belue maris et omnia que mouentur ĩ aqs congregabũtur ſuper aquas et dabũt vſqꝫ ad celum rugitus. Quinta aues et omnia volatilia celi congregabũtur in campis inuicem plorantes et vlulantes et nõ guſtantes cibũ neqꝫ bibẽtes. Sexta flumina ignea ſurgent ab occaſu ſolis vſqꝫ ad ortum currentia. Septima oia ſidera errantia et fixa ſpargent ex ſe comas igneas ſicut comete. Octaua erit magnus terremotꝰ ita vt oia animalia proſternãtur. Nona omnes lapides tam magni qꝫ parui diuidentur in quattuor partes vnamquãqꝫ aliam collidentẽ. Decima omnes planete et herbe et arbores ſanguineũ fluent rorem. Vndecima oia animalia exibunt de cauernis et ſiluis et veniant ad campos rugientia et nihil guſtantia. Duodecima omnes mõtes et colles et edificia proſternentur et in puluerem redigentur. Tredecima exibũt homines q viui remanſerunt de cauernis et ibũt velut amẽtes et non loquentes. Decimaquarta oia corpora mortuorũ ſtabunt ſupra ſepulcra parata ad reſurgẽdum. Quintadecima cõburetur mundus et omnia habentia vitaꝫ morientur. et ſtatim poſtea fiet iudicium. Nam ſtatim quattuor angeli ibũt ad quattuor partes terre dicentes. Surgite mortui venite ad iudicium. Matth. xxiiij. Mittet angelos ſuos cum tuba et voce magna. et congregabit electos a ſũmis celorum vſqꝫ

ad terminos eoꝝ. Hec autem mirabilia pre
mittit propter duo. Primo vt magnū malū
futurum preuenient. Grego. Vltima tri
bulatio multis tribulationibus ꝯuenitur. vt
per crebra mala que preueniunt indicentur
mala perpetua que ſubſequētur. multa ergo
debent mala precurrere vt malum ſine fine
valeant nunciare. Secundo vt ſint incita
menta doloris et hominibus cōpati videā
tur. Omnes enim creature cōpatiētur hōi
in iudicio. Nam ſol obſcurabitur. luna con
uertetur in ſanguinem. et ſic de alijs. cuius
rationem aſſignat criſo. dicēs. Patrefami
lias moriēte domus tota turbatur. familia
plangit et nigris veſtimentis ſe induit. Sic
humano generi propter quod omnia facta
ſunt. circa finem conſtituto. totus deſtruit
mundus celi miſteria lugent et candore de
poſito tenebris induuntur. Durior eſt ergo
lapidibus qui hodie non plorat. ad cōpaſſi
onem non mouetur. hiere. vj. Luctū vnige
niti fac tibi planctū amarū. Quarto po
nuntur ſigna circa creaturam intellectualē
ſcʒ circa angelos cum dicitur. Nā virtutes
celorū mouebuntur. Que cōmotio
ex tribus cauſabit. Primo ex timore cui
uſdam reuerentie. Iob. xxvj. Columne celi
contremiſcunt et pauent ad nutū eius. Re
de. Quid faciant tabule qn̄ tremunt colū
ne. quid virga deſerti patitur cū cedrus pa
radiſi percutitur. Secundo ex ꝑparatione
pugne. Criſo. Si rex proceſſurus cōtra ali
quem ad bellum expeditionem mandat in
populo dignitates omnes mouebuntur. et
exercitus excitantur et tota ciuitas fremet
quantomagis regi celeſti exurgente iudica
re viuos et mortuos angelice virtutes cō
mouebuntur. terribiles miniſtri terribilem
dominum precedentes. ante ipſum fulgura
viua pro lumine precedunt. pro tubis toni
trua horrenda. Tercio ex horrore diuine
vindicte. Criſo. Quāuis angeli conſcij ſibi
non ſint. videntes tamen infinitas multitu
dines damnari non intrepidi illic ſtabūt. Et
ſic patet primū. Tūc videbunt filiū hōis ⁊c̄
In hac ſecunda parte ponitur filij homis
ſcʒ chriſti ad iudiciū venientis aſpectus. et
hoc eſt. Et tunc videbunt filiū hominis ve
nientem ſcʒ ad iudicium in nube materiali.
Actuū. j. Et nubes ſuſcepit eum ab oculis
eorum. Et ſequitur. Quēadmodū vidiſtis
eum aſcendentem in cēlum ſic veniet. yſaie
xix. Aſcendet deus ſuper nubem leuē. Itē
in nube id eſt cum multitudine ſanctorum
et angelorum. yſa. ij. Dominus ad iudiciuʒ
veniet cum ſenatoribus populi ſui. Cū po
teſtate magna. quo ad humanitatē ſm̄ quā
dedit ei pater omne iudiciū facere. et maie
ſtate quo ad diuinitatem. Primus aduēt⁹
fuit in humilitate magna et infirmitate. ſe
cundus vero erit in poteſtate magna et ma
ieſtate. Circa hoc iudicium nota ꝙ
ad omne iudiciū quattuor requiruntur. ſcʒ
iudex reus accuſator et teſtis. Iudex autē
erit chriſtus. Iudex autē debet iudiciū fa
cere vbi ſcelus eſt cōmiſſum. Et ideo deſcē
det ad terrā. Item debet facere in loco cō
muni. et ideo iudiciū fiet in valle ioſaphat.
Item debet ſedere. et ideo deſcendet in ſe
de maieſtatis in nubibus candidis ſedens.
Ipſe enim fuit iudicatus ſtans et ipſe iudi
cabit ſedens. Itē debet eſſe potēs vt poſſit
ſententiam executioni mandare. Ecc̄i. vij.
Noli velle fieri iudex niſi valeas virtute ir
rumpere iniquitates. Et ideo deſcēdet cum
poteſtate et omnes ſancti et angeli cum eo.
non ſicut alia vice quādo venit humilis ad
ſaluandum et non ad iudicandum. Iob. iij
Non miſit deus filium ſuum in mūdum vt
iudicaret mundum ſed vt ſaluaretur mun
dus per ipm̄. Item debet videre et videri.
Ideo veniet in forma humana. Apocal. j.
Videbit eum omnis oculus et qui eum pu
pugerunt. Item debet eſſe iuſtus. Et ideo
oſtendet vulnera lanceam et clauos et cru
cem. in quibus maxima eius iuſticia de
monſtratur. Nam vt ita fieret ſatiſfactio
voluit in cruce mori. Que omnia vſqʒ mō
celauit clamans miſericordiam et non iuſti
ciam. Propter quod dicit apo. hebre. xij.
ꝙ ſanguis chriſti melius loquitur ꝙ̄ abel.
quia ille clamat vindictam. Matth. xxiiij.
Tunc apparebit ſignū filij hominis in celo
ſcʒ crux et claui. Vn̄ cantamus Hoc ſignū
crucis erit in celo cum dn̄s ad iudicandum



veniet. Reus i hoc iudicio erit peccator
Et quia reus debet conueniri. ideo quattu
or angeli tanq̄ʒ dei nuncij ibunt ad quattu
or partes mundi dicentes. Surgite mortui
venite ad iudiciū. j. coꝛ. iij. Canet enim an
gelus et mortui reſur. qui in xp̄o ſunt ꝑmi.
matth. xxiiij. Mittet angelos ſuos cū tuba
et cōgregabūt electos. Et qꝛ aīa ⁊ corpus
ſimul peccauerūt ideo oēs aīe corpora ſua
reſument. et miniſterio angelorū ante iudi
ciū ducent. Et qꝛ de ſimilibus idē ē iudiciū
ideo vſurarij cū vſurarijs. fornicarij cū for
nicarijs et ſic de alijs in ſil̄ ligabunt. matth
xxxiij. Ligate eos faſciculos ad cōburēdū.
Quia pro terrenis iudicabunt ideo i terra
proſternentur. iuſti vero in aere iuxta xp̄m
locabūtur. j. theſ. iiij. Deide nos q viuim⁹
qui relinquimur qui reſidui ſumus ſiml̄ ra
piemur cū illis obuiā xp̄o in aera. et ſic ſēp
cū dn̄o erimus. Accuſatores i hoc iudi
cio erūt demones. qꝛ referent oīa cogita
ta. omnia verba oīa opera. oīa cōmiſſa.
et ad vltimū ſic allegabāt vt refert augu.
dicturus eſt aduerſarius inquit contra nos
Equiſſime iudex iudica hūc meum eſſe ob
culpā. qui tuus. noluit eſſe per grām. tuus
per naturā. meus per miſeriā. tuus ob paſſi
onem. meus per ſuaſionem. tibi inobediens.
mihi obediens. a te accepit immortalitatis
ſtolam. a me accepit hanc pānoſam qua in
dutus eſt tunicā. tuā veſtē dimiſit. cum mea
huc venit. equiſſime iudex iudica hunc eſſe
meum. Vnde ſi bene aduertimus dyabolus
quinqʒ allegat. Primū eſt culpa leſe maie
ſtatis. per quam a gratia peccator cecidit.
Secundum eſt miſeria praue voluntatis p
quā naturā deuaſtauit. Terciū eſt obſeruā
tia praue et dyabolice iniquitatis. per quā
xp̄i paſſionē euacuauit. Quartū eſt ſeruit⁹
dyabolice poteſtatis. per quā obſeruantiaʒ
mandatorū dei contempſit. Quintū eſt de
honeſtatio charitatis. per quā [illegible]
virtutū nuptialis iocūditatis [illegible]
āgelus qui cuſtodiuit peccatore et peccata
ſcripta in frōte. vt in ore duorum ſtet omne
teſtimoniū. Dan̄. vij. Iudiciū ſedit et libri
aperti ſunt. i. cōſcientia et peccata ſinguloꝝ
Tunc auditis iudex xp̄s vertet ſe ad ſan
ctos quibus promiſit ſecū iudicare. matth.
xix. Vos qui ſecuti eſtis me in regenerati
one cū ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis
ſue ſedebitis et vos ⁊c̄. Et dicet. Quid vo
bis de peccatoribus videtur fiendum fore.
Et primo vertet ſe ad virginē matrē q̄ dicʒ
Satis aperta ſtetit ianua miſericordie. āmo
do tēpus iuſticie ē et nō miſericordie. Ecci
iij. Omnia habēt tēpus ſuū. Secūdo ver
tet ſe ad apl̄os qui dicent. Nos extraxim⁹
eos de poteſtate dyaboli et de cultura deoꝝ
et dedimus eis ſacramenta eccleſie. per que
mundati ſunt a peccatis et filij dei effecti.
et ipſi per viam bonam ambulare noluerūt
ſed a deo receſſerūt. qui noluerīt benedicti
onem elongabitur ab eo. ipi noluerūt tuam
benedictionem et ideo ſunt in perpetuū ma
ledicti. Apoca. xix. Vindica dn̄e ſanguineʒ
noſtrū qui effuſus eſt. Iob. xxj. Qui dixe
runt deo recede a nobis ſcientiam viarum
tuarum nolumus. Tercio vertet ſe ad mar
tyres qui dicent. Vindica domine ſanguinē
noſtrum qui vſqʒ modo miſericordiam in
uocauit. ſed nunc iuſticiam petit. Apoc. xix
Vindica dn̄e ſanguinē ⁊c̄. Quarto ad con
feſſores q dicēt. Qui nō vult doctrinā acci
pere debet acriter verberari. ſed iſti doctri
nā veritatis noluerūt recipere. et ideo eter
naliter verberet. Quito ad ꝟgies q̄ dicēt. Fo
ris canes ⁊ venefici ⁊ q i carnalib⁹ volup
tatibus ſunt inuoluti vt porci qꝛ inter nos
mūdi habitare debēt. Apoc. xxj. Nihil co
inquinatū ⁊ faciēs abominationē intrabit ad
illā. Et breuiter nullus miſericordiā ſed iuſti
ciā allegabit. Poſtea fit vna vox oīm ſan
ctorū dicētiū. moriant moriant ſic xp̄o fuit
dictū. crucifigat crucifigat. Tūc iudex ira
ta facie ꝟſus pcōres formabit ſnām. d. Me
occidiſtis gladio ⁊ ſuos meos paupes fame
⁊ ſiti qd̄ totū mihi iputo factū. Vn̄ d. Eſu
riui ⁊ nō de. mi. mā. ⁊c̄. vt patet matth. xxv
et iō diſcedite a me maligni i ignē eternū q
par⁹ ē dyabolo ⁊ āgel̄ ei⁹. i qua ſnīa. v. dicet
Prio ꝑuaricacōʒ oīs bōi. ibi diſce. a me. qꝛ
ſū oē bonū. i quo ꝯſiſtit ꝑncipl̄r pēa dānatoꝝ
Scdo ab ordinatōe corporis et aīe et rixā

omnium virium inferiorum et ſuperiorum
quod erit magna pena. ibi. maledicti. quia
corpus maledicet anime quia ſibi conſenſit
et anima corpori quia malum perſuaſit. Ter-
cio penam intolerabilem corporis et anime
ibi. in ignem. Quarto pene eternitatē: nunquam
finiende. ibi. eternum. Quinto ſocietatem
dampnatorum lamentabilem. ibi. preparatus
eſt dyabolo et angelis ſuis. Cogitemus er-
go chariſſimi quo ibit peccator ſic ſententi-
atus et maledictus. non ſurſum. qꝛ ibi erit
facies iudicis irati. propter quam dicunt mō
tibus cadite ſuper nos. et collibus. operite
nos a facie ire agni. vt patet apoca. vj. Nō
ante. quia ibi peccata in fronte ſcripta pro
trahentia ad infernū. Non retro. quia ibi
mundus expellens Non ad dextram vel ad
ſiniſtram. quia ibi demones demergentes.
Non reſtat igitur niſi vt terra os ſuū ape-
riat et deſcendant in infernum viuentes. et
ſic fiet. ¶ Et nota ꝙ iudex ſic ordinabit. vt
in infimo inferni ſtent ydolatre et heretici.
ſuper eos ſuperbi et obſtinati. tercio loco
homicide et raptores. quarto luxurioſi et
delicati quorum deus venter eſt qui coope
rientur vermibus et tineis in recōpenſatio
nem deliciarum. yſa. xiiij. Subtus te ſternet
tinea et operimentum tuum erūt vermes.
Et ſic patet ſecundum. ¶ Tercio ponitur
ad iuſtos diuine conſolationis affatus. qđ
eſt magne conſolationis et remunerationis
quia pro modica penitentia habebunt per-
petuam gloriā pro terrenis celeſtia pro trā
ſitorijs eterna. Et hoc eſt ibi. His autē fie
ri incipientibus. ſcꝫ que dicta ſunt de ſignis
et reprobis. reſpicite per fidem et leuate ꝑ
ſpem capita veſtra. i. deſideria mentis vr̄e.
ſpes enim habet eleuare ſicut deſperatio de
primere. quoniam appropinquat redemptio ve
ſtra. i. cū iudicium horribile reprobis infe-
rendum fiet. tunc vos electi et dilecti nō ti
meatis. quia vos non tanget. imo ſicut ipſi
dampnabūtur ita econtra vos ſaluabimini.
et redemptio veſtra tunc apparebit. qꝛ per
gratiam redemptionis chriſti tunc in aīa
et in corpore eritis glorioſi. et ideo vos nō
timeatis. quia contempſiſtis omnia ꝓpter
me. qui mala preſentia nō timuiſtis: ſed pa
tienter toleraſtis. quorum mens ſemper in
celo habitauit. et qui in me non in mundo
nec in vobis eſtis confiſi. His enī quattuor
modis debent iuſti leuare capita ſua. id eſt
ſpem ſuam. Primo omnia mundana con-
temnendo. Matth. xix. Ecce nos reliquimꝰ
omnia et ſecuti ſumus te. Secundo mala ꝑ
ſentia non formidando. Ro. v. Sed et glo-
riamur in tribulationibus ſcientes ꝙ tribu
latio patientiam operatur. patientia ꝓbati
onem. probatio autem ſpem. Tercio ī celis
habitando. Phil. iij. Noſtra cōuerſatio ī
celis eſt. Quarto in deo et non in mundo
nec in ſe confidendo. ps. lxx. In te domine
ſperaui non confundar ineternū. Sic leua-
uit caput ſuum dauid et confiſus ē in deo.
et vicit goliam. vt patet. j. regum. xvij. Sic
apoſtoli et martyres in deo ſperātes omīa
vicerunt. Phil. iiij. Omnia poſſum in deo
qui me confortat. Et ideo vos qui hec ob-
ſeruaſtis nolite timere ſed gaudeatis. quia
mundus inimicus veſter deſtruitur et dya-
bolus cum miniſtris ſuis qui vos multo tē
pore moleſtauerunt in carcerem reducūtur
ibi in perpetuū cruciandi. ꝛ quia laborioſa
vita noſtra finitur in requiem tranſitura.
et qꝛ veſtra redemptio et gloria appropin-
quat. et ideo dicit eis. Venite benedicti pa
tris mei poſſidete paratum vobis regnum
ab origine mundi. Eſuriui enim et dediſtis
mihi manducare. ꝛc. matthei. xxv. Chariſſi
mi his quattuor modis leuemus capita no
ſtra modo et nos et appropinquabit redēp
tio noſtra. nobis enim loquitur chriſtus ſi-
cut et illis. Apoc. iij. Qui habet aures au-
diendi audiat quid ſpūs dicat eccleſijs. Et
ſic patet tercio. ¶ Quarto quandā ſimilitu
dinē ad añdicta tenēda annectit. d. Videte
ficulneā ꝛ oēs arbores q cum ꝓducūt ex ſe
fructū ſcitis qm̄ ꝓpe ē eſtas. Greg. Bene
aūt regnū dei eſtati ꝯpat qꝛ nūc meroris nr̄i
nubila tranſeūt ꝛ vite dies eterne ſol clarita-
te fulgeſcūt. ſic ergo fructus arborum ſunt
ſigna eſtatis ſic ſigna que predixit ſunt ſig-
na finalis iudicij. Et ideo vt dicit gregoriꝰ
in omelia qm̄ multa eorū q̄ dixit iam facta



cernamus. nam guerre et fames et peſtilen
tie ſunt in vniuerſo mundo. pauca reſtant
que non eſt dubium quin in proximo ſunt
fienda. propter qđ ſolicitari in bonis ope-
ribus et fide vera funditus radicari debe-
mus. vt ſi h̄ terribilia que reſtant noſtris tē
poribus contigerit euenire non euellamur
propter ariditatem a fidei firmitate. domꝰ
enim ſupra petram edificata nec a vēto flā
te nec a pluuia deſcendente nec a fluuio iu-
xta currente poteſt a ſua ſtabilitate moueri
ſed manet penitus inconcuſſa. vt dicit mat-
thei. vj. Arbor autem que bene radicata nō
eſt que modicum habet ſolis de facili a vē
to proſternitur. turbine cōquaſſatur et mo
dico euellitur torrente. Vnde homines illi
illo in tempore areſcere perhibētur qui bo
nis operibus non fulciuntur ac etiaꝫ viua
fide. Et quid refert chariſſimi ꝙ illud gene
rale iudiciū in carne mortali degere inuene
rit an particulare iudiciū quo quilibet iu-
dicatur in morte. Quid enim refert ꝙ mihi
mundus finiatur quod in generali iudicio
fiet vel ego finiar mundo. quod in particu
lari iudicio agitur omni die. certe nihil. et
ideo ac ſi in proximo generale iudiciū fien
dum eſſet ſemper parati eſſe debemus. cum
particulare quod ei quantū ad vnūquēqꝫ
equipollere cernitur in proximo ſit venturꝫ
et citius q̄ꝫ credamus. Matthei. xxiiij. Et
vos eſtote parati. quia qua hora nō puta-
tis filius hominis veniet. Et ſic patet quar
tum. ¶ Quinto ponitur omniū predictorū
certiſſime adimpletionis tempus. et hoc ibi
Amen dico vobis non ꝑteribit ſcꝫ de mor-
talitate ad immortalitatē generatio hec. i.
genus humanū vel generatio iudeorū doec
omnia ſupradicta fiant. Celum non ſidereū
ſed aereum. de quo dicitur matth. xiij. Vo-
lucres celi comedebant illud. Et terra trāſ
ibunt id eſt innouabuntur depoſita priori fi
gura permanente autem ſubſtantia vt dicit
beda. Verba autem mea non tranſibūt. id ē
intellectus verborum meorum nō manebit
incompletus. Greg. Manentes ſententias
exprimit ſermo dei qui tranſit. Et ſic patet
certitudo iudicij generalis. quia in genera-
tione iſta fiet. Sed ſicut certū eſt iudicium
in generatione iſta fieri. ſic eſt incertum tē-
pus et hora quando fieri debeat. quia nullus
vnquā ſciuit. nec ſcit. nec ſciturus eſt. Matth
xiij. De die aūt illo et hora nemo ſcit neqꝫ
angeli in celo neqꝫ filius niſi pater. Filius
ſcꝫ chriſtus pro tanto dicitur neſcire. quia
ad modum neſcientis ſe habuit. cum nulli
vnquā reuelauerit neqꝫ reuelaturus ſit. Itē
pro tanto dicitur neſcire. quia inquantum
homo hoc neſcit. inquantum vero deus et
iudicium et horam et diem iudicij et omīa
alia veraciter ſcit. Et ideo dicit auguſtinꝰ.
Quotquot ꝺ hac materia locuti ſūt qꝛ multi
iam fuerunt ſcilicet de certitudine ꝛ tempo
re finalis iudicij et de antichriſti ortu locu
ti. mendaces ſunt inuenti. ꝛ quicūqꝫ de hec
loquuntur a ſeipſis loquuntur. ſi enim chri
ſtus hoc noluit reuelare apoſtolis qui fue-
runt ſuper omnes dei ſecretarij iuxta illud
ioha. iij. Omnia quecunqꝫ audiui a patre
meo no. fe. vo. multominus vlli alij reuela
bit qui tamen de hoc queſierunt. Actuum
primo Domine ſi in tempore hoc reſtitues
regnum iſrael. Ei ait illis Non eſt veſtrūꝫ
noſſe tempora vel momenta que pater po-
ſuit in poteſtate ſua. Similiter ſi ſpiritusſā-
ctus qui prophetis omnia reuelauit et ad-
uentum chriſti et tempus aduentus. hoc
eis noluit reuelare multominus alijs reue-
labit. Et ſic patet quintum et vltimum prī-
cipale de euangelio ꝛc. ¶ Tractatus.
¶ Vt autem de aduentu ad iudicium ali-
quam noticiam habeamus ſm quod ex ſcri
pturis colligi poteſt diſtinguenda ſunt no-
bis tria. ſcilicet precedentia. concomitantia.
et ſubſequentia ad iudicium ¶ Precedētia
diſtinguuntur ſm triplicem ſtatum. Primo
ſm ſtatum predicatiōis que fiet per enoch
et helyam. Malachie. iiij. Ecce mittā vo-
bis helyam prophetam anteqꝫ veniet dies
domini magnus ꝛ horribilis. Secundo ſm
ſtatum perſecutionis que fiet per antichri-
ſtum et pſeudo prophetas. Tercio ſm ſta-
tū purgatiōis q̄ fiet ꝑ ignē. ps. xcvj. Ignis
ante ipſum precedet. pet. iij. Elemēta vero
calore ſoluent. Quilibet aūt iſtorūꝫ ſtatuū

diſtinguitur multipliciter. E. Circa ſta-
tum enoch et helye nota ꝙ ante ipſum pre-
cedent quattuor. Primo diſcidiū vulgari-
ter teilung regnorum a romano imperio. ij.
thef. ij. Niſi ve. diſ. primum ſcilicet omniū
regnorum a romano imperio. Unde gloſa
ſuper illud dan̄. vij. Et habebat cornua de-
cem. dicit appropinquante die iudicij roma-
num regnum ſcindetur in decem regna. Se-
cundo in obedientia eccleſiarum romane ec-
cleſie. vt dicit gloſa ſuper premiſſo verbo
apoſtoli. Niſi venerit diſceſſio. Tercio ypo-
criſis religioſorum et hereticorū. j. thi. iiij.
In ypocriſi loquentium mendacium. mat-
thei. xxiiij. Surgent pſeudo chriſti et pſeu-
do prophete et multos ſeducent. Quarto
vniuerſalis excitatio preliorum. Matthei.
xxiiij. Surget gens contra gentem ⁊ regnū
aduerſus regnum. Poſt hoc ſequitur pre-
dicatio helye et enoch. que redditur com-
mendabilis a tribus. Primo a temporis di-
urnitate. Apoca. xj. Dabo duobus teſtibus
meis et prophetabunt mille ducentis. lx. di-
ebus. id eſt tribus annis ⁊ dimidio. quia tā-
to tempore chriſtus predicauit. Secundo a
virtute verborum. Ibidem. Siquis volue-
rit nocere eis. ignis exeat de ore ipſorum et
deuorabit inimicos eorum. et ſiquis volue-
rit eos ledere ſic oportet occidi eū. Hi ha-
bent poteſtatem claudendi celum ne pluat
tempore prophecie eorum. et poteſtatē ha-
bent ſuper aquas cōmutandi in ſanguinem
et percutere terram plaga quotienſcunqꝫ
voluerint. Tercio a patiendi conſtantia.
Ibidem. Et cum finierint teſtimoniū ſuū
beſtia que aſcendet de abyſſo. inter liniaris
id eſt antichriſtus qui aſcendet ad regendū
per tenebroſos demōes faciet aduerſus eos
bellum. et occidet illos et vincet. et corpo-
ra eorum iacebunt in plateis ciuitatis ma-
gne que vocatur ſodoma. gloſa interlinia-
ris ſcilicet hieruſalem. dicitur magna vir-
tutibus nunc vero ſodoma eſt mutata. q̄a
nemo predicabit in ea. et egiptus interlinia-
ris. id eſt tenebroſa ſine cognitione dei. vbi
dominus illorū ſcilicet enoch et helye cru-
cifixus eſt. Et videbunt de populis ⁊ tribu-
bus et linguis et gentibus corpora eorū
per tres dies et dimidium. et corpora eorū
non ſinent poni in monumentis. interlini-
aris vt memoria habeatur eorum. et inha-
bitantes terram gaudebunt ſuper ipſis. in-
terliniaris. quia iuſtorum afflictio eſt cōſo-
latio malorum. et iocundabuntur et mune-
ra mittent adinuicem. quoniam hi duo p̄ro-
phete cruciauerunt eos. interliniaris. con-
tradicēdo iniquitati ipſorum qui habitabāt
ſuper terram. et poſt tres dies et dimidium
ſpiritus vite intrabit in eos et ſteterunt ſu-
per pedes ſuos et timor magnus cecidit ſu-
per omnes illos qui videbant illos et audi-
erunt vocem magnam de celo dicentē illis.
Aſcendite huc ſcꝫ ad conſortium angelorū
ſeu ſanctorum. et aſcenderunt in celum in
nube q̄ illos refrigeret. et inimicos terreat.
et viderunt eos inimici eius. Circa ſtatum
et perſecutionem antichriſti notanda ſunt
nobis quinqꝫ. ſcilicet ortus antichriſti et p̄-
greſſus. cultus. conflictus et obitus. F.
Circa ortum eius nota quattuor. Primo
vnde naſcetur. q̄a de tribu dan. gen̄. xlix. Fi-
at dan coluber in via. Et i apoca. Dan nō
ſcribitur in cathalogo ſanctorū in deteſta-
tionem antichriſti. Secundo quō naſcetur.
q̄a de fornicatione et nō de virgine ſicut q̄-
dam finxerunt. ij. theſ. ij. Et reueletur hō
peccati. i. de peccato cōceptus. Tercio quē
confouebitur in vtero. q̄a operacōe dyabo-
li. Nā ſicut dicit augu. ſpūs malignus deſcē-
det in vterū matris ⁊ ex virtute dyaboli cō-
fouebitur et implebiꝰ antixp̄s. nō tn̄ erit in
antixp̄o dyabolus ſicut in demoniacis. quia
tūc ſibi nō imputaretꝰ peccatū. ſed q2 ſic poſ-
ſidebit eū ꝙ pro ſua voluntate inclinabit eū
cum aſſenſu liberi arbitrij. Unde ſuper il-
lud. ij. ad theſſa. ij. Cuius aduentus erit ſe-
cundum operationem ſathane. dicit gloſa.
Non tamen ſine conſenſu. vt frenetici. qui
culpam non habent. quia ſi ſic vexaretur a
dyabolo non imputaretur quicquid ageret
ꝙ autem incipiat eſſe malus ex vtero ma-
tris probatur illō pe. xlviij. Trāſgreſſorē de
ventre noui te. Hoc dicitur de antichriſto
ſicut hiere. pmo dicitur beato iohi baptiſte



Priuſq̄ te formarem in vtero noui te. ꝛc.
Quarto vbi naſcetur. quia in babylonia.
Apocalipſ. xvij. Babylon magna mater
fornicationum. M. Circa progreſſum
nota quattuor. Primo vbi nutrietur. quia
in illis ciuitatibus ſcilicet nutriēdus erit.
corozaim et bethſaida. Unde ſuper illo
verbo matth. xj. Ve tibi corozaim. ve tibi
bethſaida dicit augu. Ideo imprecatur et
improperat deus iſtis ciuitatibus. quia in
eis conuerſatus eſt filius perditionis. Se-
cūdo a quibus nutrietur. quia a malchitis
et magis babylonis et docebunt eum omē
artem magicam ſicut dicit augu. Nutrietur
etiam a ſpiritibus malignis. quia propter
incantationes ſuas quottidie ei famulabū-
tur. et aſſiſtent ei comites in diuerſis. Apoc.
xvj. Vidi de ore beſtie et de ore pſeudo pro-
phete. propter incantationes quas de ore
emittet exire tres ſpūs immundos. Tercio
qui populi ei adherebunt. quia populus iu-
deorum. Joh. v. Alius veniet in nomine
ipſius et illum accipient. Quarto in qua
etate incipiet hec omnia. quia in adoleſcen-
tia. Ecci. iiij. Vidi cunctos viuentes q̄ am-
bulabant ſub ſole cum adoleſcente ſecūdo.
ſcꝫ antichriſto. Nam primus adoleſcēs fu-
it chriſtus. In illa ergo etate incipiet pre-
dicare qua et chriſtus. N. Circa cultū
eius ſimiliter nota quattuor cultus p̄ quos
attrabit diuerſos ad ſe. Primo ergo vt at-
trahat ad ſe iudeos dicit ſe eſſe meſſiam in
lege promiſſum verum deum et verum ho-
minem. et reedificare templum ſalomonis.
dicens ſe velle reſtaurare ritum moyſi. ij.
theſ. ij. Qui gloriatur et extollitur ſuper
omne quod dicitur deus. aut quod colitur
ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe tā-
q̄ ipſe ſit deus. Dicit enim iudeis ſe velle
deſtruere omnem ydolatriam. Danielis. xj.
Eleuabitur aduerſus omnem deum. Verū
tamen cor eius erit ad deſtruendum omneꝫ
cultum iudeorum. Eodem. viij. capitulo di-
citur. Et cor eius aduerſus teſtamentum
ſanctum. Itē in eodem viij. capitulo Uſqꝫ
ad principem fortitudinis magnificatus ē.
et ab eo tulit iuge ſacrificium Secundo vt
attrahat gentiles et ydolatras. faciet ſimu-
lacrum et ſtatuam. et per incantatiōes mit-
tet in ipſum ſpiritum malignum ad dandū
reſponſa. et vocabit ipſum deum maozim.
Apoca. xiij. Datum eſt ei vt daret ſpirituꝫ
imagini beſtie vt loquatur ipſa imago be-
ſtie. et faciet vt quicunqꝫ non adorauerit
imaginem beſtie occidatur. Danielis. xj.
Deum patrum ſuorum non reputabit. deū
autem maozim ſtatuet in loco ſuo et vene-
rabitur. Maozim interpretatur preſidium.
quia ponetur edictum vt quicūqꝫ fugerit
ad ſtatuam illam ſit ſecurus et non occida-
tur ob reuerentiam ſtatue. Hāc etiam ima-
ginem faciet ab omnibus adorari. vt dicitꝰ
Apoca. xiij. Tercio vt attrahat ad ſe chri-
ſtianos dicet ſe chriſtum veniſſe ad iudiciū
ſicut promiſit in euangelio. Et oſtendet ſe
mortuum. et tercia die reſurget. Apoca. xiij
Et vidi vnum de capitibus ſuis quaſi occi-
ſum in morte. Interliniaris. Simulabit ſe
antichriſtus mortuum. et per triduum la-
tens poſt apparebit dicens ſe ſuſcitatum. et
plagam mortis eius curatam. Gloſa. Ar-
te magica aſcendet in aera ferentibus eum
demonibus. et ſic curabitur plaga mortis
eius. et qui prius mortuus credebatur poſt
viuus reputabitur. Et hoc eſt quod ibideꝫ
ſequitꝰ. Et admirata eſt vniuerſa terra poſt
beſtiam. Et adorauerunt draconem ſcilicet
dyabolum. qui dedit poteſtatem beſtie. ſcꝫ
ſurgendi. et adorauerunt beſtiam. id eſt an-
tichriſtum. Quarto vt attrahat ad ſe om-
nem hominem peritum et magnum ponet
caracterem in fronte et manu dextera vt
diſtinguantur ſui ab alienis. et nemo poſſit
emere vel vendere niſi habuerit ſignū. Apo-
cal. xiij. Faciet omnes puſillos et magnos
diuites et pauperes et ſeruos et liberos ha-
bere caracterem in manibus et in frontibꝰ
ne quis poſſit emere vel vendere niſi habe-
at caracterem beſtie aut nomen eius. F.
Circa conflictum eius nota ꝙ contra tri-
plicem populum dimicabit. ſcilicet contra
clericos. nobiles. et mercatores. Clericos ⁊
laicos expugnabit. et ad ſe trahet per ratio-

Erit enim valde inſtructus in ſcripturis philoſophorū. daň. viij. Surget rex impudens facie et intelligens propoſitiões. Job xiiij. De ore eius lampades procedunt. id ē rationes naturales phorum. Milites et nobiles expugnabit. et ad ſe trahet per diſtributionem terrarū et dignitatum. Daň. xj. Multiplicabit gloriam et dabit poteſtatē in multis et diuidet terram gratuito. Mercatores expugnabit et ad ſe trahet per aurum ꝛ argentum. daň. xj. Dominabitur theſaurorum auri et argenti et in omnibus p̄cioſis egipti. In eodem. viij. In copia rerum occidet plurimos. Demões enim reuelabūt ei omnes theſauros abſconditos ꝛ maxime loculos ſalomonis quos ipſe ſuffodi fecit. Antiquitus enim homines morientes abſconderunt theſaurum ſuum ſperantes ſe redire poſt longum annum quem ponebant philoſophi ad eundem locum et carnaliter viuere ſicut prius. et ideo in ſepulchris antiquorum frequenter eſt inuentus theſaurꝰ hec ſepulcra inueniet dyabolus antichriſto Job. xxj. Ipſe ad ſepulcra ducetur et in cōgerie mortuorum vigilabit. In eodem. xlj. Sternet ſibi aurum quaſi lutum. Populꝰ etiam minor ſimiliter diſtinguitur in tria genera hominum. ſcʒ in ſimplices. infirmos. et perfecte penitentes. Simplices ad ſe trahet per falſos prophetas. id ē predicatores infirmos per tyrãnos. et perfectos per falſa mirabilia. Hec tria notat dominus i euangelio Matth. xxiiij. cum dicit. Surgent pſeudo prophete. id eſt pſeudo chriſti ad decipiendum ſimplices et tradent eos in magnam tribulationem et occident. et ad infirmos cogendos. et dabunt ſigna magna vt ſi fieri poteſt in errorem inducantur electi. ad perfectos cōmouendos. Propter has oēs tribulationes et perſecutiones ſathanas dicitur ſoluendus circa diem iudicij et dabiť ei libera poteſtas temptãdi homines et nocendi. Apoca. ij. Cum conſummati fuerint mille anni. id eſt cum appropinquauerit finis mundi. millenarius enim eſt numerus perfectus. ſoluetur ſathanas. id eſt dabitur ei libera poteſtas temptandi. Et poſtea itērū religabitur in iudicio. Apocal. ij. Ecce dyabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis et ſulphuris vbi eſt beſtia ꝛ pſeudo propheta cruciabūtur in ſecula ſeculorum. [M] Circa obitum antichriſti notanda ſunt quattuor ſcʒ tempus. perſona interficiens. locus et modus. Primo nota tempus. quia poſtꝗ̄ predicauerit tribus annis et dimidio. ſex diebus poſt mortē helye et enoch interficietur. Apoca. xj. Ciuitatē ſanctam calcabunt menſibus. xlij. Daň. xij. Vſquequo finis horum mirabilium. id eſt quanto tempore durabit perſecutio antixp̄i Et reſpondit angelus et iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum. Quia tempus tempora et dimidiū tempus. id eſt vſqʒ ad tres annos et medium. Secundo nota perſonā interficientem. quia ipſe chriſtus interficiet vel michael miniſterio interficiet. xp̄us vero autoritate. ij. theſ. ij. Quem dominus interficiet ſpiritu oris ſui. In hiſtorijs ſcolaſticis dicitur ꝙ quedam audietur vox in aere dicens. Morere. Et ſtatim fulminabitur antichriſtus. Tercio nota locum. quia in illo loco morietur vnde chriſtus aſcendit. ſcilicet in monte oliueti. Congregabit enim multitudinem exercitus ſui. ꝛ cum fuerit in ſupremo glorie ſue pre multitudine exercitus ſui interficietur i valitudine ſua Daň. xj. Veniet in valitudine vt conterat et figat tabernaculum ſuum inter maria ſuper montem inclitum. Maria appellat mare mortuum et circumadiacentia maria Montem inclitum appellat montem oliueti. Et ſequitur. Veniet vſqʒ ad ſummitatē eius. ſcilicet montis oliueti. et nemo auxiliatur ei. ſcilicet quando interficietur a chriſto. Quarto nota modum. quia interficietur ſubito et abſqʒ manu hominis et cunctis videntibus. Job. xxxiiij. Subito morietur. et auferent violentum. id eſt antichriſtum ſine manu. In eodem quarto capitulo. Videntibus cunctis precipitabitur.

[N] Circa tercium. ſcilicet ſtatum purgationis que fiet per ignem nota preambula que ſequentur ſtatum antichriſti et precedēt ignē purgatiōis. [P]rio ergo p̄cedet ſpacium penitendi poſt mortem antichriſti ergo dabit ſpaciū. xlv. dierū ad p̄niam illis q in perſecucõe antixp̄i negauerunt fidem. daň. xij. In tēpore illo cū poſita fuerit abhominatio in deſolationē. i. antixp̄s q abhominabilem ſe exigebat ad adorandum dies mille ccxc. i. tres ãnos cū dimidio. qꝛ tãto tēpore durabit. Et poſtea ſeqtur. Beatus q expectat et peruenit ad dies. Mcccxxxv. In hoc enim numero inueniť ſpaciū. xlv. dierū datū ad penitendū. Nã ſi diebus mille. ccxc addanť dies. xlv. ſunt. M. cccxxxv. Eſt ergo ſenſus. Beatus q poſt hos dies perſecutionis vixerit. q ſunt dies mille ccxc. et peruenit ad dies. xlv. ſuperadditos ad penitenciã q̄ ſimul oēs fiūt. Mcccxxxv. ſꝫ vt dicit mgr̄ in hiſtorijs in vltia viſiõe danielis Et i iſto tp̄e oēs iudei cõuertētur. p̄s. lvj. Cõuertentur ad veſperã ꝛ fa. pa. vt canes. ſ. mūdi videntes em̄ ſe deceptos ab antixp̄o cõuertentur ad xp̄m. Et iſtud tēpus vocať ſtatꝰ ſecuritatis. Dicēt em̄ tūc miniſtri antixp̄i. licet em̄ p̄nceps noſter ē mortuus. tñ pacē et ſecuritatē habemus. et ducēt vxores et cõuiuia celebrabūt. et cū dixerint pax et ſecuritas tūc repētinꝰ ſuperueniet eis interitus. vt dicit apl̄s. j. theſ. v. Quia vt diciť math. xxiiij. ſicut in diebus noe erãt hoies edētes et bibentes et nuptui ſe tradentes. ſic erit i aduentu antixp̄i. Poſt hunc ſtatū erit ſtatus ſignorū q̄ ponit hiero. q̄ ſupradicta ſūt. ſi tñ ſunt vera. nã de eis apud theologos doctores dubitatio eſt. quidã em̄ dicūt ꝙ poſſibilia ſūt. et poſſibile videtur ea ſic euenire. Quibuſdã aūt videť omnino abſurdū. ꝛ dicunt ꝙ ſtatim poſt p̄habitū tēpus mundus cõburet. Quicqd aūt ſit p̄dicatoriſ arbitrio relinquat. [O] Poſt p̄dicta ergo p̄ambula ſeqtur ſtatus purgatiõis q̄ fiet p̄ ignē. nã virtute dei ignis maximus generabiť in terra ex cõcurſu oim cãrū ſup̄iorū ꝛ inferiorū q̄ ex ſua naťa habēt virtutem igniēdi. q̄ oia diuina virtus faciet ſimul cõcurrere. ſicut factū eſt diluuiū ex cõcurſu oim cãrū q̄ hñt pluuiã generare. vt dicit augu. q ignis faciē huius mūdi purgabit. ꝛ tãtū aſcēdet quãtū aque diluuij. q̄ purgabit bonos quos inueniet ſi aliquid in eis purgandū fuerit. boni vero et perfecti q nihil purgabile habebūt reſolutionē in corporibus patiētur ſine aliqua leſiõe et pena. vt dicit augu. malos aūt cõcremabit. Innouabit etiã elemēta. ij. pe. iij. Elemēta calore ſolueť. glo. Cõſumpti per ignē meliorē ſpēm reaſſument. Et quia poſtꝗ̄ iſte ignis cõbuſſerit mundū deſcēdet ad infernū cū reprobis diuiſa ab eo luce. p̄s xxviij. Vox dn̄i intercidentis flãmam ignis. Vbi baſilius. Dn̄s ita recidet flãmã ignis vt electis luceat ꝛ reprobos exurat. ꝛ i tali combuſtione oia maria et oēs aq̄ p̄ter occeanū cõbureť. ꝛ t̄ra ita equabiť ꝛ r̄manebit lucida vt criſtallus. Et ſic patet p̄mū. [P] Sequiť ſcd̄m ſcʒ cõcomitēria ip̄m iudiciū que erunt multa. ſ. reſurrectio corporū virtute diuina. ꝛ congregatio eorundem ad vallem ioſaphat virtute angelica. Et tunc chriſtꝰ veniet ad iudicium ad dictam vallem et cū iniuſtis et peccatoribus diſceptabit. Omia hec quecunqʒ in iudicio concurrent in precedenti ſermone ſatis diffuſe dicta ſunt. et ideo hec ibi require. et hic amplius non dicatur. Et ſic patet ſecundū. [Q] Sequiť tercium ſcilicet ſequentia poſt iudicium ſcʒ ſtatus innouationis mundi qui erit poſt iudicium aſcendentibus electis cū chriſto ad celum. et deſcēdentibus impijs ad infernū. quia ſicut homo innouabitur in corpore et in omnibus ſenſibus corporis. cuius innouationi hic non inſiſto. quia ad reſurrectionem corporis pertinet. ita mundus innouabitur poſt iudicium et ſuperiora ꝛ inferiora. In ſuperioribus innouabitur firmamentum. quia quadam luce reſurrectionis clarebit et quieſcet mobile vlterius non mouendum. Vnde gloſa ſuper illud yſaie. Celi ſicut fumus liqueſcent. dicit. Celi noui et terra noua quaſi quadam reſurrectiõis virtute gloſificata clarebunt. Item innouabitur ſol. quia lucebit ſimpliciter ſicut lux ſeptem dierum. id eſt lux ante peccatuʒ. quia per peccatum omnia ſunt deteriorata in odium hominis. Yſaie. iij. Erit lux ſolis ſicut ſeptē dierū. Vbi dicit glo. ꝙ in ſeptuplū

plus lucebit q̄ fecit ante peccatū. Stabit
etiam immobilis in oriente vbi creatus eſt
nunq̄ ad occaſum tendens. nec eclipſim pa
tiens. Abac. iij. Sol et luna ſteterunt in ha
bitaculo ſuo. Propter hoc totum tempus
futurū dicitur vna dies. quia nox ei nō ſuc-
cedit. Zach. xiij. Erit dies que nota eſt dn̄o
et non dies neq; nox. Et quia vt dicit phs
Tempus eſt numerus motus per prius et
poſterius. et motus nec in firmamento nec
in ſole et aſtris erit. ſequitur q̄ vlterius tē
pus non erit. Apoc. x. Tēpus iam non erit
Item innouabitur luna. quia habebit lu-
men a ſe et nō a ſole ſicut modo habet. ps
lxxxviij. Luna perfecta ineternū. Item ha
bebit tantam lucē quantā habuit ſol ante
peccatū. yſa. iij. Erat lux lune ſicut lux ſolis
Itē non minuetur nec deficiet. nec patiet
vltra eclipſim. yſa. vj. Nō occidet vltra ſol
tuus. et luna tua non minuetur. In inferi-
oribus vero innouabūtur quattuor elemē-
ta. et primo ignis quia clarior erit. Secun
do aer quia erit ſine turbine pluuia et toni-
truo. Itē ex aere et luce infuſa erit vnum
corpus. ſicut criſtallus habet lucē incorpo-
ratam. mō lux accedit aeri et recedit. Vnde
in illa alteratione q̄ fiet per ignē illa cōmu
nicabūt aer ignis celum et aqua. et oīa iſta
dicentur celum vnū. Vñ in apoca. xvj. Vi
di celum nouū et terrā nouā. ſumitur celuz
pro tribus elemētis. ſicut dicit glo. Itē ca-
rebit qualitatibus corruptibilibus. ſicut ca
liditate. frigiditate. humiditate et ſiccitate.
remanebūt tamē qualitatū radices in aere.
Tercio aqua qa in aere nō erit fluxibilis. ꝛ
qa iſta ē ꝓprietas ꝑncipalis aq̄. ꝑpter hoc
dicitur apoca. xxj. Et mare iā nō eſt. Item
carebit potētia extinguēdi. Sap. xix. Aqua
extinguendi naturā oblita ē. Item carebit
corruptione et potentia corrūpendi. qa oīs
corruptio ab humiditate eſt q̄ in aqua non
erit. Vñ glo. ſuper illo verbo. pet. iij. elemē
ta calore ſoluentur. dicit elemēta quattuor
quibus hic mūdus cōſtat. ille magn⁹ ignis
comburet. neq; omnia conſumet vt nō ſint
ſed duo ex toto conſumet. duo in meliorem
reſtituet faciem. Quod quidam exponunt

de igne et aqua q̄ ex toto dicūtur conſumi
quo ad vſum illarū qualitatū ſcz calidita-
tis et humiditatis. Aqua eñ non habebit
poteſtatē extinguendi vel fluēdi. neq; ignis
comburendi. Quarto innouabitur terra.
quia non erit obſcura. ſed lucida ſicut cri-
ſtallus. Item non habebit vſum germinā-
di. nec in ea erunt vegetabilia. Itē erit to-
ta plana. yſa. xlviij. Humiliabitur omnis
mons et collis. Hanc innouationē expec-
tant omnes creature. Propter quod dicit
apo. Ro. viij. q̄ omnis creatura ingemiſcit
et parturit vſq; adhuc. quia ipa creatura li
berabitur a ſeruitute corruptionis in liber
tatem filiorum dei. Ibidem.

¶ De epiſtola ſermo quartus.

Q Uecunq; ſcripta ſunt ad nr̄aṃ
doctrinam ſcripta ſūt. Ro. xv
In hac dn̄ica eccleſia recitat
aduentum chriſti ad iudicium
generale in fine mundi. de quo
iudicio multa ſcripta ſūt valde. et ꝓcedētia
ſigna et concomitantia et ſubſequentia vt
in pdictis eſt oſtenſum. q̄ oīa ſunt ſcripta. ꝛ
eccleſia recitat ad nos erudiendū vt de ipſo
iudicio et d' his q̄ ad illud cōcurrūt eruditi
ad ipm ꝑparemur vt decet. iacula eñ q̄ ꝑui-
dent minus feriūt vt dicit greg. ¶ De hac
eñ materia epl'a pn̄s loq videt' oñdēs q̄ oīa
q̄ dn̄s p' ꝑphas ſuos ſcribere mādauit ꝛ q̄
eius fili⁹ hō factus i terra ē opat⁹ oīa ſūt
ad nr̄ām doctrinā ꝛ aiarū ſalutē ꝑpetuo cō
ſeq̄ndā. In qua q̄dē epl'a apl's quattuor fa
cit. Primo eñ totā diuinā paginā ad noſtrā
dicit eſſe ſcriptā eruditionē. ibi. q̄cūq; ſcri-
pta. Scdo vt oēs idē ſentiam⁹ exēplo xp̄i ꝛ
ſm xp̄m. et h' ad dei honorē. ad ſpm dei ſuā
fundit orōnē. ibi. d's aūt patiētie et ſolacij
det idipm vobis ſape ꝛc̄. Tercio vt i obſe-
quijs caritatis et infirmitatū tolerātia inuī
cē ſupportem⁹. ſic̄ ꝛ xp̄s nos ſuſcepit ꝛ ſup
portauit. piā pōit exhortatōz ibi. ꝑpter q̄ð
ſuſcipite inuicē ſic ꝛ xp̄s ſuſcep̄ vos. Quar
to vt oī gaudio ſpūali ꝛ pace īpleamur ite
rato ſubiūgit dep̄catiōz ibi. d's aūt ſpei re-
pleat vos omni gaudio et pace. ꝛ cetera.

¶ P. Primo ergo dicit totam ſcripturam



eſſe ſcriptam eruditionem. et hoc eſt. q̄cūq;
ſcripta ſunt ſiue in ve. te. ſiue in no. ſiue de
deo ſiue de celo vel de mundo vel inferno.
vel de angelis vel de animabus vel de aduē
tu chriſti in mundum. vel de aduētu eiuſdē
ad iudicium. omnia ad eruditionem noſtrā
deus ſcribi fecit per ſeruos ſuos vt in ipſis
de credendis ſperandis et agendis erudia-
mur. et vt per patiētiam in aduerſis. et per
conſolationem in proſperis ſcripturarum.
id eſt quas ſcripture docent et mādant ha
bere veram ſpem de bonis eternis merea-
mur. vt nec propter aduerſa nec propter ꝓ
ſpera ab iſtorum ſpe decidamus. Hoc enim
ſcripture mandant vt non frangamur ad-
uerſis nec proſperis diſſoluamur. ſed firmā
ſpem tanq̄ anchoram in aduerſis et proſpe
ris retinentes ad brauium ſuperne vocati-
onis curramus. ¶ . Circa hoc verbū
ad noſtram inſtructionem notādum q̄ mul
ta ſcripta ſunt tam in veteri q̄ in nouo te-
ſtamento. a quibus tam magnam doctrinā
accipere poſſumus et debemus. Hoc eſt eñ
magis latum verbum ad predicādum ꝛ ex-
ponendum q̄ ſit in tota ſcriptura. Ubi no-
ta q̄ eſt quadruplex liber. ſcz liber creature
liber ſcripture. liber gratie et liber glorie.
In quolibet iſtorū multa ſunt ſcripta ad
noſtram doctrinam. ¶ Primus liber eſt li
ber creaturarum. de quo dicitur geñ. j. In
principio creauit deus celum et terram. ſcz
continens et contētum. Ex quo inſtruimur
ad fidem de deo habendam. quia in rerum
creatione relucet dei omnipotentia que pa-
tri appropriatur. In rerum vero ordinati-
one dei ſapientia que filio attribuitur. In
rerum autem conſeruatione dei bonitas. q̄
ſpirituiſancto attribuitur. Ex quo patet q̄
vnus eſt deus in tribus perſonis cōſiſtens.
qui creauit ordinauit et regit omnia. Ro. j
Inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intel-
lecta conſpiciuntur. ſempiterna quoq; vir-
tus eius et diuinitas ſap. xiij. A magnitudi
ne enim ſpeciei et creature cognoſcibiliter
poterit horum creator videri. Iſte vocat
liber creaturarum in quo mirabilia poſſu-
mus ſpeculari. prouer. vj. Uade ad formi-

cam o piger et cōſiderā vitam eius. et diſce
ſapientiam. Et dicas hec de obedientia celi
et de fructuoſitate terre. de elementis et de
natura multorum animalium. ¶ . Se-
cundus liber eſt liber ſcripture. qui conti-
net totum vetus teſtamentum. in quo mul
ta ſunt ſcripta. Nam primo inuenimus ſcri
ptum in geneſi primo. c. q̄ deus hominē ma
gna excellentia dotauit. Faciamus inquit
hominem ad imaginem noſtram vt preſit
piſcibus maris et volatilibus celi et beſtijs
terre vniuerſeq; creature. De cuius excel-
lentia miratur propheta in pſal. o. Quid ē
homo q̄ memor es eius. Omnia ſubiecisti
ſub pedibus eius ꝛc. Ex quo inſtruimur q̄
maximam dilectionem ad deum habere de-
bemus quia tales nos fecit et omnia prop-
ter nos. Inſtruimur etiam q̄ animam et
naturam noſtram ſic excellentem in magna
reuerentia et puritate conſeruare debemus
et nō in luto vitiorū labefactare. Ecci. ix.
Fili in manſuetudine ſerua animam tuam
et da illi honorē ſm meritū et ſanctitatem
id eſt dignitatem. Sed inuenimus etiā ſcri-
ptum in geneſi q̄ deus propter peccatum et
mandati tranſgreſſionem expulit hominem
de paradiſo et quaſi tota illa excellentia ſpo
liauit ac infinitis bonis priuauit. ac infini-
tis miſerijs cum tota ſua poſteritate adiu-
dicauit. Ex quo inſtruimur q̄ ſupra omnia
et valde peccatum deteſtari debemus q̄ no
bis tot bona abſtulit et tot malis addixit.
Ecci. xxj. Qui in vno offendit multa bona
perdet. Tertio inuenimus in ſcripturis ite-
rum in geñ. vj. c. q̄ ꝑpter peccatū carnis.
omnis eñ caro corruperat viā ſuā deus to
tū genus humanū ꝑter ſeptē in diluuio dele
uit et dixit Penitet me feciſſe hominē. Ex
quo inſtruimur q̄ carnalis cōcupiſcētia eſt
illa vorago i qua gen⁹ hūanū ſuffocat'. et ē
ignis ipm cōſumēs. Ad qð ſignificādū ignis
ſup ſodomitas deſcēdit tpiori pctō carnis
fedatos. iob. xxj. Ignis ē vſq; ad cōſuma-
tiōēm deuorās ꝛ oīa eradicās. ſ. germia xt'u-
tū. ꝛ iō q̄tū poſſum⁹ corp⁹ nr̄m maccrare
debemus. ne taliter ſuffocemur et taliter cō
mur. augu. Carnē vr̄ām domate ieiunijs et

abſtinentia eſce vel potius quantum valitu do permittit. Vnde de iſtis dicitur hebr.xj Circuierunt in melo.in pe.ca.egen.an.aff. Quarto inuenimus ſcriptum iterū in gen. xj. ꝙ in edificatione turris babi.diuiſit la bium vnum in.lxx.linguas.quā filij homi num ex magna ſuperbia edificabant coquē tes lateres pro ſaxis et bitumen pro cemen to.cuius cacumen vſqȝ ad celum volebant erigere.vt ex altitudine non timerēt ampli us a diluuio aque et ex lateribus qui nō le uantur ab igne non timerent futurū iudici um per ignem fiendum.et ſic cogitabāt dei potentiā ſubterfugere. Ex quo inſtruimur ꝙ omnis diuiſio et diſcordia eſt ex ſuperbia ab ipa enim omnis perditio initiū ſumpſit. vt dicitur thob.iiij. Quicūqȝ enim peccat ſuperbit et contra deum erigitur.dum eius mandata contemnit et contra ipſa facit et eius gratiam et dona proijcit tanqȝ lutum. Propter quod homo ſeparatur a ſanctis ab eccleſia inſtorum ⁊ a merito paſſionis chri ſti et omniū electorū.a virtutibus et donis ſpūſſancti et pace et proximi vnitate. quia inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. vt dicit prouer.xiij. Et breuiter ab omni bono ſe paratur.yſa.lix. Iniquitates veſtre diuiſe runt inter vos et deū veſtrum. Ex quo pa tet ꝙ ſuper omnia debemus ſuperbiā dete ſtari et humilitatem ſectari per quā homo multipliciter exaltatur.j.pe.ij. Humiliami ſub potenti manu dei vt vos exaltet in tē pore ⁊c. Luc.xiiij. Omnis q ſe exaltat hu miliabitur ⁊c. Quinto inuenimus ſcriptū exo.xiij.quō deus eduxit populum ſuū per manum validam de egipto a ſeruitute pha raonis ipſo cū exercitu ſuo ſuffocato i ma ri.et quō mirabilibus beneficijs eſt ipſum per deſertum proſecutus. Nam colūna nu bis per diem et columna ignis per noctem nunqȝ ipis defuit.et māna angelorū panis cibus optimus per quattuor ānos de celo exhibitus fuit eis. Ex quo inſtruimur ꝙ deus populum ſuum de manu hoſtiū eripit et ipm innumerabilibus beneficijs per de ſertum mundi proſequitur. Nam ignē ſpiri tusſancti mittit q eos accendit et purificat et illuminat.et nubem refrigerij eis tribuit in aduerſis.dan.iij. Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.j.cor.x. Fidelis deus qui non patietur vos temptari ſuper id quod poteritis.ſed faciet cuȝ tēptatione prouentū vt poſſitis ſuſtinere. Et ideo ſi be ne agimus multum in deo confidere debe mus.pſal.xxxvj. Spera in dñm et fac bo. Sexto inuenimus in leui.vij.ꝙ deus ſacer dotes et leuitas de populo ſequeſtrauit ad cultum deo exhibendum.et inſtituit ſacrifi cia ad peccatorū oſtenſionem illud ſacrifi cium verum aque immaculate ſignificātis per quod peccatum non eſt oſtenſum. ſed ablatum a quo fluxerūt omnia ſacramēta eccleſie que habent in eius ſanguine effica ciam omnia peccata delere. Ex quo inſtrui mur ꝙ ad cultum [illegible] ſemper ſunt ali qui ordinandi et [illegible]menta eccleſie per iſta ſacrificia fig[illegible]ote et pure de bemus ſuſcipere. vt a peccatis mundemur et ſalutem anime cōſequamur. Matth.xvj Qui crediderit et baptiſatus fuerit ſaluus erit. Ipſa enim ſunt medicine leuiſſime et efficaciſſime et ſine rerum diſpendio. omnē languorem anime ſanant.ſine quibus ſalus hominis haberi non poteſt. Septimo inue nimus in libro numerorū.xxxiij.c.oēs man ſiones quas fecerunt iſrael in deſerto nume ratas et inſcriptas fuiſſe. Ex quo inſtrui mur ꝙ omnia tēpora noſtra et omnia ope ra noſtra et omnes manſiōes quas facimus in mundi deſerto ſcribuntur in libro et in iudicio coram deo de omnibus diſtrictam rationem deo reddemus et propter ipſa et de ipſis iudicabimur ſiue ad vitam ſiue ad mortem. Dan. vij. Iudicium ſedit et libri aperti ſunt. Bern. Omne tempus tibi im penſum requi.a te.q.ſit exp.. Matth.x. Sȝ et capilli capitis veſtri numerati ſunt.quia minima veſtra deus numerat. Propter qđ valde ambulare debemus caute cū obſerue mur in omni vita noſtra. Ephe.v. Videte quō caute ambuletis. Octauo inuenimus deute.j.c.quō moyſes ſeruus dei et omnis illa cōgregatio que egreſſa eſt de egipto vl tra ſexcenta milia hominū pugnatorū pro



quibuſdam peccatis omnes preter duos ſcȝ ioſue et caleph filius iephone mortui ſunt i deſerto nec terram promiſſionis potuerunt intrare. Ex quo inſtruimur ꝙ deus pplm [illegible] in hoc mundo punit ne puniat in fu[illegible] angu. Ideo diuina b[illegible] [illegible]me in hoc ſeculo ne i[illegible] in futo et miſericorditer adhibet te[illegible] ſe ritatem ne eternam iuſte inferat [illegible]. nec terram lacte et melle manantē in hoc mundo populo ſuo confert vt tandem dul cedine eterne ſacietatis reficiat. Et ideo di flagella cum gaudio ſuſtinere debemus. qa in ipſis purgamur inſtruimur ⁊ emēdamur et vt filij dei et non vt adulteri tractamur Hebre.xj. Quod ſi extra diſciplinam eſtis ergo adulteri et non filij dei eſtis. Quē eīn di.deus.cor.fla.autē o.fi.quē re.ij.machab vj. Etenim nō ſinere peccatores ex ſentētia agere.ſed ſtatim vltionem adhibere magni beneficij eſt iudiciū. Nono inuenimus in io ſue quō dominus per ioſue illos ſeptem im pias et peſſimas nationes deleuit.et ciuita tes eorum ſuccendit.et populus dei totam occupauit. Ex quo inſtruimur ꝙ impij et filij eorū propter eos exterminātur a terra et bona eorū alijs traduntur.ps. Filij eius fiant orphani et vxor eius vidua et cp.eis acci.alter.nutantes transferentur filij eius mendicent et eijciantur de habi[illegible] ſuis. Scrutetur fenerator omnē ſubſtantiā eius et diri.ali.la.eius. Sic manpanit seh eius ab deleri cū tota progenie ſua. vt patet.iiij Regū. xxj. Exo.ij. Ego ſum deus zelotes vindicans iniquitatem patrū in filios i ter ciam et quartam generationē. Ex quo pa tet ꝙ dei flagella inferūtur bonis ad corre ptionem et emendationem.et malis ad ex terminationem et futurorūȝ tormentorum inceptionem. Vnde in vita iſta incipit eis infernus et de tormentis tranſeunt ad tor menta. Iob.xxiiij. Ab aquis niuiū tranſe unt ad calorē nimiū. Sic tranſiuit pharao cum egiptijs de plagis ad plagas. vt patet in exo. Decimo inuenimus iudicum.ij.c.ꝙ de mandato dei iudices conſtituti ſunt qui populum iudicabant vel conſolabātur. Ex quo inſtruimur ꝙ omnis poteſtas miniſter dei eſt vindex in noſtra et qui male agit vt dicit apls. Ro.xiij. Prouer.viij. Per me reges regnant et legum conditores iuſta de cernunt. Ex quo patet ꝙ dñis tēporalibus obedire tenemur et ſtatuta eorūȝ iuſta que diuine iuſticie nō contradicunt et rite et p cōmuni vtilitate omniū ſtatuuntur etiam quantum ad conſcientiam ſeruare tenemur et contrarium facientes penam q̄ taxatur tenentur ſoluere. Multi autem cōtrarium dicunt.male dicentes ꝙ huiuſmodi ſtatuta et lex ſi tranſgrediantur ea homines nō ob ligant conſcientiam ſed burſam. Contra qđ dicitur Rom.xiij. Qui poteſtati reſiſtit dei ordinationi reſiſtit. Col.iij. Serui obedite per omnia dnis veſtris ſcȝ carnalibus non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus pla centes ſed in ſimplicitate cordis ſicut timē tes deum. Vndecimo inuenimus in libro Regū.j.ꝙ dominus in furore filijs iſrael dedit legem et regiam dignitatem: Vnde dici tur Oſee.xiij. Dabo inquit tibi regem i fu rore meo. Ex quo inſtruimur ꝙ dignitas humana ſeu mundana non eſt appetenda. nec deus libenter eam hominibus confert. quia in ea multe vanitates et iniuſticie cō tinentur. Vnde de ſaul primo rege a deo cō ſtituto dicitur ꝙ quando eſt factus rex nō erat vir melior in omni iſrael.qui poſtea i regia dignitate factus eſt valde malus.hoc eſt ſignum ꝙ temporali dignitate fulgentes et temporali iocunditate letantes non ſint multi amici dei. Et ad ſignificandum ꝙ tē poralis dignitas vana ſit et per cōſequens non appetenda.ſemper quando in libro re gum dicitur talis fuit et tantū regnauit.ad ditur et mortuus eſt. [illegible] enim optime oſtendit quōm hum[illegible] vana eſt. Nā rex et imperator [illegible]teri.ſub ter ra recōdunt.nec potētia nec delicie nec diui cie eos comitātur.ſȝ facit eos oīa pdicta re linquere.et melius eſſet eis ea nunqȝ habu iſſe. Iob.xxvij. Diues cum dormierit ni hil ſecū auferet. Ecci.xlj. O mors qȝ ama ra eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtancijs ſuis. Et ſic patet de duobus

libris ſcȝ creature et ſcripture. [illegible] Tercius liber qui eſt liber gratie. eſt totū nouū teſtamentum. quia nouum teſtamentum eſt principaliter ipa gratia ſpūſſancti. que daſ fidelibus a chriſto. Ipſe ergo chriſtus eſt liber grē q̄ ē ſcriptus intus et foris. vt dicit̄ ezech. ij. quantū ad diuinitatem ꝛ hūanitatē. quia vtrobiqȝ doctrina magna inuenitur. q̄ eſt forma et exemplum totius chriſtiane religionis. quem in tota vita noſtra imitari ꝛ ſpeculari debemus. Ioh. xiij. Exēplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci ita et vos faciatis. De quo libro grādis nobis reſtat ſermo. Sed quia imbecilles ſumus ad audiendum dimittatur ad preſens. [illegible] Quartus liber eſt liber glorie ī quo beati legunt et ipm legendo omnia ſciunt. quem ſemel legere eſt omnia ſcire. vt dicit augu. Et ſic patet ꝙ in quattuor libris ſcȝ creaturarum. ſcripturarū. gratie. et glīe multa ſcripta ſunt ad eruditionem noſtram. Et ſic patet primū. [illegible] Secundo aplus vt exemplo chriſti idem omnes ſentiamus et vnanimes deum honoremus ſuam fundit orationem dicens. Deus patientie et ſolatij id eſt conſolationis ſupple dator. det vobis idipm ſapere in alterutrū. id eſt ſapienter facere. vt vnus alterum ſupportare ſciat et ei placere. et vt omnes credatis et idē dicatis i. cor. primo. Idipm dicatis omnes. et non ſint in vobis ſciſmata. et hoc ſic ſm ieſum chriſtum. et ſm exemplum ieſu chriſti. qui omnes homines ad vnitatem reduxit. et h idem peto pro vobis vt vos vnanimes in corde et vno ore in locutione glorificetis deum qui vos creauit. et patrem domini noſtri ieſu chriſti. qui vos cum filio ieſu chriſto naturali in filios adoptauit. Et ſic patȝ ſecundum [illegible] Tercio aplus vt inuicem ſupportemus in obſequijs charitatis et infirmitatum tolerantia. ſicut et chriſtus ſuſcepit nos. piam ponit exhortationē dicens. Propter quad ſcȝ vt deū honoretis. ſuſcipite inuicem ſi eſtis in aliquo infirmi. et ſi ī aliquo indigetis vnus ſeruiat alteri. et hoc ſicut et chriſtus ſuſcepit vos ducens et eleuans in honorem dei. glo. i. vt vos faceret

immortales imo quaſi deos et dei filios. ps. lxxxj. Ego dixi dij eſtis et filij excelſi omnes. Suſcepit enim nos chriſtus ſicut nutricius ad informandum. Item noſtras tolerando. et nobis ſua beneficia exhibendo. Sic et nos inuicem ſuſcipere debemus. [illegible] Conſequenter ponit modum quomodo chriſtus ſuſcepit nos quia iudeos ſuſcepit ſm veritatem. et gentiles ſm miſericordiaȝ. et oſtendit ꝙ hic debemus nos. ſuſcipere inuicem et ratione veritatis iuſticie et ratiōe miſericordie. Et hoc eſt quod dicit. Dico enim chriſtum fuiſſe miniſtrū ſcȝ predicatorem et aplm circūciſionis. et propter circumciſionem ſcȝ iudeorū. quia illis ſpecialiter miſſus eſt et in propria perſona eis predicauit. Matth. xv. Nō ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael. Et hoc propter veritatem dei. ſcȝ oſtendendam. Et exponit ſe dicens. Ad confirmandas id eſt implendas promiſſiones patrū. id eſt patribus veteris teſtamenti factas. gen. xxij. In ſemine tuo benedicantur omnes gētes. Et ſic gentes chriſtus ſuſcepit ex ſola miſericordia. et hoc ſic. Gentes autem dico habere honorare deum ſuper miſericordiam. id eſt. de miſericordia ſibi facta. quia nō ex operibus iuſticie que fecimus nos. ſed ſm ſuā miſericordiam ſaluos nos fecit. Tbi. iij. [illegible] Et hoc ſcȝ ꝙ gentes debent honorare deum ſuper miſericordia ſibi facta probat per quattuor autoritates Et prima reſpicit miſericordiam ſibi impenſam ſuper infuſione fidei quam deus gentilibus infudit. ibi. propterea confitebor tibi in gentibus dn̄e. Secunda vero ſuper infuſione charitatis proximi ibi. Letami gentes cū plebe eius. Tercia autem ſuper infuſiōe charitatis dei ibi. Laudate dn̄m omnes gentes. Quarta ſuper vere ſpei. ibi. Erit radix ieſſe. Hee autem ſunt tres virtutes. ſcȝ fides ſpes et charitas. per quas omnes gentes ſaluate ſunt Dicit ergo gentes laudare debere deum de miſericordia ſibi impenſa ſuper infuſione fidei quam deus in miſericordia eis infudit. Et hoc eſt quod dicit. O dn̄e. loquitur xp̄s ad patrem. confitebor tibi in gentibus. id ē



faciam gentes confeſſione fidei tuā diuinitatem confiteri. et nomini tuo id ē filio tuo incarnato. per quē cognoſceris ſicut res p nomen. faciam gentes cantare. i. aperte confiteri eius humanitatē affirmando. In hiſ autem duobus perfecta conſiſtit fides. Itē gentes debent deum honorare propter infuſionem charitatis et vnitatis proximi. quia coniunxit eas cum plebe ſua vinculo dilectionis fidei et vnitate eccleſie. ita ꝙ ē vnū ouile et vnus paſtor. Et ergo dicit. Letamini gentes cum plebe eius. cui ex dei miſericordia iuncti eſtis. Item gentes debent deum honorare pro infuſione charitatis dei. In qua laudent deum ex tota dilectiōe vt filij dei. et hoc eſt. Laudate omnes gentes dominū. ſcȝ pro dilectione quam vos facit habere ad illum. laudate eum vocibus et magnificate muneribus. Item gētes debēt honorare deum pro infuſione firme ſpei. qꝫ fecit et facit eas ſperare in xp̄m. qui proceſſit de radice yeſſe. et a mortuis reſurrexit. Et hoc ibi. Erit radix yeſſe. et ex hac ille procedet qui exurget ſcȝ a mortuis. regere. id ē ad regendum gentes in fide et bonis operibus. et gentes in eum ſperabunt. id eſt per eum ſperabunt habere vitam eternā. Ieſ. xlix. Et ipſe erit expectatio gentium. Et notā ꝙ yeſſe dicitur radix. et dauid arbor. beata maria ramus. et xp̄s flos et fructus. yſa. xj. Egredietur virga de radice yeſſe et flos de radice eius aſcendet. Et ſic patet terciū. [illegible] Quarto et vltimo iterato ſubiungit deprecationem ibi. Deus autem ſpei. ſcȝ infuſor et in quo ſperare debemus. repleat vos omni gaudio ſpūali quo ſitis bene ordinati ad deū. et pace qua ſitis bene ordinati ad proximū. et hoc eſt in credendo ſcȝ ī his que ſunt fidei ſitis cōcordes. et virtute ſpiritusſancti. id ē in charitate que dicitur ſpiritusſancti virtus. Et ſic patet quartum.

Dominica tercia aduentus de euangelio Sermo quintus.

Cum audiſſet iohannes in vinculis opera chriſti mittēs duos de diſcipulis ſuis ait illi. Tu es qui venturus es. an alium expectamus. Matth. xj. In hac tercia dominica aduentus recolitur chriſti aduētus ad limbū. De hoc enim videtur iohannes petere. ſcȝ an xp̄s qui per ſe in mundum venerat etiā ad inferni clauſtra per ſe deſcendat. vt dicit greg. Per quē aduentū intelligitur aduentus filij dei in morte hominis. In morte nāqȝ filius dei et ad mortuos et ad limbū deſcendit. Qui quidem aduētus filij dei in morte eſt cum pparatiōe ꝛ timore expectandus. Et ideo eccleſia ad hunc nos omnes fideles inuitat dicens. Surgite vigilemus quia neſcitis qū veniet dominuſ. Luc. xij. Et vos eſtote parati quia qua hora non putatis dn̄s veniet. Poteſt etiā per aduētum xp̄i ad limbū aduentus xp̄i in mentem ſignificari. Quia ſicut ſancti prēs quaſi in quodam carcere pro culpa primoꝝ parentum in limbo manebant. ſic et nos pro eadem culpa in valle huius mundi detinemur. et in ea tanq̄ꝫ confinis demoramur. et filium dei tanq̄ꝫ in mētes nrās ſpūaliter venire deſideramus. qui nos conſolet dicētes. yſa. lxiiij. Vtinā diſrumperes celos et deſcēderes. Sic ergo in hac dn̄ca aduentus xp̄i ad limbū recolitur. de quo iohānes in euāgelio hic querere videtur. In quo quidem euangelio quattuor ſūmarie continentur. Primum eſt iohānis vinculatio doloroſa ibi. Cum au. io. in vin. opera xp̄i Secūdum eſt iohānis interrogatio fructuoſa. ibi. Tu es qui venturus es an alium expectamus. Tercium eſt reſponſio xp̄i virtuoſa. ibi Reſpondens autem ieſus ait illis. Eun. renū. iohāni que vidiſtis et audiſtis. ceci vident. ꝛc. Quartū eſt de iohāne a xp̄o facta recōmendatio copioſa ibi. Illis autem abeuntibus cepit ieſus dicere ad turbas de iohāne. Quid exiſtis ī deſertū vi. ꝛc. [illegible] Primum ergo ponitur iohānis vinculatio doloroſa. Herodes eīn antipas ſiue aſcalonita filius regis herodis qui innocentes occidi fecit iohānem vinculauit et in carcerē poſuit. Herodes autem agrippa filius ariſtoboli filij regis herodis et fratris filius herodis aſcalonite. occidit iacobū fratrē iohānis. gladio et petrū in carcerem religauit.

Qualis ergo pater talis filius et nepos eiꝰ
ám fuit. In carcere ergo ꝓdicti herodis io
hánes exiſtens et audiens mirabilia opera
que xp̄s faciebat miſit duos diſci. ſuos quo
rum nomina tacētur. vt ex parte ſua xp̄m
interrogarent dicentes. Tu es qui venturꝰ
es. ⁊c. Circa hanc primā partem ſcʒ iohan
nis vinculationē tria notantur ad noſtram
edificationem ſcʒ vinculatiōis iohānis ad
miratio. quō iohanes vſqʒ hodie in vincu
lis detinetur. et quis per iohānem ī vincul
ſignificetur. ¶ Primo ergo notatur magna
admiratio que ex iohānis vinculatione cō
ſurgit. q̄ quidem āmiratio ex quattuor cau
ſatur: ſcʒ ex parte iohānis ex parte herodiſ
ex parte herodiadis et ex parte cauſe vincu
lationis. ¶ Ex parte quidem iohānis. quia
vt dicit criſ. iohānes ſtola virtutū. magiſte
rium vite ſanctitatis norma. forma iuſticie
virginitatis ſpeculum. pudicicie titulus. ca
ſtitatis exēplum. penitentie via. peccatorū
venia. fidei diſciplinā. iohānes maior hoīe.
par angelis. legis ſanctio. apl̄orū vox. ſilen
tium prophetarū. lucerna mundi. precurſor
iudicis xp̄i. caſtrametator. id ē loci ꝑpara
tor. domi teſtis ⁊ totius medius trinitatis.
Hic tātus et talis traditur herodi incarce
randus et ſaltatrici donatur. ¶ Ex parte ve
ro herodis conſurgit āmiratio. quia vt idē
criſ. dicit herodes prophanauit templū. ſa
cerdotium ſuſtulit. confudit ordinem. teme
rauit regnū. corrupit imperiū. quicquid erat
religionis et legis. quid vite. quid morū. q̄d
fidei. quid diſcipline perdidit et confudit.
Herodes ſicarius in ciues. in nobiles latro
in ſocios pplator. in domeſticos ꝓdo. plebis
interemptor. occiſor filiorum. in extraneos
homicida. in proprios parricida. inebrians
terram cruore. ſanguinē piūm poculo cru
delitatis abſorbuit. et h̄ tam nequā et ſcele
roſus tenuit et alligauit iohannem. ¶ Ex
parte autem herodiadis ammiratio ſurgit.
quia herodias meretrix, vxor philippi ⁊ cō
cubina herodis fratris eius. demonū incā
tatrix. impoſtatrix criminum. corruptrix ca
ſtitatis. ſpectaculū demonū. corruptio mo
homicida ſancti dei. et filia dyaboli. et ma
ter iniquitatis. et ad preces tam nequiſſime
iohānes eſt incarceratus et morti condem
natus. ¶ Ex parte vero cauſe vinculatiōis
āmiratio conſurgit. quia propter iuſticiam
quam iohānes defendebat propter verita
tem predicabat. et propter ſanctitatem quā
continebat eſt carceri mancipatus et vincu
lis alligatus. Cariſſimi quis audiuit vnq̄
talia. et quis de talibus plenam poſſet red
dere rationem. Ro. xj. O altitudo diuitiarꝫ
ſapientie et ſcientie dei q̄ꝫ incomp. ſunt iu
dicia. et inue. vie eius. Unde quidā phi q̄ſi
erunt vt dicit boecius. Si deus ē vnde tot
mala. et ſi deus non eſt vnde tot bona. Sed
ve mūdo ab ſcandalis. quia vinculatio hec
vſqʒ hodie manet Siquis enim hodie vult
ſimilis eſſe iohāni et defendere iuſticiam et
loqui veritatem et ſanctitatem ſeruare. cer
te multas patietur tribulationes et rerum
et perſone incommoda multa ſuſtinet. Ad
theſſ. iij. Omnes qui pie volunt viuere in
chriſto ieſu perſecutionem patientur. Sed
plorandum eſt fratres quia hodiē pauci io
hānes inueniuntur qui defendant iuſticiā.
predicent veritatem et cōtineant ſanctitatē
Pſal. Nō eſt intelligens aut requirens de
um. omnes declinauerunt ſimul inutiles fa
cti ſunt. nō eſt qui faciat bonū non eſt vſqʒ
ad vnum. ¶ P. Et nota ꝙ ſicut propter
predicta tria ſcʒ iuſticiam et veritatem et
ſanctitatem iohānes ſe incarcerari ꝑmiſit.
ita propter alia tria ſponte ad carcerem de
ſerti perrexit. Et primo vt manus quibus
dn̄m tāgere debebat ab oībus opibus coin
quinatis mundi huius mundas ſeruaret.
Secundo vt viſum quo ſpiritumſanctum
in columbe ſpecie viſurus erat immacula
tum cuſtodiret. Tercio. vt auditū quo pa
trem dicentem. hic eſt filius meus dilectus
auditurus erat. et linguam qua dicturus
erat ecce agnus de. ſanctam et puram con
ſeruaret. Quia ergo totus mundus in ma
ligno poſitus eſt vt dicitur. j. ioh. v. Et int̄
latrones theſaurus ſeruari non poteſt. ideo
ad deſertum confugit. Apoc. xviij. Exite de
ea populus meus. et participes non ſitis de
litiarum eius. ¶ E. Secundo notandum ē



q iohānes vſqʒ hodie in vinculis tenetur.
Siquis enim vult ſimilis eſſe iohāni et de
fenſare iuſticiam. et loqui veritatem. et cō
tinere ſanctitatē certe multas patietur per
ſecutiones. ij. thimo. iij. Omnes qui pie viue
re volunt in chriſto perſecutionem patien
tur. Iohānes enim interpretatur gratia. ſi
ue in quo eſt gratia. Gratia autem et vir
tutes vſqʒ hodie in vinculis tenentur et vi
cia regnant Tenetur enim in vinculis vera
fides. et infidelitas et fides mortua regnāt
ita vt videatur tempus iudicij aduenisse in
quo fides perpauca erit. Luce. xviij. Cum
venerit filius hominis putas ne inueniet fi
dem in terra. Similiter ſpes ī deo totaliter
ſupplantata eſt. et tota ſpes ad mūdana ſta
xit. yſa. xxviij. Poſuimus mendaciū ſpem
noſtram. et mēdacio protecti ſumus. Spes
mundanorum veraciter eſt mendaciū. quia
mentitur et non dat quod promittit. Simi
liter charitas dei et proximi eſt extirpata.
et odium et guerra vbiqʒ regnant. Matth
xxiiij. Surget gēs cō. gē. et re. aduer. regnū
et qm̄ abundabit iniqui. re. ca. mul. Simili
ter liberalitas non comparet ſed auaricia
regnat vbiqʒ. Iiere. vj. A maiore vſqʒ ad
minorem omnes auaricie ſtudent. Similr̄
caſtitas non ſeruatur ſed luxuria omnia pe
netrat et corrumpit. ꝑs. Corrupti et abomi
nabiles facti ſunt. Similiter humilitas nō
habetur ſed honor et vana gloria per oēs
queritur. Ioh. xij. Dilexerunt gloriam ho
minū magis q̄ꝫ dei. Et breuiter vicia vbiqʒ
regnant. et ſua abundantia replent terram.
Gratia autem et virtutes breuiter vincu
lantur. Oſee. iiij. Non eſt veritas et nō eſt
miſericordia et non eſt ſcientia dei in terra
Maledictum et mendacium et furtum et
homicidium et adulterium inundauerunt.
⁊ ſanguis ſanguinem tetigit. ¶ F. Tercio
notandum ꝙ per iohānem in vinculis et in
carcere detentum ſignificatur homo penitēs
in ergaſtulo carnis degens. Corpus eīn qd̄
ante peccatum erat palaciū glorie poſt pec
catum factum eſt carcer miſerie. Iob. vij.
Nunquid mare aut cetus ſum ego. quia cir
cumdediſti me carcere. In quo carcere hō
penitens quadruplici vinculo alligatur: ſcʒ
vinculo originalis concupiſcentie. vinculo
preſentis miſerie. vinculo actionis praue et
vinculo charitatis fraterne. Primo ligat̄
vinculo originalis concupiſcentie. que eſt
pronitas ad malum. et difficultas ad bonū.
propter quod dicit apl̄s Ro. vij. Nō enim
quod volo bonū hoc ago. ſed quod nolo ma
lum illud facio. Ecci. vij. Inueni amario
rem morte mulierem. id eſt concupiſcenti
am mali. vincula enim illius ſunt manus il
lius. Pronitas ad malum et difficultas ad
bonum ſunt manus et vincula illius mulie
ris. Hec concupiſcentia ſignata eſt. per mu
lierem de qua dicitur luce. xiij. ꝙ erat inclī
nata nec poterat ſurſum reſpicere. quia vt
dicitur gen. viij. Senſus hominis et cogita
tio eius ab adoleſcentia ſua proni ſunt ad
malum. Secundo ligatur vinculo preſentis
miſerie. ſcʒ penalitatum carnis. que ſunt fa
mes ſitis. frigus et calor. labor et dolor et
mors. Oſee. xj. In funiculis adam traham
eos. Penalitates autem preſentes dicuntur
funiculi adam. quia per adam contrahūtur
Hec vincula penitens humiliter ſuſtinet. J
corinth. iiij. Vſqʒ in hanc horam eſurimus
et ſitimus et nudi ſumus et colaphis cedi
mur et inſtabiles ſumus. Scit enim ꝙ hec pe
nalitates ſunt quaſi quedam medicine ama
re purgatiue a malis et ꝓſeruatiue. Greg.
Quod lima ferro. quod flagella grano. qd̄
fornax auro. hec tribulatio iuſto. Pecca
tor autem ab hoc vinculo ſeipſum feſtinat
ſoluere quaſi manum dei poſſit effugere dū
eſuriē et ſitim expellit per crapulam et ebri
etatem. frigus veſtium multitudine. laborē
autem ocioſitate. dolorem vero voluptate.
mortem autem medicinarum ſumptione.
Sed vt dicit hie. xxix. Catenas ligneas cō
fregiſti et facies pro eis ferreaſ. qr in eſuriē
⁊ ſitim ſempiternam ibit. et calorem ⁊ frigꝰ
intolerabile pacietur. Iob. xxiiij. Ab aquis
niuium tranſibunt ad calorem nimiū. Ter
cio ligatur vinculo actionis praue. quia vt
dicitur Iob. iij. In multis quidem offen
dimus omnes. ꝑs. Funes peccatorū circū
plexi ſunt me. A quibus peccator penitens

bum audit opera chriſti qui cecos illumiat
mortuos in peccatis reſuſcitat.et peccata
relarat.inſtanter procurat abſolui et miſ-
ſit duos nuncios ad deum.ſcʒ orationem et
elemoſinam.qui coram deo vadunt vt illu-
minetur in mente et virtus dei conferatur
ad hec vincula confringenda.Et ideo dicit
Tu es qui venturus es ſcʒ in mentem meã
per gratiam tuam vt me illumines de cre-
dendis.et mihi robur conferas in agendis.
ſic fecit cornelius centurio de quo dicitur
actuũ.x.Elemoſine et oratiões tue aſcende
runt in memoriam in cõſpectu dei.Et ideo
ad eum petrus miſſus eſt qui eũ illumiauit
et a vinculis peccatorũ abſoluit. Quarto
ligatur vinculo charitatis fraterne que eſt
vinculum perſanctiſſimum vniens animaʒ
cum deo et omnes virtutes in anima et om
nes fideles in vna eccleſia et opera bõa om
nium fidelium in merito paſſionis chriſti ⁊
in merito glorioſe beate virginis.Propter
quod dicit apl'us col.iij. Super omnia aũt
hec charitatem habete.quod eſt vinculum
perfectiõis.Et ad eph.iij.In charitate ra
dicati et fundati vt poſſitis comprehẽdere
cũ oĩ.ſ.que ſit.la.lon.⁊c.Et ſic patet primũ.
¶ B. Secundo ponitur iohãnis interro-
gatio fructuoſa.magnus enim fructus ſecu
tus eſt dum per eam diſcipulos ſuos ad co
gnitionem chriſti reduxit. Et h eſt. Tu es
qui venturus es.an alio expectamus. Ubi
nota ꝙ hebrei ob hoc verbum damnant io
hannem pro eo ꝙ dicunt ipſum in morte de
chriſto dubitaſſe nec veram fidem habuiſſe
de ipſo.Mira cecitas.quoniam ſi iohãnes
hac interrogatiõe dubitaſſet vel aliquo mõ
peccaſſet dñs poſt ipſum non aãtum com-
mendaſſet.¶ D. Nota tamen ꝙ de hac
interrogatiõe diuerſimode ſancti ſentire vi-
dentur.Greg.eñ et hiero.ſentire videntur
et dicere ꝙ queſiuit ſi chriſtus de ſeipſo de-
ſcenſurus erat ad inferos ſicut per ſeipſum
in mundum venerat quatenus eius deſcen-
ſum deberet inferis nunciare ſicut eum iam
mundo nunciauerat veniſſe. Unde grego.
ait.Querit vt ſciat et ſi is qui per ſeipſum
venerat per ſe etiam ad inferni clauſtra de-
ſcendat.Idem dicit hiero.ait enim. Unde
non ait. Tu es qui veniſti.ſed tu es qui vẽ
turus es.et eſt ſenſus. Manda mihi qa ad
inferna deſcenſurus ſum.vtrum te debeam
inferis nunciare.an aliũ ad hec ſacramẽ
ta miſſurus es.Am[illegible] vero dicit ꝙ nõ fi-
de ſed pietate dubitauit ſicut vxor dicit vi-
ro eunti vltra mare.dimittis me ſolam ⁊ fi
lios tuos. Hoc non dicit ex ignorantia ſed
ex pietate. Criſ. vero dicit ꝙ nullo mõ du-
bitauit.ait enim.Sed non vtiqʒ habet hoc
rationem ſcʒ ꝙ iohãnes aliquo modo dubi
tauerit.iohãnes enim neqʒ hoc ignorauit.
Hylarius vero dicit ꝙ non ſue ſed diſcipu
lorum ignorantie conſuluit.vt enim ſcirent
non alium a ſe predicatum.ad opera eius
intuenda diſcipulos ſuos.miſit. Et hec eſt
verior ſententia vt ex chriſti reſponſiõe ap
paret.quia non dixit ego deſcendam vel ali
quid ad deſcenſum pertinens.ſed ſolum fa-
ctis et verbis diſcipulus iohãnis certifica
uit.qui indiſcrete pro magiſtro ſuo crebri'
emulabantur preponentes eum ipſi. Et io-
hannes appropinquãs morti noluit eos in
hoc errore dimittere.ſed miſit eos ad chri-
ſtum in quo inuenirent exempla vite.lumẽ
doctrine et miracula glorie.per que omnis
cognoſcere poterant ꝙ ipſe erat filius dei.
Et ſic patet ſecundum.¶ D Euntes renũ
ciate iohãni.In hac tercia parte ponitur
chriſti reſponſio virtuoſa.quia per miracu
la eis reſpondet.Nam coram eis multa mi
racula fecit.vt dicitur luce.vij.Et ſic patet
ꝙ reſponſio optima fuit.quia incepit a fa-
ctis.ibi.Ceci vi.clau.am.et terminata ẽ ad
verba.ibi.Et beatus eſt qui non fuerit ſcã
dalizatus in me.Actuũ primo.Cepit ieſus
facere et docere. Primo ergo probat ꝙ ipe
erat filius dei.quia opera talia ſimiliter et
in tanta quantitate et in tali poteſtate non
orando ſed precipiendo fecit. que nullus
vnq̃ʒ fecit nec facere potuit.Joh. xv. Si
opera non feciſſem in eis que alius nemo
fecit peccatum non haberant.In eodẽ.v.
Opera que ego facio hec ſunt q̃ teſti. phi.
de me.Secundo idem probat per rationeʒ.
que talis eſt.beatitudo cõſiſtit in cognitiõe



deitatis et humanitatis chriſti. Joh.xvij.
Hec eſt vita eterna vt cog.te ſolum deum
verum et quem miſiſti ieſum xp̃m.Scanda
lizari autem in xp̃o nihil aliud eſt q̃ʒ ꝓpter
humana opera que pertulit non credere ip
ſum eſſe deum. Non ſcandalizari autem in
chriſto nihil aliud ẽ q̃ʒ ſub humanitate xp̃i
credere diuinitatem eſſe humane infirmita
tis operibus non obſtantibus que pertulit
Unde ſcandalum ponitur hic pro obice.
obex autem proprie dicitur lapillus qui ab
ſconditur in puluere. Hamus etiã dicitur
abſcondi in verme.et eſt obex vel ſcandalũ
in piſce. Uult ergo xp̃s hic dicere Si ille q
q̃uis videat me humane fragilitatis opera
exercere.nihilominus tñ crepit ꝙ ſub hu-
manitate ſit abſconſa deitas.beatus qui tũc
non ſcandalizabitur vel ſcandalum patiet
in me.Sic qui propter opera humane fra-
gilitates que perfero non credit me eſſe de-
um nec ſub humanitate diuinitatẽ latere.
ſcandalum patietur in me propter quod ca
pietur et condemnabitur ſicut piſcis ab ha
mo. Et hoc dicens tetigit valde ſubtiliter
iſtos diſcipulos iohãnis qui tali ſcandalo
laborabant dum propter abſtinentiam vite
magiſtrũ ſuum ei preferebãt.non cõſideran-
tes alia opera que faciebat. Hoc autẽ ſcã-
dalum maxime apparet in morte chriſti.vt
dicit greg. Grande enim ſcandalum mẽtis
fidelium pertulit.qñ eum qui ſe filium dei
dicebat videbant capi et occidi tanq̃ʒ a deo
totaliter derelictum. Unde dicebãt Si rex
iſrael eſt deſcen.nunc de cru.et cre.ei.vt pa
tet matth.xvj.cor.j. Nos autẽ predicam'
chriſtum crucifixum iudeis quidem ſcanda
lum.Et ſic patet reſponſionem xp̃i in nullo
pertinere ad iohãnem.niſi ꝙ remittit ad eũ
diſcipulos tanq̃ʒ magiſter remittit ſcolares
ad repetitiõem magis particulariter inſtru
endos.quia xp̃s alte probauerat ꝙ ipe erat
filius dei.quaſi.d.xp̃s. Euntes ad iohãnem ⁊
renunciate ei mirabilia que corã vobis fe-
ci.et que me facere audiſtis. Nam cecos il
luminaui.claudos feci ambulare.et leproſos
mundaui.ſurdos feci audire.et mortuos ſu
ſcitaui.et pauperes euangelizaui .id eſt de
euangelio inſtruxi.vel inſtructores aliorum
de euangelio feci. Et tunc iohãnes expõet
vobis propheciam yſaie que de meſſia fu-
turo dicta fuit.que cum factis meis cõcor-
dat.Quia cum deus ipe venerit ⁊ ſaluabit
nos.tunc ſcʒ in aduentu meſſie qui de' erit
aperientur oculi cecorum et aures ſurdorum
patebunt.tunc ſaliet ſicut ceruus claudicãs
et aperta erit lingua mutorũ.yſa.xxxv.Itẽ
in eodem.lxj.Euangelizare pauperibus mi
ſit me. Et ideo pauperes euangelizantur.
Diuites enim ita ſunt intenti diuicijs con-
gregandis et conſeruandis et in tantũ tem
poralibus inhiant ꝙ de euangelio inſtrui
nihil curant. Et ſi aliqñ audiunt verbum
dei a ſolicitudinibus mundi ſuffocat in ore
eorum et non referunt fructum vt dicitur
matthei.xiij. Propter quod chriſtus dixit.
Difficile qui peccunias ha.intrabunt in re
gnum celorum. In eodem.xix.¶ E. Mo
raliter autem nota ꝙ filius dei in aduentu
ſuo in animã peccatoris omnia ſupradicta
mirabiliter operatur Et ideo iuſtificare im
pium miraculorum maximum.omnia enim
miracula in iuſtificatione impij concurrũt
propter quod dicit ſanctus augu.ꝙ magis
eſt de impio facere pium q̃ʒ creare celum ⁊
terram.homo enim per peccatum ſeptẽ pe-
na patitur que hic inſinuantur.¶ Primo
excecatur in mente. Sap.vij. Excecauit eñ
eos malicia eorũ. Vere peccator eſt cecus.
Nam ducitur a dyabolo ad furcas inferni
et non videt. Peccator eſt ſicut noctua que
in lumine ſolis videre non poteſt.ſed in te-
nebris melius homine videt.ſic peccator lu
cem veritatis et bonitatis diuine nõ videt
tenebras autem peccatorũ et aſtucias et lu
cra mundi optime videt. Luce. xvj. Filij
huius mundi vel ſeculi prudentiores filijs
lucis in generatione ſua ſunt. Hanc cecita
tem dñs ſanat cum fidei lumine peccatori
infundit .in quo omnia videt et cognoſcit
neceſſaria ad ſalutem. Actuũ.xv.Fide pu-
rificans corda eorum.Et ſine quo miſteria
fidei non cognoſcit. Unde dicitur yſa. Niſi
credideritis non intelligetis. Et hoc eſt qd
dicitur. Ceci vident id eſt peccatores ceci i

mente tenebris peccatorum illuminantur.
Secundo peccator per impotentiam clau-
dicat.claudicare ab impotentia. procedit.
peccator enim deuictus a vicijs non poteſt
procedere recta via. quia vt dicit boecius
poſſe peccare ab impotentia procedit.quia
ex hoc poteſt homo malum agere. quia in
efficacia et ſtabilitate boni ſtare nō potuit.
Exemplum claudi vel cadentis.ex hoc eñ
quis claudicat vel cadit quia recte ire vel
ſtare non poteſt.ſic peccator ob hoc cadit ī
malum quia in bono ſtare non poteſt.pro-
pter quod dicit augu. Peccatum nihil eſt.
et poſſe peccare non eſt poſſe. ſed deficere.
Item ſicut claudus in omni paſſu verſus
terram flectitur.ſic peccator omni tempore
querit temporalem mercedem ⁊ terrena cō
moda.propterea enim vadit ad eccleſiam fa
cit elemoſinam vt conſeruetur et augeatur
in bonis pn̄tibus.propterea xp̄s dicit.Amē
dico vobis re.mer.ſ.Matth.v.Et dicitur
Job.xij.c. Abundant tabernacula p̄donū
Hanc impotentiam chriſtus depellit dum
ipſe qui ē vera fortitudo anime peccatoris
illabitur in quo omnia poteſt homo.Phil'
iiij.Omnia poſſum in eo qui me confortat
Et per quem omnia facit.Et hoc eſt.quod
hic dicitur.Claudi ambulant ſcʒ recti ver-
ſus celum celeſtia querētes. Tercio pec-
cator lepram anime incurrit.que lepra cor-
poris in centuplum peior eſt.que a ſolo deo
ſanari poteſt.propter quam redditur abo-
minabilis deo et ſanctis et eijcitur extra ca
ſtra.id eſt extra eccleſiā ſanctorū a dyabolo
deuorandus.In cuius figura mandatum ē
ī lege ꝙ leproſus deberet mitti extra caſtra
⁊ caput diſcoopertū portare.quia peccator
non poteſt dyabolo reſiſtere ſi deus pmittit
dyabolum proprias virtutes in peccatorez
exercere.qui enim habet caput diſcoopertū
nō habet inimico reſiſtere.Vnde chain ho-
micidio perpetrato ait geñ.iiij.Ecce eijcis
me a facie tua.omnis qui inuenerit me oc-
cidet me.ꝙ autē peccator non ſtatim a dya
bolo deuoratur ex magna dei miſericordia
procedit.Treñ.iij.Miſericordie domini ꝙ
non ſumus conſumpti. Hanc lepram per
gratiam ſuam dominus repellit quā anime
infundit.ſicut contrariū expellit contrariū.
eſt enim contraria gratie dei.per quā grām
conſtantinus ab vtraqʒ lepra curatus eſt ⁊
naaman ſirus.iiij.regū.v.Et hoc eſt qđ di-
citur.Leproſi mundantur.Quarto pecca-
tor efficitur ſurdus ab audiendo ineffecta
verba vite.pſal.cxiij.Aures habēt et nō au
dient. Peccator efficitur ſurdus propter
ſtrepitum mundanorum.quia tota die i do
minijs mundi et inter rotas fortune morat̄
ſicut molendinarius ſurdus efficitur in mo
lendina propter ſtrepitum mole. propterea
dicitur hiere.xxij. peccatori. Terra.terra.
terra audi verbum domini. Ter dicit̄ terra
quia peccator terrena cogitat.terrena loq̄t.
terrena operatur. Peccator ſicut dicit. ps.
facit ſicut aſpis qui vt non audiat vocē in-
cantantis et ſic capiatur obturat aures ſu-
as vnam immittendo in eam caudam et ali
am figendo ad terram.Sic peccator ne au
diat verbum dei et ne capiatur ab eo.obtu
rat vnam aurem cauda id eſt longā vitam
ſibi promittendo et de morte non cogitādo.
Luce.xij. Gaude anima mea ha.mul. bo.
rep.⁊c. Aliam obturat terra.ſcilicet circa
terrena totaliter ſe occupando et in eis bo-
num ſuum conſtituendo.pſal.cxliij.Beatū
dixerunt populum cui hec ſunt. Hanc ſur-
ditatem dominus expellit dum per gratiaʒ
ſuam tangit aures cordis et facit hominez
omnia mundana contemnere et verbo vite
intentum eſſē.Sic terigit apoſtolos qui ſta
tim ad vnicum verbum chriſti relictis om-
nibus ſecuti ſunt eum.vt patet matth' iiij.
Et hoc eſt quod dicitur.Surdi audiūt ſuā
verbum dei cum effectu.Quinto peccator
in anima morte culpe moritur.quia cū vi-
ta anime que per gratiam viuit deo in dile
ctione dei conſiſtit.iuxta illud hugonis de
ſancto victore.Scio anima mea.qa amor
eſt vita tua.et per peccatum mortale odiū
dei incurratur.liquet ꝙ per peccatū anima
moritur cum dei dilectionem amittit.Hec
eſt peſſima mors de qua ſuper omnia ē do
lendum.et ad quam vitandam omnia mala
ſunt toleranda.et ad quam expellēdam oia



ſunt expendenda.pſal.xxxiij.Mors pecca-
torum peſſima.Augu.Vera mors eſt quā
homines non timent.ſcʒ ſeperatio anime a
deo.moritur homo in corpore et oēs amici
conueniunt et plorant.⁊ curant honorifice
ſepelire eum.moritur ī anima et nullus cu
rat et nullus dolet.et nullus plorat.Hanc
mortem dominus expellit dum amorē ſuuʒ
qui eſt vita anime ipſi anime infundit. per
quam ſapiunt et ſpūalia et terrena deſpiciūt
et per quem deus in eo manet et ipē in deo.
qui eſt beata vita animarum.vt dicit aug'
j.Joh.iiij.Deus charitas eſt et qui manet
in charitate in deo manet ⁊c. Hoc ē qđ
dicitur Mortui reſurgunt. Sexto pecca
tor efficitur pauper.quia cum omnia bona
ſunt filiorum dei.iuxta illud.j.co.iij. Omia
veſtra ſunt ſiue mundus ſiue mors.ſiue vi-
ta.ſiue preſentia.ſiue futura.et peccator de
filio dei tranſit ad dyaboli ſeruitutem. ma-
nifeſtum eſt ꝙ omnia bona perdit.Matth.
xxv.Ei autem qui non habet ſcʒ gratiam
filiorum.et quod habet aufertur ab eo.Et
ſi peccator bona fortune videtur habere.
certe non iuſte et rite poſſidet ſed ſicut pre-
do in malum ſuum.quia vt dicit auguſtin'
peccator non eſt dignus pane quo veſcitur
Nulla creatura eſt ita pauper ſicut pecca-
tor qui tamen diuitem ſe dicit quod mors
optime probat.quia in morte diuitias ⁊ de
licias et honores totaliter perdit.Apoc.iij
Dicis quia diues ſum et locupletatus ſum
et nullius egeo.et neſcis quia miſer es ⁊ mi
ſerabilis pauper et cecus et nudus.Juſtus
autem in morte veras diuitias delicias et
honores inuenit.Propter quod dicit ſcri-
ptura Ecci.xlj.O mors bonum eſt iudiciū
tuum.Hanc paupertatem tollit dominus.
dum virtutes anime infundit.que vere diui
tie ſunt que auferri non poſſunt et durant
perpetuo.Et hoc eſt quod dicitur ibi Pau
peres euangelizantur.id eſt virtutibus ſub
limantur. Septimo peccator de omibus
factis dei ſcandalizatur et murmurat. Nā
murmurat de iuſticia dum videt peſtilētias
venire et homines eternaliter damnari.ps
xliiij.Nūquid in eternum iraſceris nobis.
Item murmurat de miſericordia qua de-
parit peccatoribus.Luce.xv.Murmura-
bant ſcribe et phariſei dicētes.quia hic pec
catores recipitet manducat cū illis. Item
murmurat de prouidentia qua peccatori-
bus ſemper proſpera eueniunt et iuſtis ad-
uerſa.Hiere.xij. Quare via peccatorum
proſperatur. bene eſt omnibus qui inique
agunt. Item murmurat de bono tempore
et de malo.et breuiter de omnibus murmu
rat et ſcandalizatur.Vnde chriſtus.exem-
plum poſuit de ſe et iohāne baptiſta dicēs.
Non venit iohānes manducare panē neqʒ
bibere vinum et dicitis demonium habet.
venit filius hominis manducare et bibere.
et dicitis hic eſt vorator et potator vini vt
dicitur matth.xj.Hic cadit exemplū illius
ſenis qui cū venit cum filio et aſino in ciui
tatem et primo aſcendit ipſe aſinum.ſecūdo
fecit aſcendere filium.tercio aſcendit ipē ⁊
filius ſimul.quarto nullus eorū aſcendit.et
de omnibus fuit murmuratum. Iſtud eſt
peſſimum peccatum ſcʒ murmurare et ſcan
dalizari de factis dñi.j.cor.x. Neqʒ mur-
muraueritis ſicut quidam eorum murmu-
rauerunt et perierunt ab exterminatore.
Hoc murmur et ſcandalum dñs ſedat per
lumen ſpūſſancti qui docet nos credere oia
iuſte procedere et recte diſponi.j. iohan.ij.
Vnctio eius ſcʒ ſpūſſancti docebit vos de
oībus.Et ſic patet terciū. MJ. Quarto
ponitur iohānis cōmendatio copioſa cum
dicitur. Illis autem abeuntibus cepit ieſ'
dicere ad turbas de iohānne. Quid exiſtis
in deſertum videre.⁊c.Siquidem totus.po
pulus exibat in deſertum ad videndum et
audiendum iohānem.Sed noluit ieſus cō-
mendare iohānem coram diſcipulis ſuis q2
tunc magis confirmaſſet in errore quo eū
ſibi preferebant.ſed illis abeuntibus com-
mendauit eum coram turba. Que quidem
cōmendatio neceſſaria fuit et digna.Siqui
dem ex interrogatione iohānis quadruplex
error turbe ſurrexit de iohāne. Quidā eñ
cogitabant ꝙ eſſet mobilis in ſua fide.cum
paulo ante chriſtum aſſeruit deum.v.Ecce
agnus dei qui tollit.p.⁊c.Joh.j. Modo

Ecce magna paupertas et cōtemptus mū
danorum et deliciarum. Huic ſigno totus
mundus contradicit. quia omnes volūt di
uites eſſe et honores habere et delicijs car
nis vti. Sap. ij. Fruamur bonis a iuuētute

quoniã hec eſt pars noſtra. Item chriſtus
tota die percutit in facíus ſuis tanq̃ ſingnũ
a ſagittis. Nihil eñ tacit de quo homines
non murmurẽt et eum verbis non pcutiẽt
Siue eñ patienter ſufferat malos vt corri
gãtur. Siue acrius puniat eos pro merito
factorũ ſuorũ. ſiue iuſtos pmittat affligi vt
puriores fiãt. ſiue remuneret malos in vita
iſta tanq̃ nihil bonum in futuro ſeculo ha
bituros. ſemper hoies murmurãt et percu
tiunt euz verbis. ſicut filij iſrael in deſerto
Hiere. xviij. Uenite pcutiamus euz lingua
Cõtra quos dicit apl's. j. cor. x. Neq3 mur
murauerítis ſicut quidã eorum murmura
uerunt et perierũt ab exterminatore. ¶ Secũ
do fuit poſitus in ſignum directionis. ſicut
ponitur corda et regula cementarij. quia
ipſe fuit exẽplum et regula omnium operũ
noſtrorũ. Ioh. xiij. Exẽplũ eniz dedi vo. vt
queãd. ego fe. et vos faci. Exo. xxv. Omia
fac ſcðm exẽplar qð t. ĩ mõ. mõ. ẽ. i. in xpo.
qui eſt iuſticie mons. Yſa. vij. Propterea
dñs ipſe hoc da. vo. ſig. ſcz directõis. Huic
ſigno cõtradicitur a mũdo qui nullo modo
in actiõibus ſuis regule xpi vult ſe confor
mare. ſed dicit. Sic volo ſic iubeo ſit pro ra
tione volũtas. Iu. xix. Nolum⁹ hũc regna
re ſup nos. ¶ Tercio fuit poſitus in ſignuz
ſanatiõis ſicut vrina clara ⁊ pulſus ſedat⁹
eſt ſignũ ſanitatis. et hoc qñ fuit ſuſpenſus
in ligno. quia tunc fuit ſignũ q̈ humana na
tura erat purgata et ira dei ſedatã. Hoc fi
guratum fuit vbi dñs dixit ad moyſen. Fac
ſerpentem eneum et pone eum in ſignũ. qui
pcuſſ⁹ inſpexerit eũ viuet. Nume. xxij Qui
cũq3 ergo p fidem xpm clare reſpicit in cru
ce ſuſpenſũz. ſignum eſt ſanitatis aie. Ioh.
iij. Sicut moyſes exal. ſer. in deſer. ita exal.
oportet filiũ hois vt om. qui cre. in ip. non
per. Sic aſpexit eũ latro de cruce ⁊ ſal. fuit
Huic ſigno mũdus cõtradicit. qr in ſuis in
firmitatib⁹ ipſum reſpicere contẽnit et ei⁹
medicinas vt ſanet ſumere recuſat. ¶ Quar
to fuit poſitus in ſignum imitationis. ſicut
ponitur vexillum in exercitu. ſicut eñ dicit
Iob. vij. Militia eſt vita ho. ſuper terram.
Et ideo in hac militia debet eſſe vexillifer

et vexillum. xpõs autez eſt vexillifer et crux
quam ſibi baiulauit eſt vexillum. debemus
ergo ſi volumus in hac militia de hoſtibus
triumphare imitari xpm portantem ſignũz
crucis. vt accipiamus crucem penitentie et
poſt ipſum eamus. matth. xvj. Siquis vult
poſt me ve. ⁊c. tollat cru. ſuã ſcz penitentie.
et ſequatur me. Huic ſigno mundus cõtra
dicit. quia ſub cruce et poſt crucem penitẽ
tie non vult ire. ſed vadit poſt crucez numi
et poſt concupiſcentias ſuas. et ideo de ho
ſtibus victoriam non reportat. ſed cõſumit
ab eis. Prouer. xxiij. Uacantes potibus et
dantes ſimbola conſumentur ab eis. Cõtra
quos ecci. xviij. Poſt cõcupiſcentias tuas
non eas. faciunt enim te in gaudiũ inimicis
tuis. ¶ Quinto fuit poſitus in ſignũ euaſio
nis. ſicut quando capitur aliqua terra poni
tur ſcutum vel vexillum. dñi in illa domo
quam dominus nõ vult expoliare. ſed vult
eam defendere Chriſtus enim per ſanguinẽ
ſuum eſt in ſignum euaſionis omnibus qui
predicto ſanguine tincti ſunt. Hoc figura
tum fuit in ſanguine agni de quo dñs man
dauit filijs iſrael tingi ſuperliminaria do
morum vt non tangerentur ab angelo per
cutiente. exo. xij. Erit vobis ſanguis iſte in
ſignum. quia angelus percutiens nõ tetigit
vbicũq3 vidit hoſtia hoc ſanguine tincta.
Quicũq3 vult euadere de excidio mũdi qui
tota die a demonibus capitur et occiditur.
oportet q̈ tingatur ſanguine chriſti. Unde
in ezech. ix. viro volenti percutere ciuitatẽ
dictum ẽ. q̈ omnes illos ſuper quos vide
rit ſignum thau id eſt ſignum crucis non de
beret tangere. qui cũq3 autem eſt inſignitus
ſãguine chriſti habet ſignum thau ſuper ca
put in fronte ſua. Hoc fuit figuratũ in ca
ptione hiericho de qua ſola raab meretrix
euaſerat cum omni domo ſua. quia cingulũ
coccineum appendit ad feneſtrã dom⁹ ſue.
vt patet ioſue. ij. Cingulus rubeus ſangui
nem chriſti ſignificat. Huic ſigno mundus
contradicit. quia nec ſignum thau vult reci
pere. nec ſanguine chriſti tingi. imo vult niſi
vanitatis ſigna portare et alia figurata.
¶ Sexto poſitus fuit in ſignum oſtenſiõis vt



ponitur circulus in taberna ad oſtendendũ
q̈ ibi ſit vinum. Sic ergo chriſtus poſitus
eſt in ſignum ad oſtendendum q̈ vbicũq3 ip
ſe eſt per gratiam ſuam ibi eſt vinũ leticie.
quod letificat deum et homines. et omẽ bo
num. et vbicũq3 ipẽ non eſt nihil boni habi
tat. ps. iiij. Signatũ eſt ſuper nos lu. vul. t.
dñe. Et nota hic de ficulnea cui maledixit
chriſtus. quia habebat ſolum folia q̃ ſtatiz
aruit. ſic ſunt multi qui habent chriſtum ſo
lum extrinſecus per ſigna chriſtianitatis ex
teriora. ſed non intus in corde per veritatẽ
rei. tales habent ſolum folia. et ideo male
dicentur a deo et areſcent. debent eñ intus
chriſtum habere. Cañ. viij. Pone me vt ſi
gnaculum ſuper cor tuum. Huic ſigno mũ
dus contradicit. et dicit q̈ omnia mala eue
niunt ſeruis dei. et amatores mundi q deuz
non habent omnia bona habẽt. j. macha. j.
Eamus et diſponamus teſtamentum cum
gentibus que circa nos ſunt quia exquo re
ceſſimus ab eis inuenerunt nos multa ma
la. Iob. xij. Abundant tabernacula pdonũ
et audacter prouocant deum. ¶ Septimo
fuit poſitus in ſignum clementie et pietatis
peccatoribus. ſicut arcus celeſtis fuit poſi
tus in nubibus celi in ſignum clementie dei
quia pepercerat terre ſicut patet geneſis. ix
ſic ieſus in modum arcus extenſus brachijs
crucifixus eſt ad recipiendum et oſculãdũ
peccatores. yſa. v. Leuabit dominus ſignuz
in nationes. Huic ſigno mundus contradi
cit. quia ſe non proijcit in brachijs chriſti.
nec miſericordiã petit. ſed in malicijs perſe
uerat. ¶ Octauo fuit poſitus in ſignum di
ſcretionis ſicut ponuntur termini in cãpis.
ad diſcernendum campos. Sic et chriſtus
in die iudicij quando ſtatuet oues a dextris
et edos a ſiniſtris et ipẽ ſtabit in medio diſ
cernens inter eos. Huic ſigno mundus nõ
poterit contradicere. quia tunc deſtructus
erit mundus et mundani in ſuis ſignis inue
nient ſe deceptos. ps. lxxiij. Signa noſtra
non vidimus iam non eſt pro. et n. nõ cog.
am. Sap. v. Ergo errauimus a via verita
tis. ¶ Nono poſitus fuit in ſignum victorie
et immortalitatis. ſicut olim fiebat rome ar

cus triumphalis magnis principibus rede
untibus cum victoria inſignum victorie et
immortalitatis. quia dicebant eos inter de
os immortalitatis tranſlatos. ſic xpus poſt
reſurrectionem deuicta morte et mundo et
demonibus et omnibus inimicis poſitus ẽ
in celis glorioſus et habens omniũ poteſtã
tem i ſignum victorie et immortalitatis hu
mane. Apoca. xij. Signum magnum appa
ruit in celo mulier amicta ſole. id eſt huma
nitas chriſti amicta ſole diuinitatis ⁊ imor
talitatis dei. et luna id eſt mundus ſub pe
dibus eius. yſa. lv. Erit dominus in ſignum
eternum quod non auferetur. Huic ſigno
non contradicit mundus. quia mundus nõ
eſt in celo vbi hoc ſignum erit. Yſaias ait.
Tollatur impius ne videat gloriam dei.
¶ Secundo prophetat de virgine dicens.
Et tuam ipſius ani. pertranſi. gla. i. gladius
ipſius. ſcz dolor habitus de paſſione ipſius
pertranſibit tuam animam vt dicit beda.
Uel ſm criſo. gladius id eſt dolor dominice
paſſionis pertranſibit ipius animam quam
reputas tuam. Uel reſoluendo poſſeſſiuũz
in primitiuum ſic. gladius dominice paſſio
nis pertranſibit tuam ipius animam. id eſt
tuiipius. quia vt dicit augu. Anima magis
eſt vbi amat q̃z vbi animat. Et ideo anima
virginis magis erat ĩ filio ſuo chriſto quẽ
ſuper omnia diligebat q̃z in corpore ſuo. et
ideo vulnera chriſti ipa ſenſit ſicut et xpus
quantum ad animi triſticiam. Bernardus
Chriſtus in cruce carnem. maria autẽ ſpiri
tum immolabat. et niſi q̈ ſpes marie ſemp
affuit glorioſe reſurrectionis filij ipa fuiſſz
mortua in paſſione filij pre dolore. ſed ſpes
reſurrectionis retinuit ei vitam. Addit aũt
vt reuelentur ex multis cordibus cogitatio
nes. Iſtud vt non ponitur cauſatiue ſed ꝯ
ſecutiue. Ex hoc enim ſecutum eſt q̈ reue
late ſunt vbiq3 cogitationes iudeorũz que
vſq3 tũc latebant. Sic reuelata fuit iniqua
cogitatio herodis cum mandauit interfici
pueros vt inter ipos occideretur chriſtus.
qui prius ſimulauerat ſe eum adorare. Sic
pontifices et pharíſei ſimulabant ſe zelato
res legis. et contra legem chriſtũ occiderũt

Per quod cogitatiões inuidie et auaricie
eorũ oſtenſe ſunt. Nota hic ꝙ qua
tuordecim vicibus beata virgo fuit gladio
perforata in filij paſſione. Primo quando
vidit eum capi et ligari ſicut proditorem. ⁊
omnes diſcipuli fugierunt ipſo ſolo dereli
cto. Secundo quando coram iudicibus fal
ſe iudicabatur. et reus eſſe mortis iudicaba
tur. Tercio quãdo per totam noctem fuit
illuſus et alapis ceſus et conſputus. Quar
to quando de mane eum vidit vinctum du
ci ad pilatum. et ſtabant conſtanter accuſã
tes eum ꝙ deberet mori et ipe nihil reſpon
debat. Quinto quãdo vidit ipſum duci ad
herodem qui iohannem interfecerat et xp̄i
ſanguinem ſitiebat. qui illuſit illi tanq̃ inſa
no et indutum veſte alba remiſit ad pilatũ
Sexto quando coram pilato a toto popu
lo eſt accuſatus vt eum crucifigeret. et pi
latus ſedens pro tribunali ipſum cruci cõ
demnauit. Septimo quando in atrio pilati
fuit ligatuſ nudus ad columnam ⁊ fortiſſi
me flagellatus. Octauo quando poſita eſt
corona ſpinea ſuper caput eius. et arundo
pro ſceptro in manu et indutus fuit purpu
ra in deriſionem regie dignitatis. et velati
ſunt ei oculi et fuit alapis ceſus et conſpu
tus et viliter illuſus. Nono quando vidit
eum exire cum cruce in collo inter duos la
trones vadens ad mortem feſtinanter. De
cimo quando vidit eum exui nudum et ſu
per crucem clauis affigi. et a toto populo
maledici et conuicia inferri dicente. Vah
qui de. tem. dei et in tri. reedi. illud Vnde
cimo quando vidit eum petere bibere ⁊ nõ
potuit habere. ſed datum fuit ei vinũ felle
mixtum. quod non potuit bibere. Duodeci
mo quando vidit eum pre maximo dolore
lachrymantem et dicentem. Deus meus.
deus meus vt quid dereliquiſti me. et p̄ ma
gna pena inclinauit caput et emi. ſpi. Deci
motercio quando corpus eius eſt depoſitũ
de cruce et ſepulture traditum. tunc tetigit
eum et oſculata eſt omnia vulnera eius et
redijt in hieruſalem ſeminiua et tota con
ſumpta. Pluries ergo q̃ ſint hore diei bt̃a
virgo trãſuerberata ẽ gladio in morte filij

et ideo verum prophetauit ſimeon dicens.
Et tuã ipius a. per. g'a. Et ſic patet ſecũdũ
Tercio ponitur ãne de chriſto confeſſio
et veriſſima affirmatio. quia erat anna ꝓ
phetiſſa filia phanuel Luce. Vbi nota ꝙ
euangeliſta ſeptem laudabiles conditiones
de iſta anna refert. propter quod eius teſti
monium merito debet acceptari. cuius vita
eſt ſpeculum omnibus mulieribus. quia et
bona virgo et bona nupta et bona vidua
fuit. et in iſtis conditionibus debent eã mu
lieres pro poſſe imitari. Prima conditio ẽ
quia vſq3 ad matrimonium virginitatẽ cõ
ſeruauit. Iſte eſt ille theſaurus precioſus
abſconditus in agro carnis. et illa precioſa
margarita. pro qua emenda omnia largiri
debent. vt dicitur matth. xiij. Quia non eſt
digna ponderatio continentis anime. Ecci
xv. Ipſi redditur centeſimus fructus ⁊ au
reola et canticum ſpeciale. Et ideo quantũ
poteſt debet iſtum theſaurum mulier cuſto
dire vel ſaltem vſq3 ad matrimoniũ. Se
cunda eſt quia poſt mortem viri licet ſolũ
ſeptem annis cum ipſo fuerat alteri poſtea
non nupſit. Cum ergo vir et vxor ſunt vna
caro debet ſe vxor mortuo viro mortuam
reputare et reliquum tempus in penitentia
conſumere. Vnde in quibuſdam auibus ſ
dicitur obſeruari. vt mortuo compare nulli
alteri amplius ſocietur vt in turturibus.
Tercia ẽ. quia toto tempore viduitatis ſue
bene ſe habuit et laudabiliter vixit. quod
indicat virtutem in vidua magnã. virtus
enim circa difficile eſt. Difficile eſt eñ val
de a conſuetis abſtinere. Cum igitur in ma
trimonio multa vana et delectabilia obſer
uentur virtuoſum eſt viduis ab omnibus
illis abſtinere. et eis fructus ſexageſimus ꝓ
mittitur pro labore. Quarta eſt quia circa
templum frequens erat non ꝙ aliqñ ab eo
recederet. ſic vidue circa eccleſiã et in locis
ſanctis debent frequenter et libenter eſſe ⁊
non diſcurrere per domos ocioſe et verbo
ſe. quia ſicut anna meruit chriſtum videre
quia in eccleſia conuerſabatur. ſic ipſe in ec
cleſia vident chriſtum et verba xp̄i audiunt
et dicunt verba chriſti et xp̄us eſt in medio



earum. Quinta eſt. quia corpus ſuum ieiu
nando macerabat. ſic debent vidue facere.
Periculoſus eſt enim ſtatus viduitatis ſi
vidua delicate viuit. j. thi. v. Vidua que in
delicijs viuens eſt mortua eſt. Hyeronim⁹
Quamdiu eua abſtinuit in paradiſo virgo
fuit. quãcito preceptum abſtinẽtie violauit
corruptionem ſenſit. Idem ad quandam
virginem. O filia ſi apl'us caſtigauit corp⁹
ſuum et in ſeruitutem redegit. quõ adhuc
tu iuuencula in feruore iuuentutis poſita
dapibus et vino plena. de caſtitate eris ſe
cura. Sexta eſt. quia obſecrationibus inſti
tit. quod ẽ acceptabile ſacrificium deo. ob
ſecratio eſt petitio cum adiuratione. Mul
ta enim ſunt pro quibus vidue debẽt ora
re et obſecrare. ſc3 vt conſeruẽtur in bono
et proficiant in ſeruicio dei. et vt deus pa
cificet mundum et conuertat peccatores ⁊
ſimilia. Septima ẽ. quia propter bona ope
ra ſua donum prophetie meruit habere. va
de et tu fac ſimiliter vt propter bõa opera
tua de⁹ reuelet tibi que tibi expediũt. Hec
ergo anna ſic laudabilia ipa hora ſuperue
niens qua ſc3 ſimeon accepit puerum ieſu3
confitebatur domino et loquebatur de illo
omnibus qui expectabant redemptionem
iſrael. id eſt omnibus qui herodis alienige
ne tirãnide grauati liberationem populi et
ciuitatis hieruſalem expectabant promit
tens per aduẽtum chriſti et in ipſo chriſto
redemptionem a tirãnide ſupradicta. Quis
euangeliſta expreſſe hoc non dicat. quia te
ſtimonium mulieris in eccleſia nõ admittit
nec in eccleſia loqui permittit. vt dicit apo
ſtolus. j. thi. iij. Docere autem mulierẽ nõ
permitto. Sed contra non fuerunt liberati
per chriſtum ab illa tirannide. Reſponſio.
non eſt intelligendum ad litteram. ſed refe
rendum eſt ad ſpiritualem liberationẽ quã
plenarie per chriſtum conſecuti ſunt Et ſic
patet tercium. Quarto ponitur marie ⁊
ioſeph ad propria remeatio. Quinto po
nitur chriſti profectus et virtuoſa confor
tatio. quia puer creſcebat et confortabat
ſm corpus. plenus ſapientia quia ab inſtã
ti ſue cõceptionis plenus fuit. et gratia dei

erat in illo. Et ſicut creſcebat ſm corpus:
ita creſcebat in vſu gratie et virtutum que
erant in illo. Quidam creſcunt ſolum i cor
pore. yſa. lxv. Puer centum ãnorũ morietur
Et ſic patet quintum.

De epiſtola ſermo duodecimus.

Quãto tẽpore heres paruulus
ẽ nihil differt a ſeruo. gal. iiij.
Quia bonum non diligit niſi
cognitum docet apl'us in ep'la
iſti maximum bonum. imo max
ima bona que per natiuitatem pueri conſe
cuti ſumus vt in eius amore ardentius ac
cendamur. Nam ante eius aduentum era
mus ſerui. peccati ſeruitute detenti et ſub
iugo legis. gentes ſub ſeruitute peccati. iu
dei ſub iugo legis. per chriſti aũt aduentu3
ab vtroq3 ſumus liberati. et per gratiam
ſpũs ab vtroq3 in filios dei adoptati. Hec
omnia apl'us in preſenti epiſtola oſtendit.
In qua quidem epiſtola tria facit. Prio
proponit humane conſuetudinis ſimilitudi
nem per quam ſeruitutem et libertatẽ ſpi
ritus nititur demonſtrare in principio ep'le
Secundo predictam ſimilitudinem ad pro
poſitum adaptat per quam oſtendit in ſer
uitute nos fuiſſe. ſed per chriſtum liberta
tem habere. ibi. Ita et nos cũ eſſ. par. ſub
ele. mundi eramus ſer. Tercio oſtendit fru
ctum quem per predictam libertatẽ habe
mus. ſiue oſtendit euidens teſtimonium per
quod patet nos predictam libertatẽ vt dei
filios poſſidere. ibi. Qm̃ autem eſtis fi. dei
miſit deus ſpũm fi ſ. in cor. veſtra. Primo
ergo proponit humane conſuetudinis ſimi
litudinem per quam ſeruitutem in qua fui
mus ante aduentum chriſti et libertatẽ ſpi
ritus quam adepti ſumus per ipm nititur
demonſtrare dicens. Quanto tẽpore heres
paruulus eſt. etate et ſcientia nihil differt
a ſeruo. quia cogitur vt ſeruus ⁊ verberatur
et nullam habet ſuarum rerum poteſtatem
cum ſit dominus omnium. id eſt quis ſit do
minus omnium ſuarum rerum. Luce. xv.
Fili omnia mea tua ſunt. Sed eſt ſub tuto
ribus qui eũ ab hoſtibus tueantur et acto

ribus qui pro eo cauſas agant et bōa eius
procurent.et ipm̄ in moribus informent. ⁊
hoc non ſemper ſed vſq; ad prefinitū tem
pus a patre.id eſt a iure a patribus inſtitu
to.in quo tempore ordinatum eſt e iure vt
ei ſuarum rerum poteſtas detur. Sunt enī
iura que ſunt a patribus inſtituta determi
nantia tempus quando tradenda eſt here
ditas ſucceſſori.et quādo f[illegible]s re
linquendus eſt ſibiipſi vt ſe [illegible] ſenſum
ſuū. In quo inſtruimur ꝙ p[illegible] ferula
diſcipline ſunt tenēdi.et non [illegible]mitten
di ſenſui ſuo.prouer.xiij. Qui parcit virge
odit filiū ſuum. In eodem.xxij. Stulticia
colligata eſt in corde pueri.et virga diſci
pline fugabit eam. In eodem. xxiij. Noli
ſubtrahere ab eo diſciplinam ſi enī percuſſe
ris eū virga non morietur.tu percutis vir
ga eum et animā eius de inferno liberabis
In eodem.xxix. Puer qui dimittitur vo
luntati ſue confundit matrem ſuam.Eccl.
vij. Melior eſt ira riſu.quia per triſticiam
vultus corrigitur animus delinquentis. id
eſt melior eſt aſpera correctio patris q̄ʒ
blanda remiſſio.vt patet in heli ſacerdote
q remiſſe corripuit filios ſuos dicēs.quare
facitis res huiuſmodi. j. Regum.ij. Et iō
occiſi ſunt in bello ambo vno die. et ipe ce
cidit de ſella et fractis ceruicibꝰ expirauit
Unde fertur de quodam qui ibat ad ſuſpē
dium.et pater plorans ſequebatur euʒ.qui
ſub ſpecie oſculandi patrem amputauit dē
tibus ſibi naſum dicens. Ego vado ad ſu
ſpendium quia nō correxiſti me. Boecius
in diſciplina ſco.hec. Et ideo deus ſicut bo
nus et ſapiens pater quottidie corrigit nos
flagellis et diſciplina pacis eius ſemꝑ nos
erudit ad ſalutem.quia nō viriliter ſed pu
eriliter viuimus. quod patet quantum ad
quattuor. Primo quia temporalia q̄ quaſi
nulla ſunt magis q̄ʒ eterna diligimus.ſicut
paruulus magis diligit pomum q̄ʒ regnum
etiā nociuis ſicut paruuli non abſtinemus.
prouerbi .j . Uſq;quo paruuli diligitis in
fantiam et ſtulti ea que ſunt ſibi noxia cu
pient.Secundo quia ſicut paruuli tota die
nugis et ludis et ſpectaculis intenti ſumus
magis q̄ʒ ſaluti anime.Zacha.viij. Platee
hieruſalem implebuntur infantibus et pu
ellis ludentibus.Baruch.iij. Qui in aui
bus celi ludunt. Tercio quia nihil certum
de ſtatu noſtro iudicamus.ſed tota die va
gi corde ſicut pueri qui vbiq; ceſpitant cir
cūferimur omni vēto. Contra qđ prouer.
iiij. Palpebre tue precedunt greſſus tuos.
Unde illa ſancta animalia erant plena ocu
lis ante et retro.vt patet ezech.j. Quarto
quia contrarijs affectibus tota die affici
mur.ſicut paruulus qui modo ridet et mō
plorat.prouer.xiij. Uult et non vult piger
Et ſic patet primum. ¶ Secundo hanc ſi
militudinem ad propoſitum adaptat ꝑ quā
oſtendit nos ante chriſti aduentum ſub ſer
uitute fuiſſe ſed per ipm̄ liberos eſſe. Dicit
ergo. Ita et nos iudei cū eſſemus paruuli
cognitione dei et viribus reſiſtendi peccatꝭ
eramus ſeruientes per terrorem minarum
et per repromiſſionem bonorū ſub elemen
tis id eſt ſub lege que per elementa intelli
gitur.quia ipa eſt prima inſtitutio ad fideʒ
et iuſticiam ſicut ab elementis primū vſuʒ
diſcendi aſſumunt paruuli. Elemētis dico
mundi.vnde lex dicitur elementum mundi
quia non celeſtia et eterna promittebat.ſʒ
terrena et tranſitoria vt eſt mundus.yſa.j.
Si volueritis et au.me.bone ter.comede.
Uel ſub elementis mundi.id eſt ſub feſtis
iudeorum que accipiebantur ſm̄ elemento
rum mundi curſum.qualia erāt neomenie
i.lunares dies et ſabbatū. Augu. Si itaq;
iudei ſub elemētis erāt qđ dr̄it a paganis
Reſpōſio Pagani nō ſub elemētis ſeruiūt
ſed elementis ſeruiunt. Colunt enim aſtra
et ſolem et lunam aquam et terram et hu
iuſmodi. Iudei vero ſub elementis deo ſer
uiebant. In elementis ergo neomenias.id
eſt lūares dies ſignificat et ſabbatum quod
iudei obſeruabant.non ꝙ in elementis ſpe
rarent vt pagani.ſed in his deum venera
bantur dum paruuli erant et ad tēpus ple
nitudinis nondum peruenerant. Sicut enī
paruulus ſub pedagogo eſt et actore ⁊ tu
tore anteq̄ʒ fit adultus.ita iudeis adhuc ꝑ
uulis lex fuit pedagogus.q̄ꝛ timore ꝯpulſit.



et p̄ceptis dei obedire coegit fuit etiam lex
actor ⁊ tutor iudeis quos deꝰ heredes in
ſtituit dū puuli erāt ꝯgnitōne dei ⁊ viribus
reſiſtēdi peccatꝭ .Quo tp̄e erāt ecce quaſi
ſerui legalibus ſcʒ territi penis a mal' et
ꝓmiſſiōibꝰ tpaliū ad bona incitati.nec ſūt
dn̄abantur ſʒ vicia.nec ſuorū.i.hereditatis
eterne.cū eēnt boꝝ dn̄i a deo cōſtituti. Dic
ergo fuit lex tortoris loco dū contra malig
noꝝ ſpirituum īpugnatōes et gentiliū per
ſuaſiones q̄ ad ydolatriā trahebāt illos de
fendit admonendo dep̄cando.⁊ aliqñ puni
ēdo. Et ſic eterna bona illis ꝯſeruauit.quo
niam ex illis chriſtus multos ex inferno.
liberauit. Fuit etiā eis actor. quoniā cūm
eius apud deū bene egit dū ꝑ ſacraficia et
placatōnes expiatōneſ deū eis placauit. et
hoc vſq; ad tp̄s p̄finitū.i. vſq; ad aduentū
chriſti. In quo cōſtituit deus vt ꝑfecti et
liberi fierent ⁊ hereditatem obtinerūt.ali
oquin exhereditarentur. De quo ipe ſub
dit. At vbi venit plenitudo ⁊c. Hec omīa
augu. Poſtq̄ʒ ergo oſtendit ꝙ ante chriſti
aduentum eramus ſub ſeruitute conſequē
ter oſtendit ꝙ per chriſti aduentum ſumus
a ſeruitute liberati et in filios dei adoptati
Et hoc eſt quod dicit. At vbi venit.nō fa
tali neceſſitate ſed ſola dei voluntate pleni
tudo temporis.id eſt poſtq̄ʒ tēpus p̄cedens
completum eſt. Plenitudo enim tēporis
eſt completum tempus quod pre[illegible]
a deo patre vt mitteret filium[illegible]
plenitudo temporis di[illegible]
Et hoc propter octo[illegible] propter ca
riſmatum dationem.q[illegible] eo dantur ple
na dona ſpūſſancti. Iohelis.ij. Effundam
de ſpū meo ſuper omnē carnē.[illegible]
Repleti ſunt omnes ſpūſancto[illegible]
propter pacis plenitudinem quia in eo fuit
plena pax in toto mundo.p̄s.xj. Orietur i
diebus eius iuſticia et abūdantia pacis do
minabitur.yſa.iij. Conflabūt gla.ſu.i vo.⁊
lan.ſu.in falces.[illegible] propter tempo
ralium copiam[illegible] fuit plena abun
dantia ſicut ſpūalium ita temporaliū rerū.
Iohelis.ij. Filie ſion exultate et letamini
in domino deo veſtro.quia dedit vobis do
ctorem iuſticie et deſcendere faciet ad vos
imbrem temperantie et ſerotinum ſicut in
principio et implebuntur aree frumento ⁊
[illegible] torcularia redundabunt et oleo.
[illegible] propter figurarum adimpletionē
quia in eo omnes figure ve.te.implete ſūt
et omnia que de chriſto fuerunt ꝓphetata
impleta ſunt. Matthei.v. Non veni legem
ſoluere ſed adimplere.[illegible]o propter
temporis adimpletionem.[illegible] in eo tēpus
impletum et completum eſt.j.cori.x. Nos
ſumus in quos fi.ſe.deue[illegible] Sexto propter
miſericordie repletionem.[illegible]e enī lege
iuſticia vbiq; regnabat.ſe[illegible]miſericor
dia domini plena eſt terra[illegible]timo pro
pter creaturarum completionem. Quid eī
aliud creatura petebat niſi ſuo creatori in
aliqua creatura vniri. Eph.j. Propoſuit
in eo in diſpenſatione plenitudinis tēporū
inſtaurare omnia in chriſ[illegible] que in celis et
que in terra ſunt in ipo[illegible]tauo propter
premij redditionem.quia in eo paradiſus
et vita eſt data. Luce.xxiij. Hodie me.e.in
paradiſo. Math.ij. Uoca operarios ⁊ re.
illis mer. Iohānis.iiij. Alij laborauerunt
et vos in labo.eorū introiſtis. In hoc er
go tempore ſic pleno miſit deus filiū ſuum
naturalem.i.in carne apparere fecit ſimileʒ
nobis.yſa.xix. Cla.ad do.a fa.tri.et mit.e.
ſal.et propu.qui li.e. Factum ex muliere .
ex carnis aſſumptione. Ro.j. Qui factus
eſt ei ex ſemine dauid ſm̄ carnem. Et meli
us dicit factum q̄ʒ natum.fuerunt enī qui
dam heretici qui dixerunt eum nihil aſſūp
ſiſſe de corpore virgineo.ſed intrans in ipaʒ
cum quodam aereo corpore quod ſibi for
mauerat ſtatim exiuit plus honoris dātes
aeri q̄ʒ virgini nihil poſt dātes vtero ipius
q̄ʒ preſepio. Contra quos gen̄.xxvij. Caro
enim et frater noſter eſt.p̄s. Homo natus
eſt in ea. Factum ſub lege. Ad litterā prop
ter obſeruantiam circūciſionis ſm̄ legē da
tam abrae.vt patet gen̄.xvij.et propter ob
ſeruantiam purificationis ſm̄ legem dataʒ
moiſi.vt patet leui. xij. Adimpleuit autem
legem non neceſſitate.quia dominus legis
ſed perfecta humilitate.mat.iij. Sic decet

nos implere omn: m iuſticiam.id eſt omnē
humanitatem. Sic ergo chꝛiſtus factus ē
ex muliere et ſub lege propter duo. Primo
propter redemptionem a malo. Secundo
propter collationem boni. Duplicem enim
effectum ex chꝛiſti incarnatione conſecuti
ſumus. Primus eſt redemptio a malo ⁊ a
ſeruitute legis.et hoc eſt.vt eos qui ſub le
ge erant.id ē ſub legis ſeruitute redimeret
ab illa ſeruitute. Et hoc refertur ad illud
quod dictum eſt.factum ſub lege.gala. iij.
Chꝛiſtus nos redemit a maledicto ⁊c. Se
cundus effectus eſt collatio gratie filialis.
et hoc eſt vt adoptionem filioꝛū reciperemus.
participes bonoꝛū et gratie eius hic
in preſenti.et glorie in futuro. Eph.j. Pre
deſtinauit nos in adoptionem filioꝛum per
ieſum chꝛiſtum in ipm. Et reſpicit ad hoc
quod dicitur.factum ex muliere. Factus ē
ergo ſub lege vt eos qui ſub le.e.re.nō ſolū
a maledicto legis.ſed a dyabolo et a moꝛ
te eterna. Factus eſt ex muliere vt adopti
onem filioꝛum dei reciperemus. Cogitem⁹
chariſſimi magna beneficia dei. Nā fact⁹
eſt homo vt nos deos faceret.pma Jo.iij.
Videte qualem charitatem dedit nobis de
us pater vt filij dei nominemur et ſimus.
Factus eſt ſeruus vt nos liberaret vt hic
patet. Factus eſt pauper vt nos ditaret .j.
coꝛ.j. In omnibus diuites facti eſtis i illo
in omni verbo ⁊ in omni ſciētia ita ꝙ nihil
vobis deſit. Factus eſt humilis vt nos ſecū
exaltaret. Phil.ij. Humiliauit ſemetipm
propter quod deus illum exaltauit et nos
in ſpo. Joh.xij. Volo pater vt ibi ego ſum
illic ſit et miniſter meus ſcʒ eadem exalta
tiōe. Moꝛtuus eſt vt nos viuificaret. Jo.
xij. Ego ſi exaltatus fuero a terra.i.ſuper
lignum leuatus et crucifixus oīa traham
ad meipm.i.hominem qui conuenientiam
habet cum omnibus et propter quē facta
ſunt omnia traham ad vitam. quia ego ſū
vita. Deſcendit ad inferos vt nos inde ex
traheret. Zach.ix. Tu autem in teſtamētō
ſāguinis tui eduxiſti vinctos de lacu i quo
non erat aqua. Reſurrexit a moꝛtuis. vt
nos reſuſcitaret.j.coꝛ.xv. Quiquidem per

hominem moꝛs et per hominē reſurrectio
moꝛtuoꝛum. Si autem chꝛiſtus reſurrexit
et nos reſurgemus. Rom.iij. Moꝛtuus eſt
propter peccata noſtra et reſurrexit ꝓpter
iuſtificationem noſtram. Aſcendit ad celos
vt nos illuc duceret. Eph.iij. Aſcendens i
altum captiuam duxit captiuitatem. Joh.
xiiij. Et ſi abiero et preparabo vobis locū.
iterum venio et accipiam vos ad meipm.
vt vbi ſum ego et vos ſitis. O anima miſe
ra cogita hec magna beneficia dei et tota
conſurge in amoꝛem iſtius pueri.qꝛ omia
hec fecit tibi.et in ipius laudes erumpe. et
dic cum propheta. Quid retri. do. pro om.
q̄ re.m. Et ſic patet ſecundū. Tercio oſ
dit euidens teſtimonium et ſignum .per qd̄
patet nos predictam libertatem vt dei fili
os poſſidere. Et hoc ſic eſt. Quoniā autē
eſtis filij.i. hoc eſt ſignum et teſtimonium
ꝙ non ſolum nos iudei ſed etiam vos gen
tiles eſtis per chꝛiſtum facti filij adoptiui
ſpūs dei. quia deus pater miſit ſpūm filij
ſui qui eſt etiam ſpūs patris. quia a patre
filioq̄ꝫ procedit.in coꝛda noſtra ſcʒ tam iu
deoꝛum q̄ꝫ gentilium.quia ſpūs probat nos
eſſe dei filios.vt ergo probaremur adopta
ti eſſe in filios a deo ſpūm ſuum dedit no
bis qui facit nos clamare. Et hoc ſic eſt.
clamantem id eſt clamare facientem abba
pater.quod nunq̄ꝫ preſumeremus niſi ſpūs
[illegible] et faceret dicere. Roma.viij.
[illegible] oſtulat pro nobis. i.poſtulare
[illegible] inenarrabilibus. Ab
ba hebreic[illegible] ſignificans quod ⁊
pater. Pater [illegible] grecum eſt deriuatiōe.
quia [illegible] atur a patir. quod grece dicit
[illegible] atinum eſt inſtitutione. Sic er
[illegible] grecos et latinos qui ſūt adop
tati per chꝛiſtum in filios dei ſpūſſanctus
clamare facit deum chꝛiſtum patrem ſuū
eſſe et ipm confitentur. Et nota ꝙ dicit ſpi
ritusſanctus nos facit clamare abba pater
per quod dat intelligi ꝙ ſpūſſanctus duo
bus modis facit nos clamare ſcʒ occulte.
qd̄ ſignificat i noīe oculto qd̄ ē abba.et a
perte quod ſignificatur in nomine noto qd̄
eſt pater. Pater enim aperte clamat dei



cognitionem in intellectu. et dei virtutem
in effectu. Conſequenter concludit dicens.
Itaq̄ꝫ qui ſic habet ſpūm qui facit eū cla
mare iam non eſt ſeruus expulſa culpa om
nino. Johā.xv. Jam non dicam vos ſer
uos ſed amicos. Sed filius infuſa adopti
onis gratia.pma Johā.iij. Videte qualē
charitatem dedit nobis deus vt filij dei no
minemur et ſimus. Quod ſi filius per gra
tiam.et heres tandem participando gl̄am.
per deum id eſt per dei miſericoꝛdiam Ro.
viij.ꝙ ſi filij et heredes.heredes quidē dei
coheredes autem chꝛiſti. Cum ergo ſum⁹
filij chꝛiſti debemus per viam chꝛiſti am
bulare.que fuit via diſcipline et virtutis.
qui autem per viam chꝛiſti non ambulant
non ſunt filij. Hebre.xij. Quod ſi extra di
ſciplinam eſtis cuius participes facti ſunt
omnes ergo adulteri et nō filij eſtis. Ibi
dem. Quem enim diligit deus caſtigat fla
gellat autem omnem filium quem recipit.
Si vis plura dicere de via chꝛiſti que fuit
via paupertatis et penalitatis.humilitatis
et charitatis.require in tabula.

De circumciſione domini de
euangelio Sermo tredecimus

Poſtq̄ꝫ conſumati ſunt dies oc
to vt puer circūcideretur vo
catum eſt nomen eius ieſus.
Luce.ij. Ab oꝛe veritatis reg
num celoꝛum ſinapi comparat
quia paruum eſt quantitate. ſed magnum
eſt virtute. Nemo enim poteſt in regnum
celoꝛum intrare niſi ſit paruus ſui reputa
tione.et maximus virtute. Matth. xviij.
Niſi conuerſi fueritis et efficiamini ſicut p
uuli non intrabitis in regnum celoꝛū. In
cuius exemplum filius dei factus ē puus
in coꝛpoꝛe et obſequijs.qui ē infinitus vir
tute. Et ideo euangelium preſens ē paruū
quantitate et maximum in virtute.quia il
lum continet et deſcribit qui factus ē octo
dierum cum ſit eternus et omnino immen
ſus. In quo quidem euangelio tria mira
bilia continentur. Primum eſt.quia eternus

ſub tempoꝛe clauditur.ibi. Poſtq̄ꝫ conſu.
ſunt di.octo. Secundum eſt quia filius dī
impaſſibilis patitur et circūciditur.ibi. vt
cir.pu. Tercium eſt quia deus innominabi
lis nominatur.ibi.vo.eſt no.e.ieſus. Pri
mum ergo mirabile eſt.quia filius dei ſub
tempoꝛe clauditur et infans octo dierum
efficitur. Filius quippe dei inquantum hō
cepit habere dies et ānos et patriam et pa
rentes.et in tempoꝛe creuit et moꝛtuus eſt.
Et vide quia ex hoc ꝙ ſub tempoꝛe clau
ditur et per conſequens ſub lege,quia tale
tempus erat a lege determinatū.geū.xviij.
Infans octo dieruʒ circūcidetur. In quo
maxima eius miſericoꝛdia circa homines
demonſtratur. Ex hoc enim voluit conti
neri ſub lege vt hos qui ſub lege erant re
dimeret. Expertus enim circūciſionis penā
et alias cerimonias legis quas vt videm⁹
ſeruauit.quia non venit legem ſoluere ſed
adimplere. Matthei.v. Compaſſus eſt iu
deis et eos ab illo onere liberauit. Math.
xvj. Vſq̄ꝫ ad iohānem lex et prophete. Si
militer expertus penalitates humane na
ture.ſcʒ famem ſitim caloꝛem et frigus cō
patitur nobis ſicut pius pater. et tandem
ab omnibus liberabit. Hebre.iiij. Non eīn
habemus pontificem qui poſſit compati i
firmitatibus noſtris.temptatum autē per
omnia. Malum enim non cognoſcitur niſi
cognitum et expertum. Et ideo filius dei
voluit experiri noſtra mala ſcʒ paupertatē
expulſionem contumeliam verboꝛum.fal
ſam accuſationem.et neq̄ꝫ ſententiā.amico
rum derelictionem.et tandem iniuſtam et
violentam moꝛtem.ad quam omnia mala
humane nature oꝛdinantur vt in omnibus
malis nobis compateretur et pro nobis pa
trem rogaret. Clamemus ergo ad chꝛiſtū
ſecure ſi quodcūq̄ꝫ malum patimur.qa ipe
omnia expertus eſt.et ideo nobis cōpatit.
et pro nobis apud deum aduocat.pma Jo
han.ij. Aduocatum habemus apud d.pa.
ieſum chꝛiſtum iuſtum et ipe ē propiciatio
pro peccatis noſtris. Clauſus eſt ergo ſub
tempoꝛe et lege pro noſtra ſalute .et ideo
nō debet nobis durum videri ſi claudimur

ſub iugo chriſti et penitentie et religionis.
pro honore dei et bono noſtro. Matth. xi.
Tollite iu. me. ſu. vos. Et ſic patet primu.
[illegible]cundum mirabile eſt. quia filius dei
[illegible]paſſibilis patitur et circuciditur. Filius
quippe dei inquãtum deus eſt ipa beatitu-
do nec pati poteſt. ſed inquantum hõ paſſ9
eſt penam circũciſionis et alias penas. In
quibus omnibus ſimul patiebatur et btũs
erat. Sic ergo chriſtus circũciſus eſt octa
uo die cultro lapideo in membro generati-
onis ſm ꝙ lex mandabat Leuiti. xij. Non
tamen cultrus lapideus erat de neceſſitate
ſacramenti. Et nota etiam ꝙ xp̃s inquãtũ
homo non tenebatur circucidi. qꝛ circũci-
ſio fiebat pro peccato originali tollendo. ſꝫ
peccatum originale non fuit in xp̃o. Bern.
Ad quid tibi circũciſio bone ieſu neceſſe. q
nec peccatũ contraxiſti nec cõmiſiſti. quod
ipe nõ feceris etas manifeſtat. quod vero
non contraxeris hoc veritas probat et pa-
tris deitas et matris integritas. Pater ti-
bi eſt ab eterno. ſed deus eſt in quẽ peccatũ
non cadit. Mater tibi eſt ex tempore. ſed
virgo ẽ. nec parere potuit incorruptio cor
ruptelam. [illegible] Et ꝙ peccatum origĩale
in chriſto non fuerit ex duobus patet Pri
mo quia chriſtus non fuit generatus ex cõ
cupiſcentia carnali. nec per modum genera
tionis. quia nec in ſemine viri nec in ſan-
guine menſtruoſo impuro in quo ẽ libido.
Unde etiam ſi deus modo formaret vnum
hominem non per viam generationis. ſed
ſicut primum hominem vel primã mulierẽ
talis nõ haberet peccatum originale. ergo
multo magis chriſtus non habuit. quia p
viam generationis formatus nõ fuit. Se-
cundo idem patet quia duo contraria non
poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto. ſed iu
ſticia originalis que eſt contraria peccato
originali fuit in chriſto. ergo non fuit ĩ eo
peccatum originale. Aſſumpſit enim xp̃us
carnem in perfectiſſimo ſtatu carnis. ſcꝫ in
ſtatu carnis ante peccatum prout fuit in p̃
mis parentibus ante peccatum. q iuſticiaꝫ
originalem habuerunt. que conſiſtebat in h
ꝙ anima erat ſubdita deo nec aliq̃ d̃ maluꝫ
concupiſcebat. et omnes vires inferiores

ſubiecte erant rationi. nec ad malum inſti-
gabant. et totum corpus ſubiectũ erat ani-
me. Hec eſt iuſticia originalis q̃ fuit per-
fectiſſime in chriſto. ad quam iuſticiam ſeq̃
batur ꝙ omnia exteriora ad nutũ ſubiecta
fuiſſent homini ſicut et chriſto fuerũt qui
talem iuſticiam habuit. Poſtq̃ꝫ autẽ aĩa
primi hominis rebelliſauit deo. etiã infe-
riores vires rebelliſauerunt rationi ⁊ corp9
anime. et in hoc conſiſtit peccatũ originale
quia cum tali inobedientia et concupiſcen
tia et inordinatione homo naſcitur. in qua
peccatum et culpa contrahitur. Nam dũ
anima infunditur et creat[illegible] in corpore in-
fecto et maculato concupiſcentia. maculat
et ipa. Et ideo ſtatim infuſa eſt maculata.
et conſiſtit in ipa culpa. et peccatũ origĩale
quod cum ipa originatur. Ad qd̃ ſequitur
ꝙ omnia exteriora rebelliſant homini. Et
ſi quereretur quõ anima pueri ſtatim crea-
ta et infuſa rebellat deo. Dicẽdum quia vt
dicit apl̃s ad Ro. v. In adam omes pecca-
uerũt. Unde anima ade rebellante deo om
nes rebellauerunt in ipo. pro eo ſcilicꝫ ꝙ ab
adam accipimus corpus et naturam corru
ptam in qua anima creatur et maculatur.
et ideo ſtatim incitabilis eſt ad m[illegible]
ideo peccatum originale eſt pec[illegible]
tractum et non cõmiſſum. quia [illegible] infu
ſione anime ipm anima cõtrahi[illegible] Et ſi que-
reretur vlterius quare par[illegible]
a peccato originali generant fi[illegible]
cato originali. Dicendum qu[illegible]
mũdantur a peccato originali [illegible] quan
tum ad culpam anime et non quantum ad
reatum pene. Unde ipe fomes peccati ⁊ cõ
cupiſcentia mali remanent in carne. licet p
baptiſmũ et bona opera in tali perſona mi
nuatur. Ro. vij. Video aliam legem in mẽ
bris meis repugnantem legi mentis mee.
Et quia parentes dant filio corpus macu
latum et anima cum infunditur tali corpo
ri maculatur. Et ideo parentes mũdati ge
nerant filios cum peccato originali etiam
quantumcũqꝫ ſancti. Propter qd̃ omnes
naſcimur filij ire vt dicitur in iob Et quia
originale per generationem introducitur
inde eſt ꝙ circũciſio in mẽbro generatiõis



fiebat originale. vt ibi fieret medela vnde
fiebat et morbus. quõm per que peccat qs
per hec et torquetur. Sap. xj. Octauo aũt
die fiebat propter figurã. Omnia eñ in fi
gura illis cõtingebant illis. vt dicitur. j. ad
corinth. x. Quia figurabatur ablato corru
ptionis per chriſtum fienda que perfecte [illegible]
plebitur in octaua etate que ẽ etas reſurgẽ
tium. Et ſi obijceretur qꝛ videtur omnino
ꝙ xp̃s habuit originale peccatũ. quia pẽas
inflictas pro peccato originali habuit. ſcꝫ
famem. ſitim. calorem. et frigus. et mortem
Dicendum eſt ꝙ xp̃s nullum defectum vel
penalitatem e[illegible] natura cõtraxit. ſed volun-
tarie aſſumpſit pẽalitates noſtras vt poſſet
nobis cõpati vt dictũ eſt. defectus autẽ cul
pabiles nec aſſumpſit nec ꝯtraxit. quattuor
enim mala ſiue vulnera conſecutus eſt hõ
ex peccato. que ſunt infirmitas. ignorantia
concupiſcẽtia et malicia. chriſtus autẽ ſolã
infirmitatem aſſumpſit que ſequitur totam
humanam naturam. ſcꝫ calorem. famẽ. ſitĩ.
frigus. laborem. mortem. et huiuſmodi. Et
ideo non habuit febres et dolores ventris
et alias infirmitates que totã naturam hu
manam nõ conſequũtur. nullo ergo modo
originale peccatum habuit q̃uis aſſum[illegible]
penas pro originali peccato inflict[illegible]
Sciendum eſt autẽ ꝙ deus a princi[illegible]
mundi vſqꝫ modo contra peccatũ origĩale
tria remedia inſtituit et ordinauit. Nã hõ
fecit morbum. et deus fecit remediũ. Pri-
mum remedium fuit ſacrificiũ pro adultis
Et inde eſt ꝙ antiqui patres deo ſacrificij
um offerebant. Si autem paruuli morieba
tur ante vſum liberi arbitrij ſufficiebat eis
fides parentum. vt ſicut a parẽtibus intro
ductum fuit peccatum ita per eoſdem dele
retur. Si autem parentes paruulorum qui
moriabantur nõ erant fideles. paruuli non
ſaluabãtur. Secundum fuit circumciſio tẽ
pore abrae. quia deus mãdauit abrae ꝙ ip
ſe et poſteri eius deberẽt circũcidi Hoc er
go remediũ fuit datum ſolum in populo p
maſculis. omnes autẽ alij populi vſqꝫ ad
chriſtum habuerũt remediũ primũ ac etiã
femine iudeorum. Tercium remedium fuit
baptiſmus. Nam quia circumciſio nõ erat

remedium cõmune nec ſuaue. imo valde pe
noſum. et ideo adueniẽte medico ſuauitat[illegible]
ſcꝫ ieſu chriſto. vbi nõ eſt maſculus ⁊ femi
na. gentilis et iudeus. circũciſio et prepuciũ
barbarus et ſcitha. ſeruus et liber. vt dicit
apl̃s ad col. iij. inſtituit ſuaue et cõmune re
medium. ſcꝫ baptiſmũ. qui nõ ſoluꝫ purgat
peccatum originalẽ ſed actuale. et nõ ſoluꝫ
purgat. ſed aperit celum. quod circumciſio
nõ faciebat et hoc facit baptiſmus in vir-
tute paſſionis chriſti. que in ipo operatur.
que et peccata deleuit et celum aperuit. ba
ptiſmus ergo eſt remedium neceſſarium ad
peccatum tollendum et ad regnum dei in-
troducendum. Joh. iij. Niſi quis ren. a. fu.
ex a. et ſpũſan. nõ po. introire in regnuꝫ dei
Notandum ꝙ omnibus iſtis remedijs xp̃s
vſus fuit nõ propter neceſſitatẽ. Nã circũ
ciſus fuit et baptiſatus. et in die purificati
onis pro eo ſacrificiũ oblatum fuit. ſcꝫ par
turturum et duo pulli columbarũ. vt patet
Luce. ij. [illegible] [illegible] non indigeret vo
luit tamen hodie circũcidi propter nouem
Primo propter bonitatem legis moſaice
oſtendenda. vt ſcꝫ oſtenderet legem moyſi
eſſe bonã et a deo eſſe datam. contra hereti
cos qui vetus teſtamentum nõ recipiunt.
⁊ dicunt ipm a dyabolo fuiſſe datũ. dũ eniꝫ
chriſtus legem obſeruat et ſm legẽ circũci
ditur. profecto bonã oſtẽdit bonã eſſe legẽ.
Secundo propter veritatẽ humane carnis
demonſtrandam. vt oſtenderet ſe verã car-
nem habere et nõ fantaſticã vel aereã. con
tra hereticos qu[illegible]unt ipm corpus aereũ
habuiſſe. ſicut a[illegible]perũt interdum angeli
in cooporibus a[illegible]ptis. qꝛ caro fantaſti-
ca vel aerea non poteſt ſanguinẽ emittere.
Unde ſi corpus angeli apparẽtis ſcinderet
nõ emanaret inde ſanguis. Tercio propter
fatorum obſeruantiam deſtruendam. vt de
ſtrueret omnes malicias et fata que tunc
fiebant et adhuc fiunt. Cauent eñ homines
qꝛ hodie ẽ caput ãni dare aliqd de domib9
ſuis nec volunt ꝙ inde aliqd aſportet niſi p̃
mo aliqd inferat. cõtra quos xp̃s hodie de
[illegible] qd̃ hẽbat. ſ. carnẽ ⁊ ſãguinẽ ſuũ ⁊
nihil recepit. inſte ei obſuãtie fuit ĩ qb9 hoies

ponunt ſpem ſuam . quas omnes chriſtus
deſtruxit in circūciſione. In quo dedit in
telligi ꝙ ſolum in filio dei incarnato debe
mus habere ſpem.et ſolum ad ipm in om
nibus factis noſtris oculos mentis dirige
re.et ideo nobis hodie oſtendit carneʒ ſuā
quia in eo ſpes ſalutis noſtrē conſiſtere de
bet.quaſi diceret.xp̄s. Ecce oſtendo vobis
in quo ſpem ponere debetis.et quid in om
nibus factis veſtris reſpicere debeatis.ſcʒ
virtutem ſanguinis mei. Quarto propter
ſpem noſtre redemptionis firmā reddendā.
vt firma ſpes noſtre redemptionis habere
tur.debebat enim xp̄s totam humanā na
turam redimere.que fuit maxima emptio.
pro maxima autem emptione datur arra .
vt firma ſit emptio. Et ideo chriſtus dedit
hodie arram noſtre redemptionis que ſan
guine xp̄i fienda erat vt firma et rata per
maneret. poſtea em̄ in cruce hāc ſolutionē
compleuit.vbi totū ſanguinē ſuum fudit.i
pe.i. Non enim corruptibilibus auro vel
argento re.eſtis.ſed pre.ſan.ag.incontami.
Quinto propter exēplum humilitatis dā
dum.Et hoc eſt quod dicit bern̄. Nullum
habens veſtigiū vulneris.ligaturā vulneris
non refugit.nō ſic impij.nō ſic agit peruer
ſitas elationis humane.erubeſcimus em̄ li
gaturam vulnerū qui interdum de vulneri
bus gloriamur. Valde proni ad vulnera.
poſtea ad remedia verecundi. Ille em̄ quē
peccati nemo poteſt arguere primū remedi
um ſine vlla neceſſitate ſuſcepit. et ideo cir
cumcidi voluit.vt om[illegible] humilitatē im
pleret.Matthei.iij.Sic [illegible]os decet implere
omnem iuſticiam.id eſt om[illegible]em humilitatē
Sexto propter miſterium incarnatiōis ce
landum.vt ſacramentum incarnationis di
abolo celaretur. Cum enim circumciſio fie
ret circa peccatum originale.credidit dya
bolus et hunc peccatorem eſſe qui circum
cidebatur qui et circumciſionis remedio in
digebat. Propter hoc etiam voluit ꝙ ma
ter ſua perpetua virgo deſponſata eſſet.
Septimo propter onus circumciſionis tol
lendum vt expertus penam circumciſionis
compateretur his qui circumcidebantur .

q z circūciſiōis remedio idigebat. Propt
hoc etiā voluit ꝙ mater ſua ꝑpetua virgo
deſponſata eſſet.Septimꝰ ꝓpt onus circūci
ſiōis tollēdū vt expertꝰ penā circūciſiōis cō
pateꝛ his q circūcidebāt.et ſic ab illo ono
re eos liberaret.vt dictū ē Octauo ꝓpter
ſpūalē circūciſionē faciēdā.vt oñderet nos
ſpūaliter exēplo ſui circūcidi. Duplex ē em̄
circūciſio ſm bern̄.q̄ debet fieri i nobis ſcʒ
exterioꝛ in carne.in terioꝛ.in mēte. Circūci
ſio exterrioꝛ ꝯſiſtit in duobʒ. Primo in ha
bitu ne ſit ſupfluꝰ.vanꝰ z diſſolutꝰ. Scd̄o
in oīibʒ ſenſibus vt ſint ordinati z nō diſ
ſoluti. Debemꝰ ergo eſſe circūciſi in aſpec
tu vt nō habeamꝰ oculos ſublimes z va
gos ad vidēdū vana z cōcupiſcēdū mulie
res. Itē in auditu vt nō audiamꝰ vana et
nociua. Itē i guſtu z olefactu vt ab immo
derato poto z cibo noſ z ab his q̄ ad ꝯcu
piſcētiā ꝓuocā abſtineamꝰ Itē i tactu vt
ñ tāgamꝰ z opemur q̄ tāgereꝛ opari nobis
ñ ſūt licita. Silit iterioꝛ circūciſio i duobʒ
ꝯſiſtit.ſcʒ in cord vt nō cogitemꝰ mala et
vana z i volūtate vt nō deſiderēmꝰ mala .
Qui ergo ad petrā xp̄ʒ ſic ſe circūcidit in
teriꝰ z extiꝰ.vere cū xp̄o ē hodie circūciſꝰ
ſpūaliter.z hūc diē ſolēniter celebrat. Coſ.
ij. Circūciſi eſtis i xp̄o circūciſiōe nō manu
facta i expoliatiōe corꝑis carnis ſʒ i cir.d.
n.i.xp̄i. Sed q ſe diſſoluūt interiꝰ i corde.
z exteriꝰ i oꝑe z diſſolute oꝑātur.hi hodie
cū xp̄o [illegible] circūcidūt. nec hūc diē celebrāt
ſʒ cōtra[illegible]t ſpūiſctō reſiſtētes.act.vij. Du
ra ceruice z icircūciſi cordibꝰ z auribꝰ vos
ſpūiſācto ſēꝑ reſtitiſtis. Nono voluit cir
cūcidi z ſanguinē ſuū fundi ꝓpter ꝟtutem
ſui ſāguinis demōſtrādā.ad oñdendū ꝙ oēʒ
ꝟtuoſā oꝑationē quā gcūqʒ ſanguis habet
efficere ſāguis xp̄i ſpēaliter efficit in nobis
N. Inuenimus em̄ de ſanguine quat
tuor virtutes. Primo enim ſanguis habet
rumpere.vt ſanguis hircorum adamātē.
quem nihil aliud frangere poteſt.et hoc fa
cit per calorem qui eſt in illo ſanguine vir
tualiter.ſicut caloꝛ eſt virtualiter in ſole.ſic
ſanguis chriſti frangit coꝛ hominis.quod ē
durius.z hoc per calorē ſpūſācti. qs em̄ ē



tam durus vt dum recogitat ſanguinē xp̄i
pro ſe tociens effuſum vt in eius amore nō
frengatur et igne ſpūſſancti vratur. Secū
do ſanguis habet mundare vt dixerunt pō
tifices ca pitolij conſtantino leproſo ꝙ ſi la
uaretur in ſanguine puerorum calido et fu
manti mundaretur. Hoc pontifices habu
erunt per reſponſa demonū.qui de ſangui
chriſti dicere intenderunt.ſed pōtifices ma
terialiter intellexerunt. Sic ſanguis chriſti
lauat a lepra peccati .quod ſolus ſanguis
chriſti poteſt abſtergere. Apoca.j. Qui la
uit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo
per quem ſanguinem conſtantinus a lepra
anime et corp oris eſt mundatus.in baptiſ
mo enim ſanguis chriſti operatur. Tercio
ſanguis habet viuificare et conſeruare vi
tam. Vnde quidam phi dixerunt ꝙ anima
erat in ſanguine ſiue ſanguis pro eo ꝙ vita
in ſanguine conſeruatur. Leuiti.xvij. Ania
em̄ omnis carnis in ſanguine eſt.id eſt vita
Sic ſanguis xp̄i dedit nobis vitam gratie.
Tren̄.iij. In vmbra tua viuemus in genti
bus. Alia tranſlatio habet. In ſanguine
tuo viuemus in gentibus. Eph.ij. Cū eſſe
mus mortui in delictis et peccatis noſtris
conuiuificauit nos chriſtus in illo ſcʒ i ſan
guine chriſti. Vnde adhuc omnes gentes
ſuper quas non ſtillat ſanguis xp̄i manent
mortui in delictis ſuis. Et hoc eſt quod ꝑ
prophetam chriſtus dicit. Similis factus
ſum pellicano ſolitudinis.de quo fertur ꝙ
facit pullos ſuos ſub arbore.et dū pro eſca
ſe abſentat venit ſerpens et interficit eos .
pellicanus autem rediēs percutit roſtro la
tus ſuum.de quo ſanguis emanat.quem di
ſtillat ſuper pullos.et ſic eos reducit ad vi
tam.et in tantum debilitatur ꝙ fere morit
Sic chriſtus videns filios ſuos morti tra
ditos ab antiquo ſerpente ſanguinem ſuuʒ
ſuper eos fudit.et ſic eos reuocauit ad vi
tam.ad cuius effuſionem debilitatus ē vſqʒ
ad mortem. Quarto ſanguis habet purifi
care et colorare.quia ſanguis ſe concha de
quo tingitur purpura eſt pulcrioꝛ ſuꝑ om
nes colores rubeos. eſt em̄ purpura qdam
pannus tinctus in ſanguine conche. et eſt

etiam ita rubeus ꝙ videtur flammā ignis
proijcere.quam ſub pena capitis antiquus
nullus poterat induere niſi imperiali predi
tus vel regia dignitate. Vñ nec coccus in
eſt grana de quibus tingitur ſcharletum z
verzenum quod eſt lignum rubeum de quo
tinguntur pāni rubei ſunt aliquid reſpectu
ſanguinis conche. Exemplum de mulieri
bus que accipiunt babacellum. id ē granū
ad colorandum et pulcrificandum faciem.
ſic ſanguis chriſti pulcrificat animā ſuper
omnia. Vnde beata agnes ait. Sanguis.e.
or.ge.meas. Et ideo anima ſuper quā ſtil
lat ſanguis chriſti eſt pulcrioꝛ res de mun
do.et anima ſuper quam non ſtillat eſt tur
piſſima. Et ſic patet ſecundum Tercium
mirabile eſt quia filius dei innominabilis
nominatur. Nomina enim ponuntur ad ex
primendum proprietates rerum.ſed nulluʒ
nomen nec omnia nomina ſimul pñt expri
mere bonitatē z totā proprietatem dei que
enarrari non poteſt.tamen hodie nominat
Vocatum eſt inquit nomen eius ieſus id ē
ſaluatoꝛ. Et hoc valde cōgrue in capite ā
ni impoſitum eſt ei nomen. Romani namqʒ
domini mundi adorabant ſolem et lunam.
et alios planetas. ponentes in eis ſalutem
humanā conſiſtere et ſtatuā ſolis vocabāt
appollinem.ſtatuam vero lune dyanā. ſta
tuam martis martem.et ſic de alijs. Et ab
ipis denominabant omnes dies ſeptimane
vt primam diem ſeptimane a ſole ſcilicet di
em ſolis. Sed creſcente religione chriſtia
na hoc nomen mutatum eſt.et vocatur do
minica.quia in ea dominus natus eſt et cir
cumciſus.et in ea reſurrexit. Secūdam au
tem diem denominabant a luna.ſcilicet di
em lune.et ſic de alijs. Septimum a ſatur
no.ſcilicet diem ſaturni. Sed iudei vocant
ſabbatū.i.requiē.qꝛ deus illo die ab oꝑibꝰ
creatiōis requieuit.i quo ipſos imitamur.ā
num antē ꝯputabāt ſm motū ſol.mſes aūt
ſm motū lune. Et ſic ptēt ꝙ ſm ꝟitatē oīs
dies ē caput āni z ſiliter caput mſ.qꝛ quo
libet die ē ſol i aliquo pūcto i quo nō erit
vſqʒ ad mēſeʒ i ſeqnti lūari.rōni aūt ordia
uerunt ꝙ ianuarius eſſet pmus menſis āni
vocantes eū ianuariū

a ianulo qui fuit rex tuſcie tanq̄ aliq̄d nu-
munis fuerit in eo. Et ſic patet ꝙ ſm copu-
tationem romanorum hodie eſt primus di-
es anni. ſm autem iudeos et multas alias
cognationes non eſt ſic. quia iudei accipiunt
primum diem anni primam lunam aprilis.
Ut ergo christus oſtenderet ꝙ ipſe eſt ſalus
omnium. et ipſe ſolus deberet adorari et ab
ipſo ſolo omnis ſalus deberet peti. voluit in
capite āni vocari ieſus. i. ſaluator. quia ipſe
ſolus ſaluat. vocatum eſt inquit nomē ei⁹
ieſus. O nomen tociens vocatum tociens
expectatum et tam diu deſideratum. ſed ho-
die primo exhibitum et ſaluatori impoſitū.
Dudum eni3 longe erat a peccatoribus ſa-
lus. longe erat ieſus. prope erat dominus
vltionum deus exercituū. Unde dauid ag-
noſcens nomen potentie. poſtulabat nomē
clementie. d. Dic domine anime mee ſalus
tua ego ſum. quaſi dicat. Satis dixiſti ego
ſum dominus. ſatis ſcimus te eſſe dominū.
et ideo abſconde queſo nomen poteſtatis.
et exhibe nomen benignitatis. Fac vt cog-
noſcamus te ieſum. quod hodie impletū ē.
apparuit enim benignitas et hūanitas ſal-
uatoris noſtri dei. quōm vocatū eſt nomen
eius ieſus. O nomē omni honore et reuerē-
tia dignū. Non eſt fratres chariſſimi caſua-
liter inuentum et impoſitū hoc nomē. ſed a
deo nominatū. yſa. lxij. Vocabitur tibi no.
no. quod os do. nominauit. Ab angelo nū-
ciatum. Luce. j. Vocabis nomē eius ieſus
Ab apoſtolis ꝑdicatum. Actuū. iiij. Non
eſt aliud nomen ſub celo datum hominib⁹
in quo oportet nos ſal. fieri. Ab omnibus
creaturis adoratum et inuocatū. Phil. ij.
In nomine ieſu omne ge. fle. ce. ter. et inf.
Vocatū eſt ergo nomen eius ieſus. Utinā
ſciremus exprimere et incorporare nobis
dilectionē huius dulciſſimi nominis. quod
tociens legimus in ſcripturis. quod melos
in ore. iubilus in corde. vt dicit bernardus
Ideo dicit quidam. Jeſu dulcis memoria
dans vera cordis gaudia. Sed ſuper mel et
omnia eius dulcis pñtia. Nil tamē ſuauius
auditur. nil iocundius. nil cogitatur dulci⁹
noſtra eſſe tincta virtutē ſanguinis chriſti ſtillet ſuper eam nihil valet. eo ꝙ nō poteſt nos a peccatis mundare niſi in virtute ſanguinis eius. Hebre. x. Sāguis chriſti emūdauit conſcientiā noſtrā ab operibus mortuis. In cuius figura in veteri teſtamento omnia [illegible] mundabantur in ſanguine. et ſine ſanguinis effuſione non [illegible] vt dicit apl̄s ad hebre. [illegible] debet hoſtia noſtra eſſe deo pl[illegible] hilaritatem. vt libenter ⁊ non cum triſticia ⁊ murmure hoſtiam immolemus. quia hilarē datorem diligit deus. vt dicit apl̄s. ij. cor. ix. Matthei. vi. Cum ieiunatis no. fi. ſicut yp. triſtes. Vel debet eſſe placens deo per rectā intentionem. vt ſoli deo placere [illegible] non hominibus ſicut ypocrite [illegible] to debet eſſe diſcreta. Et hoc eſt [illegible]onabile obſequium veſtrum ſup. ſit per diſcretionē. nec quā omnia perfecta ⁊ fructuoſa reddātur. Bern. i epiſtola ad carthuſien. Demo ſunt ⁊ alia corporis exercicia. ſicut ſunt vigilie ⁊ ieiunia ⁊ alia huiuſmodi. q̄ ſpūalia non impediunt ſed adiuuant ſi cū ratione ⁊ diſcretione fiant. q̄ ſi ex indiſcretiōis vicio ſic agantur vt vel deficiēte ſpū vel languēte corpore ſpūalia impediātur. qui ſic agit corpori ſuo tollit boni operis effectū. ſpūi affectum. proximo exēplum. ⁊ deo honorē. ſacrilegus eſt ⁊ horum omnū in deū reus. Leui. ij. Quicquid obtuleris ſacrificij ſale condies. Tamen cauendum ē ne nimis de ſale ponatur. Quidam enim nimis diſcreti ſunt in tantū vt nihil pene vel doloris velint ſuſtinere. Et ideo bern. ſubiūgit ibidem Iuſtum eſt caput q̄nqꝫ dolere in ſeruicio dei. quod olim ſepe laborauit in vanitate ſeculi. eſurire ventrē vſqꝫ ad rugitū qui ſepe ſuppletus eſt vſqꝫ ad vomitum. ſed modus in omnibus tenendus eſt. Rationabile ex[illegible] veſtrū. Et ſic patet primū. [illegible]mo ordinat apoſtolus ad m ū [illegible] ei conformari nō debeam⁹. dicēs. Et nolite conformari huic ſeculo. et hoc dupliciter. Primo per amorem. quia amantē ſimilat amato vt in illud transformetur. Oſee. ix. Facti ſunt abominabiles ſicut ea que dilexerunt. Sicut eñ calor diſponit cerā vt fiat ſimilis ſigillo impreſſo. ſic amor diſponit animā vt amato ſibi cōiūcto aſſimiletur. Et eſt tanta hec aſſimilatio et conformatio vt amator mundi mundus dicatur Ioh. j. Mundus eum non cognouit. Propter hoc dicit ioh. j. can. ij. ca. Fratres nolite diligere mūdū neqꝫ ea q̄ in mūdo ſūt In mundo ſunt tria vt ibidem dicitur. ſcꝫ concupiſcentia carnis. concupiſcentia oculorum. ⁊ ſuperbia vite. Hec ſunt mundi q̄ mundani diligūt. ſcꝫ diuicie delicie ⁊ honores. que dilectores ſuos perdunt ⁊ derelinquunt ſaltē in morte. Secundo per operationem vt non conformemur actibus mundi. quia mali ſunt. Peccatores ſunt ſimee mundi. quia omnibus actibus mūdi nituntur ſūmopere conformari. Et ideo nō poſſunt eſſe hoſtia dī. In cuius figura in lege mandatum eſt. ꝙ omne animal ambulans ſuper manus vt ſimea ſit immundū. nec de ipſo poſſit fieri ſacrificiū. vt patet Leui. xj. Item ſunt ſicut cameleon qui ad omnē colorem ſibi appoſitū mutatur. Ita peccatores ad omnē impreſſionē mali quam habēt ſiue per auditū ſiue per viſum ſtatim afficiuntur ad illud. ⁊ illud cogitāt ⁊ deſiderant. Ezech. xxiij. Cūqꝫ vidiſſet viros depictos in pariete inſonuit ſuper eos cōcupiſcentia oculorū ſuoꝝ. Et nota ꝙ huic ſeculo nullo mō debemus cōformari cū ſit animal monſtruoſum. Eſt enim illa beſtia quā vidit iohānes in apo. q̄ hēbat. vij. capita ⁊ cornua decē. ⁊ ſuper cornua eius decē dyademata. ⁊ ſuper caput eius nomina blaſphemie. ⁊ ſimilis erat pardo. et pedes eius ſicut pedes vrſi. ⁊ os eius ſicut os leonis. Et habetur apoca. xiij. Peccator q mūdus dicit̄ ē beſtia. q ratione nō vtitur ſicut beſtia dū non cōſiderat finē ſuū. Septē capita ſūt. vij. vicia q̄ pctōri ſine mūdo dn̄ant. vicia ei rgnāt in mūdo ⁊ nō ꝟtutes. tot ei dn̄os hēt pctōr quot vicia in eo regnāt. Ioh. viij. Qui facit peccatū ſeruus ē peccati. Decē cornua ſunt decem tranſgreſſiones decalogi quib⁹ peccator deum impugnat. Decem dyademata [illegible]

ſuper cornua ſignant gloriā quam habent peccatores de ſuis peccatis. prouer. ij. Letantur cū male fecerint ⁊ in re. peſſi. Nota vero blaſphemie ſunt verba quibus peccatores ſe excuſant. ⁊ deum accuſant dicentes omnia eſſe pdeſtinata ⁊ ex neceſſitate venire. Per pardum vero qui eſt varij coloris intelliguntur duplicitatis varietates. quia mundani aliud dicunt ⁊ aliud faciunt. Pedes vero ſimiles habet vrſo. qui ſimiles ſūt in ſibus hūanis. quia mundani habēt opa ſimilia operibus hominum ſed nō ſunt ſed potius ſunt opera beſtiarū. Mundani ſicut vrſus mel cōcupiſcit ⁊ ſequitur ſine freno. ita cōcupiſcunt ⁊ ſequūtur dulcedinem tēporalem vſqȝ ad mortem. Os vero eorum eſt ſicut os leonis fetidum. quia fetet corā deo ⁊ ſanctis eius. ps. xiij. Sepulcrū patēs eſt guttur eorū. Nolite ergo inquit apſus huic ſeculo cōformari ſed reformamini. ſ. per gratiā chriſti qui per peccatū deformati fuiſtis. in nouitate ſenſus veſtri vel mentis veſtre. ſm aliā litteram. non in nouitate carnis ſed mentis. anima enī q̄ ad imaginē dei facta ē. imaginem dei in ſe deformat dū peccat. Eph. iiij. Renouamini ſpū mentis veſtre ⁊ indui. no. ho. ſcȝ chriſtū. Nota ꝙ hec reformatio ſicut reformatio materialis fit quinqȝ modis. Primo per malleationem tribulationum ⁊ perſecutionum. ps. cxxviij. Supra dor. meū fa. peccatores. ſicut reformātur fabrica. Et ideo neceſſari[illegible] ignis ſpūſanctī in corde hominis reformandi. malleare enim ſupra ferrum frigidum vanum eſt. Hiere. v. Nunquid federabitur ferrum ferro ab aquilone. id ē ī frigore aquilonis. Sic fuit reformat⁹ paulus quando dixit actuū. xiiij. Per mul. tri. opor. nos in. re. ce. Secundo per ſubtractionem. ſicut reformantur ſculptilia dum celte eleuantur a lapide. hoc eſt per paupertatem voluntariam. que omnia ſuperflua obijcit ⁊ diſpergit pauperibus. ps. cix. Diſperſit dedit pau. iuſticia eius manet in ſe. ſe. Sic fuit reformatus zacheus qui ait lucē xix. Dn̄e ecce di. bo. m. de pau. ⁊ ſiquem de fraudaui reo. qua. Tercio per addicione eius quod deeſt. Sicut reformantur domus et multa alia. Sic docebat dn̄s reformarī illum cui dixit mar. x. Vnū tibi deeſt. Va. q̄ ha. ven. ⁊ da pau. Hec ergo reformatio et renouatio fit per conſilia. Implens enī p̄cepta. reformatur conſilia ſuperaddendo. Sic reformari ſunt apſi [illegible]. Ecce [illegible] per fuſionē [illegible] no liquescit. ⁊ poſtea fū ditur [illegible] quo formam recipit ſicut campane. Sic oportet ꝙ primo anima liquefiat feruore deuotionis. Canti. v. Anima mea liquefacta eſt. Et poſtea ad formā recipiendam proijciatur quaſi in modulū in aliquem bonum virum cuius formā accipiat [illegible] exemplum. Sic volebat reformari [illegible] quibus dicit ad phil. iij. Imitatores [illegible] ⁊ obſeruate eos qui ita ambulāt ſicut habetis for. no. Sic volebat reformari augu. qui eſtuabat eſtu incredibili quando iuit ad ſimplicianum. vt proferret ſibi quis eſſet aptus modus viuendi ſic affecto vt ipe erat ad ambulandū in via dei in qua aut ſic aut ſic ibat. Propterea petrus dicit prelatis. j. pe. v. Non quaſi dominantes in clero ſed forma facti gregis ex animo. Quinto per appoſitionem decentium colorum. vt reformantur domus dum pingūtur. Duo autem ſunt colores quibus reformari debemus. ſcȝ albedo mundicie. ⁊ rubedo charitatis. Can̄. v. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus. Sequitur. vt probetis que ſit voluntas dei. Ad hoc enim debet fieri iſta reformatio vt probemus interiori ſenſu que ſit. i. q̄ bona ſit voluntas di. Eſt enī bona quo ad declinatiōem a malo beneplacēs quo ad operationē boni qd̄ eſt in precepto. ⁊ perfecta quo ad impletionē boni qd̄ eſt in conſilio. Vel bōa in ſe. eo enī ipo quo deus vult aliquid bonū ē illud. bn̄placens in bene diſpoſitis [illegible] fecta in beatis. Et ſic patet [illegible] cio apſus ordinat nos iterum ad [illegible] cundum aliam partem noſtri. ſcilicet ſecundum intellectum. ne pluſquā deceat ſapiamus dicens. Dico autem. id eſt affirmo et p̄cipio ⁊ ſub obſecraui et monui. Et cur ſ



Reſponſio. plus eſt in fide errare et periculoſius q̄ in hoſtia offerēda vel in deordinatione ad mundum vel in quacunqȝ alia re. Et ideo dico. id eſt precipio per gratiam apſatus mei. que data eſt mihi. nō meis meritis reddita. per quā ſum gentium doctor. et apſs conſtitutus in fide ⁊ veritate. p̄ma corinth. xv. Gratia dei ſum id quod ſum. Precipio inquā om̄ibus qui ſunt int̄ vos id eſt omnibus fidelibus qui vobiſcū ſunt. non plus ſapere q̄ oportet ſapere. prouer. xxv. Sicut qui mel comedit multum nō eſt ei bonum quia inflat. ſic qui perſcrutator ē maieſtatis opprimetur a gloria. Et nota ꝙ aliquis plus ſapit q̄ oportet tripliciter. Primo qn̄ terminos tranſgreditur a patribus conſtitutos in his que fidei ſunt. puta cū noua vult inuenire. vel nouo mō ea q̄ fidei ſunt exponit. Contra qd̄ prouer. xxij. Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui. Secundo qn̄ excedere nititur vires ingenij ſui ⁊ queſtiōes ad quas attingere nō poteſt nititur diſputare ⁊ reuoluere. Contra qd̄ ecci. iij. Altiora te ne queſieris. ⁊ for. te ne ſcruta. fueris. Tercio qn̄ in diſcendis ordinem peruertit prius volens diſcere difficilia quā facilia. Bern̄. Medicus bonus ordinat de cibis. ſi ordinē in cibis ſumendis nō ſerues ipos cibos naturaliter bonos tibi reddes non bonos. quod dicitur d̄ cibis intellige d̄ ſciētijs Hebre. v. Facti eſtis quibus lacte opus ē non ſolido cibo. perfectorū autē eſt ſolidus cibus. qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni et mali. Precipio ergo non plus ſapere q̄ oportet ſapere. ſed ſapere ad ſobrietatē. i. ad modū temperantie vt neqȝ excedas in nimiū neqȝ coarteris in debitū. multa enī ſcire debem⁹ j. corinth. xxiiij. Ignorans ignorabit. Oſee iiij. Quia ſcientiā tu repuliſti ⁊ ego repellā te. Ebrius ⁊ nō ſobrius reputaretur q vellet volare. eodem mō non reputabitur ſobrius qui nititur celeſtia perſcrutari. prouer. xxiij. Prudentie tue pone modum. Similiter qui nollet ſurgere ad comedendum non ſapiens ſed ſtultus ⁊ pigerrimus. diceretur. ſic qui non vult aliqualiter diſcere que ſunt fidei. j. thi. iiij. Attende lectioni exhortationi ⁊ doctrine. hec meditare. in his eſto. ergo quilibet debet velle tantū ſapere ſicut vnicuiqȝ diuiſit deus. i. diuiſim dedit. menſuram fidei. id ē fidem illuſtratā illuſtratione maiori vel minori. ſm enī ꝙ qlibȝ eſt illuſtratus in fide tantū debet velle ſape. Sap. xj. Om̄ia cōſtituiſti in numero. pōdere ⁊ menſura. ⁊ potiſſime gratiarum ſuarū dona. Et ſic patet terciū. Quarto nos ordinat apſs ad proximū. vt vnus alteri ſeruiamus. Et ad hoc inducit quandam ſimilitudinem in corpore hūano. d. Sicut enī in vno corpore multa membra habemus. oia autē membra nō eundem actum habent. ſȝ diuerſis actibus ſibiinuicem ſubminiſtrāt. oculus enim videt pro pedibus ⁊ manibus ⁊ omnibus alijs mēbris. Et lingua loquitur pro omnibus membris. ⁊ ſic de alijs. Ita multi. i. omnes fideles. vnū corpus ſumus in chriſto id eſt per chriſtū. Gratia enī per chriſtū nobis collata nos vnit in corpore miſtico. quod ē eccleſia. Galat. iij. Omnes vos enim vnū eſtis in ieſu chriſto. Singuli autē ſumus vel eſſe debemus mēbra. ita ꝙ alter ſit mēbrum alterius illi ſubminiſtrando ⁊ adiuuando. Eph. iiij. Supportātes inuicem in charitate. Et nota ꝙ hec ſimilitudo colligationis ⁊ ſubminiſtrationis membrorum corporis naturalis ad mēbra eccleſie qua ſibi inuicem debent ſeruire ſupportare ⁊ diligere ſicut membra corporis naturalis. attenditur quantū ad octo. Si de hoc vis predicare require infra dn̄ica. xvij. p⁹ trinitatem in moralitate ſermonis de epſa. Et ſic patet quartum.

Dominica prima poſt octauam epiphanie de euangelio ſermo. xviij.

Nuptie facte ſunt in chana galilee. Iohānis. ij. Quia tēpus inſtitutum ab eccleſia pro celebrādis nuptijs extat pn̄s. ideo hodie in eccleſia euāgelium de nuptijs recitatur. vt qualiter ſe habeant in matrimonijs contrahendis nuptiarum celebratores ſalubriter

inſtruantur. Non enim omni tp̄e poſſum⁹
nuptijs intēdere celebrandis ſm eccl̄ie in
ſtituta. imo ab eadem multa tēpoꝛa terian
tur. Naꝫ ab aduentu dn̄i vſq3 ad octauam
epiphanie incluſiue celebrare nuptias non
debemus. Similiter a ſeptuageſima vſq3 ad
octauas paſ[illegible] etiam incluſiue. ꝛ ſimiliter a
tribus diebꝰ [illegible]te aſcēſionem domini vſq3
octauas p[illegible]tecoſtes. In hoc ergo e[illegible]ge
[illegible] nuptijs ſex ſūmarie continētur. [illegible]
[illegible] deſcribitur conuiuium nuptiale.
in p[illegible]cipio euangelij. Secundo declarant̄
[illegible]onuiuarum perſone. ibi. Et erat mater ie
ſu ibi. Vocatus eſt autem ieſus et diſcipu-
li eius ad nuptias. Tercio ponitur colloq-
um maternale ad filium ibi. Et defi. vi. ait
ad ieſum. Vinum non habēt. Quarto ſub
iungitur matris et filij ad miniſtros conui-
uij imperium ſalutare ibi. Et dicit mater ie
ſu miniſtris. Quinto ab archritriclino qui
guſtauit aquam vinum factā. bonitati vini
aſſeritur ſpēaliter ibi. Vt autem guſtaſſet
archritriclinus aquam vinū factā. ꝛc. Sex-
to inter ſigna ieſu hoc perhibetur initiale.
ſubinfertur inſimul ex miraculo facto bo-
num ſubſecutum fidei ſpēale. ibi. Hoc fe-
cit initium ſignoꝛum in chana galilee.
ꝛc. Et crediderunt in eum diſcipuli eius.
¶ Primo ergo deſcribit̄ cōuiuiū nupciale
qꝛ nuptie facte ſūt in chana galilee. i. i quo
dā vicio ſiue villa ꝓuintie galilee. ¶ Vbi
nota ꝙ quidā dicūt ꝙ ſpōſus iſtaꝝ nuptia-
rū fuit iohā. euā. Sed hoc non eſt ꝓbabile
ſcdm̄ opinionē illoꝝ q dicunt ꝙ iſte nuptie
facte fuerit poſt vocatōꝫ apl'oꝝ inter quos
fuit iohānes. vt ptꝫ mat. iiij. qꝛ nōeſt credi
bile ꝙ poſt vocatōꝫ redierit ad ducēdū vx-
oꝛem qui vſq3 tūc ꝑmanſat virgo. Scdm̄
aūt opinionē illoꝝ qui dicūt ꝙ he nuptie
fuerunt facte ante vocationē apoſtoloꝛum
vel diſcipuloꝛum q̄ cōmunioꝛ eſt credibile
eſt ꝙ iſte nuptie fuerunt iohannis. Et ideo
tanq̄ conſanguineum. vocauit ieſum et diſ-
cipulos ſupple futuros. Et ideo mater ie-
ſu fuerat ibi tanq̄ mater iohānis. quia vt
dicunt erat filius virginis nutricius. Et h̄
eſt. Erat mater ieſu ibi. Vocatus eſt autē
ieſus et diſcipuli eius ſcꝫ futuri ad nuptias
ſm ſecundam opinionē. ſed non futuri uno
p̄ntes ſm pꝛima opinionē. Quicquid autē
ſit credendum ē ꝙ ſponſus vel ſponſa fue-
rit conſanguineus vel conſanguinea virgi-
nis. propter quod vocatus eſt ieſus ꝛ diſci
puli eius. Chꝛiſtus aūt voluit intereſſe nu-
ptijs duplici de cauſa. Pꝛimo vt gloꝛiam
ſuā coꝛā multis manifeſtaret. Secundo vt
nuptias appꝛobaret. cōtra manicheos qui
nuptias damnāt. ipas igitur pꝛobauit p̄ntia
ſua ꝛ miraculo potēne ſue. Et ſic patet pꝛi
mum ꝛ ſecundum. ¶ Sequitur terciuꝫ. Et
deficiente vino. ꝛc. In quo ponitur collo-
quium maternale virginis. que plena viſce
ribus pietatis cōpaſſa eſt verecundie ſpōſi
in defectu vini. Et ait ad ieſum. Vinum nō
habent. ſcꝫ miniſtri ad pꝛopinandum ꝛ con
uiue bibendum. quod fuit ſignū paupertat̄
ſponſi. qui nō potuit vinū ſufficiēs ꝑparare
Vel foꝛte vinū ſufficiens ꝑparauit pꝛo tot
cōuiuis. ſed ieſus venit cū diſcipulis q erāt
pauperes. Hic nota ꝙ loco illius particu-
le ſcꝫ ieſus venit cū diſcipulis qui erāt pau
peres· alij libri habent. Sed pauperes alij
venerunt. Pauperes aūt qn̄ inuitantur ad
bonū pꝛandiū in duplo comedunt et bibūt
tanq̄ eſurientes ꝛ p̄teritā famem reſtaurare
volentes. Hic cadit exēplum marchionis
ferrarie qui dixit ꝙ in capitulo ferrarie ge
nerali ferrarie celebrato biberūt fratres vi
nū pꝛo duobus milibus militū. Hoc etiam
fuit ſignū ꝙ beata virgo de parētela cōiu-
gij erat. qꝛ aliṫ nō de defectu vini curaſſet
qꝛ eiꝰ dfectū ſuū reputauit Dicit ergo ieſꝰ
nō offēſꝰ vl' arguēs vl' coꝛrigēs matrē cuiꝰ
ꝯpaſſio grata fuit ei vt ꝑ effectū patuit. qd
mihi et tibi eſt mulier. Mulier hic ē nomē
ſexus et non molliciei. Ex hoc loco argunt
heretici ꝙ chꝛiſtus. nihil habuit facere cū
virgine ſed tranſiuit ꝑ eā ſicut aqua ꝑ can
nale· Dicunt enim ꝙ attulit coꝛpus de celo
ſed mentiuntur. qꝛ idem iohannis. q hoc di
cit aſſerit ꝙ ibi erat mater iheſu. Duplici-
ter autem hoc verbum exponitur. Vno
modo ſecundum. Chriſ. ſic Quid mihi et
tibi eſt mulier ſcꝫ d defectu vini. Quaſi di-



ceret. Cognitio iſtius defectus nō pertinet
ad me vel ad te. ſed ad illos quoꝛū ſunt nu
ptie. qui debebant ſibi de neceſſarijs pꝛoui
diſſe. dimitte ergo pꝛimo. vt ipi cognoſcant
defectum. et gratia tunc miraculi qd̄ petis
acceptioꝛ erit illis. Et ponit exēplū criſo.
de medico qui ſi ſe vltro offerret egroto nō
multum curaret de ipō. ſed cum multis pꝛe
cibus egroti offert ſe ei. tunc multam reue
rentiam exhibet illi. Et hoc eſt qd̄ ſeqtur.
Nondum venit hoꝛa mea. i. hoꝛa qua ma-
gis gratum ſit et acceptum miraculuꝫ. illis
quibus poſtulas fieri nondum adeſt. qꝛ nō
dum patꝫ defectus vini. Non aūt conditoꝛ
tempoꝛum et hoꝛarum ſubiectꝰ fuit alicui
hoꝛe vt quidam aſtrologi dicunt. imo omi
tempoꝛe eſt hoꝛa ſua operandi quod vult.
vt dicit criſo. Sed tamen ex parte rerum q̄
requirunt determinatum tempus et locum
ac etiam quantū ad homines vna hoꝛa cō
petentioꝛ eſt alia. ſicut hic vtilioꝛ hoꝛa fa-
ciendi miraculum erat poſt recognitionem
defectus vini q̄ ante. Secundum vero au-
guſtinum ſic exponitur. Quid mihi et tibi
mulier ſcꝫ commune. id eſt quid habeo a te
per quod poſſum hoc facere. quaſi di. Tu
petis fieri miraculum quia ſpōſus vel ſpō
ſa attinet tibi ſm carnem ſed ſm carnē quā
a te ſumpſi nō poſſum facere miracula. ſed
miſerias et moꝛtem pati. quod in cruce ap
parebit. tunc enim te matrem meā recogno
ſcam ſm carnem. et in carne quā de te ſūpſi
moꝛiar et crucifigar. et ideo te tunc diſci-
pulo cōmendabo. Et hoc eſt quum ſequitur
Nondum venit hoꝛa mea. i. non eſt tēpus
recognoſcendi quid ex te habeo. ſed erit in
paſſione euangelio pꝛedicato. Nō hoꝛa ne-
ceſſitatis ſed voluntatis ſpōtanee euāgelio
pati et moꝛi diſpoſui. Joh. x. Nemo tollit
animam meam. ſed ego ponam eā. Sic pa-
tet tercium. ¶ Et dicit mater ieſu miniſtris
Ecce quartum. In quo mater et filius ſa
lubriter imperant miniſtris. Et pꝛimo im-
perat mater dicens. Quodcūq3 dixerit vo-
bis facite Ex quo patet ꝙ beata virgo om
nino credebat ꝙ filius ſuus eſſet miraculū
facturus. Et ideo ſecure dixit miniſtris qd̄
tanq̄ dix. vo. ꝛc. Erant autē ibi ſcꝫ in domo
cōuiuij lapidee hydrie. id eſt vaſa lapidea
aquaria. ab hydros quod eſt aqua. ſex poſi
te ſm purificationē iudeoꝛum. Et ideo erāt
poſite ibi vt poſſent purificari immundi ſe
cundum modum iudeoꝛum. vt ſi aliquis de
conuiuis aliquam immundiciā incurriſſet.
ſecundum legem vt ſi tangeret moꝛticinuꝫ
vel aliquod pꝛohibitum lauaretur in eis ꝛ
fieret mundus. Capientes id eſt capere va
lentes ſingule metretas binas vel ternas.
Metreta dicitur a metron quod ē menſura
ſecundum conſuetudinem terre. aliqui eniꝫ
habent maioꝛē aliqui minoꝛē ſm yſidoꝛum
metreta ē decem ſextarioꝛū. ſextarius autē
continet duas libras. Et ſic patet ꝙ erant
magna vaſa que ieſus fecit impleri. Vnde
ait miniſtris. Implete hydrias aqua. Et
impleuerunt eas vſq3 ad ſūmum. Et dixit
eis ieſus iam facta mutatione. Haurite de
hydrijs et ferte architriclino. Secundum
augu. Architriclinus eſt pꝛinceps trium.
oꝛdinū menſarum a ſe altitudine diſtantiū.
Vel ipa domus ſic diſpoſita dicitur archi-
triclinus. Et dicitur ab archos quod ē pꝛi
ceps et clinum domus Hic ſecundū augu.
nō dicitur architriclinus pꝛinceps vel dn̄s
cōuiuij vel domus in qua erat cōuiuiū. ſed
pꝛepoſitus miniſtrātium qui ſcꝫ fuerat cō-
ſtitutus vt oꝛdinaret conuiuium. et etiam
ſeruitoꝛes. Vnde ponit queſtionē criſo. di.
Quare ieſus pꝛecepit ferri vinum archi-
triclino potius q̄ ſponſo vel alicui conui-
ue. Et reſpōdet ꝙ ille cui cōmittitur cura
et oꝛdinatio conuiui. nō comedit vſq3 poſt
alios. et ideo ſalubrioꝛ et diſcretioꝛ ē ad iu
dicandum de vino q̄ conuiue. qui iam ſunt
repleti de cibo et potu. Et ideo iuſſit dn̄s
ferri illi vinū ex aqua factū vt ṽitatē cog-
nitā alijs indicaret. Et tulerūt miniſtri Vt
aūt guſtauit aquā vinū factā. et neſciebat
vn̄ eſſet illud vinū vocauit ſponſū architri
clinus mirās vini bōitatē. qd̄ ſm generalē
oꝛdinē p̄mo debuit ꝓpinari. et dixit eis cre
dēs ꝙ ita fieri p̄cepiſſet. Ois hō p̄rio. i. in
p̄ncipio ꝯuiuij pōit bonū vinū. ſ. i mn̄ſa. ꝛ cū
iebꝛiati fu. i. r̄pleti cibo ꝛ potu tūc pōit illō
qd̄

deterius eſt id eſt minus bonum.quia prop
ter opilationem medie cellule ex vapore vi
ni.bonum vinum nõ poteſt cognoſci et diſ-
cerni. Tu autem ſeruaſti bonũ vinũ vſq3
adhuc.id eſt vſq3 ad finem conuiuij cõtra
generalem conſuetudinem. Et ex hoc patz
q optimum fuit vinum. Vnde criſo. Hoc
generale in omnibus miraculis chriſti q ſẽ
per ad nobilius terminantur q̃ natura poſ
ſit facere. Vnde ſi reſtituit viſum vel audi-
tum vel aliud membrũ melius facit q̃ na-
tura prius fecerat vel facere poſſet. Patz
etiam q hoc vinum fuit rubeum ſicut can
tat eccleſia. Aque rubeſcunt hydrie. quia
ſicut fecit illud vinum melius ita fecit pul
crius. pulcrius eſt autem vinum rubeũ q̃
album. Pulcrius etiam claruit miraculũ
quia ſi album feciſſet crediſiſſent q fuiſſet
aqua aliquantulum rubricata propter pre
cedẽs vinum quod dixiſſent fuiſſe in vaſis
Et ſic patet quartum et quintum ¶ Sexto
quia inter ſigna ieſu hoc phibetur initiale
cum dicitur. Hoc initium ſignorum fecit ie
ſus in chana galilee. Non enim legitur añ
aliquod ſignum feciſſe. Ex quo patet q in
adoleſcentia ſua nullum fecit ſignum. Vel
hoc dicitur primum ſignum publice et ma
nifeſte a ieſu factum. Sed dicitur primum
non ſimpliciter.ſed primum quod fecit i pa
tria illa. Et manifeſtauit gloriam ſuã id ẽ
deitatis ſue potentiam. Et crediderunt in
eum diſcipuli eius futuri ſm quoſdam.ſed
preſentes ſm alios qui tunc credebant. ſed
tunc viſo miraculo magis crediderunt. Et
ſic patet littera.

¶ De triplici matrimonio

¶ Sicut patet in hoc euangelio agitur de
nuptijs ex matrimonio celebratis. Et
ideo ſciendum q triplex eſt matrimonium.
ſc3 carnale inter virum et vxorem. ſpũale
inter animam et deum.ſacramentale inter
filium dei et humanam naturam.ſiue inter
chriſtum et eccleſiam.de quo dicit apl's eph
v. Sacramentum hoc magnum eſt.ego au
tem dico in chriſto et eccleſia. ¶ Primum
ergo eſt matrimonium carnale inter virum
et vxorem.cuius nuptie in pñti deſcribunt

¶ M Circa quod ad preſens conſideran
da octo concurrunt.ſc3 neceſſitas.excellen
tia. varietas.effectus.motiuũ.cõuerſatiuũ.
ſeparatiuum quo ad quid.et ſeparatiuum
ſimpliciter. ¶ Primo ergo conſiderandum
eſt de eius neceſſitate.ẽ enim ſacramentũ
neceſſitatis.ſicut enim baptiſmus eſt ſacra
mentum neceſſarium ad ſalutẽ.iuxta illud
Iohã.iij. Niſi quis rena.fu.ꝛc. ſic matri-
moniũ eſt neceſſarium vniuerſo lic3 non ſit
neceſſarium alicui homini.q2 ſine ipo mũ-
dus deficeret. Et ideo in veteri teſta.erat
in precepto. Geñ.j. Creſcite et mul.et re.
t. Ex quo manifeſte patet q eſt bonum.q2
impoſſibile eſt eſſe malũ illud ſine quo mũ
dus eſſe non põt.et qd̃ deus pcepit fieri

¶ Q Scđo videndum eſt de eius excellẽtia
ꝛ bonitate. Excedit eñ alia ſacramẽta quã
tum ad ſex. Primo q̃tum ad perpetuitatẽ
q2 ante omnia ſacramẽta a pncipio mundi
inſtitutũ eſt et vſq3 ad finẽ mũdi durabit
Secũdo quãtum ad locũ et ad ſtatũ vbi ꝛ
in quo fuit inſtitutũ.q2 in padiſo et in ſta-
tu innocẽtie Alia aũt ſacramẽta i valle hꝰ
miſerie ſunt inſtituta ꝛ in ſtatu corruptõis
et peccati.et vt q̃dam medicine aie languẽ-
tis. vt patet in pabola de ſauciato ꝛ ſama-
ritano. Quere in ſermone.xiij. poſt trinita
tis. Tercio quantum ad ſignificationẽ quia
ſignificat matrimonium vel coniunctionẽ
chriſti cum eccleſia. Eph.v. Sacramẽtum
hoc magnum eſt.ego dico in eccleſia et in
chriſto. Quarto quantum ad nobiliſſimã
virtutem.quam deus excellenter poſuit ibi
ſc3 amorem et charitatem.geñ.ij. Quãob-
rem relin.hõ pa.et ma.et adhe. vxori ſue.
¶ Propterea formauit deus mulierẽ de oſſe
viri. vt fortiter ſicut ſe diligeret eã. Eph.v
Viri debent diligere vxores ſc3 vt corpora
ſua. Quinto quãtum ad deſideriũ naturaleſ
quod non poteſt eſſe malum.quia oñderet
maliciam inſtituentis naturam quod ẽ im-
poſſibile. Omnis autem homo naturaliter
deſiderat matrimonij copulam vt perpetu-
etur in filijs.quia in ſe perpetuus eſſe non
poteſt. Sexto quantum ad honorem quem
chriſtus matrimonio exhibuit. Nam ma-



trem virginem voluit deſponſari cum non
eſſet neceſſe vt de matre deſponſata naſce-
retur.et ad nuptias inuitatus cum diſcipu
lis ſuis iuit.et ipas maieſtatis ſue preſentia
decorauit.et primum miraculum ibi fecit.
propter quod omnes conuiuas letificauit.

¶ T Tercio videndum eſt de eius varie
tate .que attenditur quantum ad quinq3.
Primo quantum ad diſcretionẽ perſonaꝝ
quia a principio mundi vſq3 ad moyſen ſo
lum mater et filia fuit excepte. ne mater cũ
filio vel pater cum filia in matrimonio iũ
gerentur.quod patet per hoc quod dicitur
geñ.ij. Quamobrem relinquet homo pa.ꝛ
ma. Ergo nec filia patrem nec mater filiũ
accipere poterat. Sed per legem moyſi.xvj
perſone ſunt excepte.ſc3 mater et nouerca
ſocrus et nurus.filia et preuigna.ſoror car
nalis.amita et matertera.neptis.ſ.filia fra
tris carnalis et ſororis.aua ſc3 mater pa-
tris vel matris.filia filie.et filia filij. vxor
patrui et auunculi . vxor fratris carnalis.
niſi in caſu ſc3 quãdo frater ſine liberis mo
reretur. Et hec lex in populo dei vſq3 mo-
do durat. Sed gregori.papa ad ſupradicta
addidit, vt amicicia inter fideles longius p
traherentur et latius extenderentur. Et fe
cit ſtatutum vt vſq3 ad quartum gradum
incluſiue non poſſent matrimonium cõtra-
here Primus gradus eſt frater carnalis ꝛ
ſoror. Secundus filij ipſorum Tercius filij
filiorum. Quartus filij nepotum. Et quia
vnus papa poteſt tantum quantum alius.
ideo ſuper illo ſtatuto grego.poteſt aliꝰ pa
pa diſpenſare vt frequenter videmus. In
perſonis autẽ a moyſe exceptis diſpenſare
non poteſt. Secundo quantũ ad pluralita-
tem et vnitatem vxorum. Nam a principio
mundi.vna fuit conceſſa vni. Erũt inquit
duo in carne vna.geñ.ij. Quia vir et vxor
quantum ad actum matrimonij ad equalia
iudicantur.quia vir non habet poteſtatẽ
ſui corporis ſed vxor.et econuerſo. vt dicit
apl's.j.corinth.vij. Sed lamech cepit habe
re plures vxores. vt patet geñ. iiij. Et q2
totus mundus defluxerat ad pluralitatem
vxorum.propter quod genus humanũ ma

gis multiplicabatur.ideo deus permiſit po
pulo ſuo plures vxores habere vt magis
multiplicarentur et creſcerent.et hoc vſq3
ad chriſtum fuit conceſſum.qui eligẽs po
pulum ſpũalem et dimittens carnalem re-
duxit coniugium ad primum ſtatũ. vt eſſet
ſolum vnus vniꝰ vxoris vir. vt magis ſpi
ritui vacaretur.quia vt di.iohã.vj. Spũs
eſt qui viuificat.caro autem nõ prodeſt qc
q̃. Tercio quantũ ad libellum repudij quẽ
licebat dari in veteri teſtamento. vt patet
deutro.xxiiij.non autem in nouo. Mat.xj.
Quod deus coniunxit homo non ſeparat.
Similiter aque amariſſime de quibus ha-
betur nu. v.quas debebat bibere vxor ſu-
ſpecta viro de adulterio modo nec fieri de
bent nec bibi.et vxorem ſuſpectam nõ po-
teſt vir aliquo experimẽto probare. Quar
to quantum ad meritum.quia in veteri te
ſtamento non erat maioris meriti virgini-
tas et continentia vidualis q̃ matrimoniũ
Augu. Celibatus iohãnis baptiſte non pre
fertur nuptijs abrae.tñ enim patriarche ꝛ
prophete matrimonio merebantur quantũ
modo in virginitate et viduitate viuẽtes.
Sed in nouo teſtamento vtraq3 ẽ maioris
meriti q̃ matrimoniũ. Nam ſtatui matri-
moniali redditur fructus triceſimus. vidu-
ali vero ſexageſimus.ſed virginali centeſi-
mus. Matthei.xiij. Dabit fructum. aliud
centeſimum.aliud ſexageſimum.aliud trice
ſimum. Beda. Nunc autem bona ẽ caſtitas
coniugalis.melior continentia vidualis.op
tima perfectio virginalis. Quinto quãtũ
ad preceptum et indulgentiam.quia in ve.
teſta.erat ſub pcepto.geñ.j. Creſcite et mľ.
et re.ter. Modo autem ſub indulgentia ca
dit eius celebratio.et abſtinentia ſub conſi
lio.j.corinth.vij. Bonum eſt hõi mulierẽ
non tangere. Et infra. Propter fornicatio
nem.autem vn.vx.ſ.ha. Hoc autem.dico
ſm indulgentiam et non ſm imperium. Et
infra. De virginibus preceptũ non ha.cõ.
autem do. Et infra. Ego autem parco ſi ſi-
militer nubat. Et infra. Beatior autẽ erit
ſi ſic permanſerit ſm meum conſilium. Vñ
modo pro magno bono conſulitur homini

in virginitate permanere. quia mulier innu
pta et virgo co. que dei ſunt et quõ place
at deo vt ſit ſancta mente et corpore. Que
autem nupta eſt cogitat que mũdi ſũt quõ
pla. viro. vt ibidem dicit apl's. ¶ Quarto
videndum eſt de eo quod efficit coniugium
Et dicendum eſt q̄ conſenſus expreſſius vo
luntarie et non ficte vel coacte per verba
de pñti vel per nutum ſi ſit mut⁹ efficit ma
trimonium. carnis autem copula ipm con
ſũmat. Alia autem que precedunt. vt pro
miſſio de accipiendo ſunt ſponſalia. nec effi
ciunt matrimonium. ſimiliter que comitan
tur. vt miſſio ãnuli. que eſt ſignum matri
monij et inſtrumentum. et omnia alia que
obſeruantur in matrimonio ſunt quedam
ſolennitates matrimonij. et non efficiũt ma
trimonium. Conſenſus autem ille eſt in co
habitatiõem perpetuam. et in copulam car
nalem. ¶ Quinto videndum eſt quid debe
at mouere ad contrahendum. et qualis vx
or debeat queri. ¶ S. Ad quod dicẽdum
eſt q̄ tria debent mouere ad cõtrahendum
ſcʒ proles vt habeãtur filij qui ſancte nu
triantur et efficiantur filij dei. et per cõſe
quens vite eterne. Quia ſi filij et heredes.
Ro. viij. Secundum eſt vt fornicatio vite
tur. prima corinth. vij. Propter for. autem
vn. vx. ſuã ha. et vnaqueqʒ virũ ſuuʒ. quia
melius ẽ nu. q̄ꝫ vri. vt ibidem dicitur. Ter
cium ẽ mutua obſecutio. quia nemo ſibi ſa
tis eſt. geñ. ij. Non eſt bonum homini eſſe
ſolum faciamus ei adiutorium ſibi ſimile.
Ecci. xxxvj. Vbi non eſt mulier ingemiſcit
eger Eſt enim homo animal naturaliter ſo
ciale. Ad ſecundum dicendum q̄ eorũʒ qui
vxores accipiunt quidam ſunt laſciui ꝛ va
ni. et hi in vxoribus non querunt niſi pul
critudinem. Quidam ſunt auari et cupidi.
et hi non querunt niſi diuitias. Quidã ſũt
ſapientes et diſcreti et hi querũt principali
ter vxores bonas. Primi ſtulte faciunt. qa
vt plurimum pulcritudo in muliere pericu
loſa eſt. ¶ Vnde quidam philoſophus.
de hoc querit ſi vir debeat ducere vxorem
turpem aut pulcram. ¶ Et reſpondet.
q̄ pulcra cito adamatur. turpis aũt facile

contemnitur. Difficile eſt autem cuſtodire
quam omnes amant. ſed moleſtum eſt poſſi
dere quam nemo dignatur habere. minori
autem miſeria deformis habetur q̄ꝫ pulcra
ſeruetur. Et ideo nec nimis turpis. nec ni
mis formoſa vxor querẽda eſt. et plus tur
pis q̄ꝫ nimis formoſa. Secundi ſcʒ cupidi
imprudenter agunt. Vnde criſo. Tu iuue
nis quando vxorem ducere vis. noli quere
re diuitem ſed bene morigeratã. quia boni
mores frequenter acquirunt diuicias. diui
tie autem bonos mores nunq̄ꝫ fecerũt. que
rit theofraſtus phs quid ſit melius ducere
vxorem pauperem vel diuitem. Et reſpon
det q̄ pauperem alere difficile eſt. diuitem
ferre tormentũ ẽ. diues ei magnã arrogan
tiã habet in domo. Et iõ vt dicit ſalomon
prouer. xxj. Melius eſt ſedere in angulo do
matis q̄ꝫ cum muliere litigioſa. et in domo
cõmuni. Tercij autem ſcʒ ſapientes optime
faciunt. qui querunt in vxoribus ſapienti
am et bonitatem. quia ſapiens mulier edifi
cat domum ſuam. inſipiens vero extructaʒ
manibus deſtruet. vt dicitur prouer. xiiij.
et ecci. xxvj. Sicut ſol oriens in mundo in
altiſſimis dei. ſic mulieris bone ſpẽs in or
namentum domus ſue. Vnde in quibuſdã
terris eſt cõſuetudo q̄ cereus accenſus po
nitur in manibus ſponſe dum intrat domũ
viri. Et iterum in eodem. xxxvj. Qui poſſi
det mulierem bonam inchoat poſſeſſionem
Vnde in quibuſdam terris ſportarius ple
nus frumento in manibus ſponſe dum in
trat domum traditur quod ipa ſpargit per
domum in ſignum abũdantie. Et ideo ecci.
xxxvj. dicitur. Mulieris bone beatus vir.
Non dixit mulieris diuitis vel pulcre. Ha
bere ergo bonam vxorem eſt donum dei.
prouer. xix. Domus et diuitie dantur a pa
rẽtibus. a domino autem proprie vxor pru
dens. Beatus ergo vir qui inuenit vxoreʒ
bonam. et infeliciſſimus qui accipit malaʒ
Et nota q̄ bonitas puelle cognoſcitur in
moribus. et ſi habet honeſtos et probos pa
rentes et maxime matrem. Criſo. Debet ei
puella eſſe timorata et verecunda. ſine qui
bus parata eſt ad omne malum. ¶ Sexto



videndum eſt quomodo vir ꝛ vxor debent
conuerſari. vt eorum matrimonium ſit deo
acceptum ꝛ fructum triceſimũ mereantur.
¶ S. Ad quod dicendum. q̄ ſex modis de
bent adinuicem conuerſari. prout ex hoc
euangelio colligitur. ¶ Primo debẽt ama
biliter conuerſari vt vnus coniugũ diligat
alterum ſicut ſeipm. Eph. v. Singuli auteʒ
vnuſquiſqʒ ſicut ſeipm ſuam vxorẽ diligat
Et hoc innuitur. quia he nuptie dicuntur
facte in chana galilee. que interp̄tatur zel⁹
zelus autem eſt intenſus amor viri ad mu
lierem. Vnde zelotipus vocatur qui nimis
diligit vxorem. debet autem zelus eſſe tem
peratus. quidam autem nimis excedunt in
zelo vxorum ꝛ ecõuerſo. quidam nimis ſũt
remiſſi nihil zelantes vxores neqʒ vxores
viros. ſed vtrũqʒ eſt malum. Debet etiam
zelus ſiue amor eſſe p̄cordialis ꝛ ſingularis
vt ex corde ſe diligant et nullum aliũ tãtũ.
et hoc ſignatur per ãnulum qui mittitur in
digito ſponſe. qui debet eſſe vnus ꝛ ſingula
ris. et debet mitti in digito quarto. ĩ quo
eſt quedam vena que reſpondet cordi. qui
dam autem multum deficiunt ꝛ a p̄cordia
li ꝛ ſingulari amore vxorum. ꝛ econuerſo
vxores. Secundo debent cõuerſari cum ti
more dei. quia qui ſine timore dei matrimo
nio vtuntur et cõmiſcentur vt inſenſata iu
menta. dyabolus habet poteſtatem ſup̄ eos
ꝛ eorum matrimonium non eſt ad ſalutem
ſed ad perniciem vt angelus thobie iuniori
dixit. vt patet in ſeptem viris quos omnes
dyabolus interfecit. vt patet thobie. iij. Et
ideo multum timere debent ſponſe facere
molias ꝛ facturas ꝛ alia que matrimonio
aduerſantur. ꝛ maxime deo diſplicent. quia
per hoc dyabolus accipit poteſtatẽ ſup̄ eoſ
Et hoc innuitur q̄ erat ibi mater ieſu ſcʒ
ſalutis. mater ſalutis eſt timor dei. Tercio
debent cõuerſari ſalubriter vt vnus iuuet
alterum ꝛ confortet ad ſalutem. qd̄ oſtẽdit
apl's. j. corinth. vij. d. Sanctificatus eſt em̄
vir infidelis per mulierem fidelem. ꝛ ſanc
tificata eſt mulier infidelis per virũ fidelẽ.
Sicut enim vnus iuuat aliũ in corporali
bus. ita debet iuuare in ſpũalibus. ve ergo

illis que ſunt cauſa perditionis virorum ꝛ
ipos iuuant perdere. Et hoc innuitur per
hoc q̄ ibi fuit ieſus. id eſt ſalus. Quarto
debent conuerſari cõcorditer vt vnus con
cordet cum altero in bono. Ecci. xxv. In
tribus beneplacitum eſt ſpũi meo que ſunt
probata coram deo ꝛ hominibus. cõcordia
fratrum. amor proximorum. ꝛ vir ꝛ vxor
ſibi bene conſentientes. Et nota q̄ dicit bñ
conſentientes. quia in nullo malo vnus de
bet alteri conſentire. Hoc notatur p̄ hoc
q̄ ibi fuerũt diſcipuli ieſu. quibus erat vnũ
cor ꝛ anima vna in domino. vt dicit actuũ
iiij. Si ergo litigioſe viuant magna pẽa eſt
prouer. xix. Tecta iugiter perſtillantia liti
gioſa mulier. Quinto debent cõuerſari pa
tienter vt vnus eorum ſupportet defectum
alterius ꝛ patienter toleret. Eph. iiij. Sup
portantes inuicem in charitate. Galat. vj
Alter alterius onera portate et ſic adimple
bitis legem chriſti. Vnde d̄ ſocrate legitur
q̄ due vxores eius ſemel irate ꝛ valde con
citate verberauerunt eum. ꝛ ipe egrediens
domum ſedit extra iuxta murum domus. ꝛ
vxores proiecerũt aquam putridam ſuper
eum. qui ait. ſciebam q̄ poſt tonitrua debe
bat ſequi pluuia ꝛ abſceſſit. Multi em̄ val
de defectuoſi ſunt ꝛ tamen modicũ defectũ
vxorum tolerare non poſſunt. Et nota q̄
mulier eſt formata de coſta pectoris viri ꝛ
non de pede. quia non debet ſuppeditari vt
famula ſed teneri vt ſocia. Et maxime con
iugibus eſt virtus patiẽtie neceſſaria. quia
matrimonium multa incomoda ꝛ aduerſa
circũſtant. j. corinth. vij. Tribulationem tñ
carnis habebunt huiuſmodi. ſcʒ coniuges.
In cuius ſignum in quibuſdam terris ſcu
tum portatur ante ſponſam quando vadit
ad virum. ꝛ vir collaphis cepitur quando
ſubarrat ſponſam. Et hoc innuitur q̄ in ꝯ
uiuio defecit vinum. ꝛ coniuges patienter
tulerunt nec murmuraſſe leguntur. Multi
ſtatim murmurant propter quẽcunqʒ defe
ctum. ꝛ maledicunt illi qui matrimonium
procurauit. Contra quos ſap. j. Cuſtodite
vos a murmuratione q̃ nihil prodeſt. Sex
to debent cõuerſare honeſte ꝛ caſte vt eoꝝ

concupiſcētia tota infra clauſtra matrimo
nij reſtringatur. ⁊ ſeipis ſint contenti . nec
alios nec alias concupiſcant. Debent etiā
boneſte ſeipis vti ⁊ ſolum naturali modo.
j.corinth.vij. Vir vxori debitum reddat .
⁊ ſimiliter vxor viro. ⁊ nolite fraudare in-
uicem. niſi ex conſenſu forte vt vacetis orā
tioni. Non enim in omni tempore debēt cō
miſceri. ſed in ſolennitatibus debent orōnī
vacare. Hoc innuitur per hoc ꝙ aqua in
vinum conuerſa eſt. Tunc in matrimonio
aqua que eſt fluxibilis in vinum quod ē re
ſtrictiuum conuertitur. quando cōcupiſcen
tia carnis que valde fluxibilis eſt reſtringi
tur ⁊ intra clauſtra matrimonij coartatur
vt ſolum ad inuicem ⁊ nulli alij velint pe-
nitus cōmiſceri. ¶ Septimo videndum eſt
de ſeparatione coniugum quantum ad tho
rum ⁊ cohabitationem. ¶ H . Et dicendū
ꝙ talis ſeparatio duobus modis fieri con-
tingit. Primo ex vtriuſq; conſenſu. vt qñ
vnus vel ambo conſentiunt penitentiā age
re ⁊ aliquam religionē intrant. vt dicit apo
ſtolus. j.corinth.vij. Niſi inquit ex conſenſu
vt vacetis orationi. Secundo ex culpa vni
us eorum. vt quando alter eorū fornicatus
eſt. ⁊ poteſt probari. tunc enim reliquus cō
iugum poteſt ab eo ſeparari. Si autē am-
bo fornicati ſunt non poſſunt ab inuicē ſe-
parari. quia quilibet eſt in culpa. nec vnus
contra alium habet ius querele. hoc idem
accidit in fornicatione ſpūali. que cōmittit
recedendo a fide. vt ſi alter coniugum effi-
ciatur hereticus. quia tunc poteſtatē ſuper
vxorem perdit. ⁊ econuerſo. ¶ Octauo vi
dendum eſt de totali coniugū ſeparatione.
ita ꝙ vterq; non poſſit alteri copulari ¶ K
¶ Et dicendum ꝙ tale diuorcium poteſt i
duodecim caſibus celebrari. qui in his ver
ſibus continentur. Error conditio . votum
cognatio crimen. Cultus diſparitas. vis. or
do. ligamen honeſtas. Si ſis affinis. ſi forte
coire nequibis. Hec dirimunt facta ⁊ im-
pediunt facienda. Primus ergo caſus eſt
error perſone. vt ſi conſenſi accipere filiam
petri iuniorem. ⁊ ipſe dedit maiorem. ſicut fe
cit laban iacob. vnde iacob de mā e cognita

veritate poterat dimittere liā. propter ſcan
dalum autem bonum eſt facere ſicut iacob
Secundus caſus eſt error conditionis. qñ
ſcz vxor creditur eſſe libera . ⁊ eſt ſerua. et
econuerſo de viro. ſed error qualitatis vel
fortune non impedit. vt quando credit eſſe
virgo vel ſapiens . vel ſana . vel diues. vel
huiuſmodi. ⁊ hoc non eſt. ⁊ ſimile ē ƀ viro
Tercius caſus eſt votum ſolemne. quod p
ſuſceptionem ſacri ordinis. vel per ingreſſi
onem religionis ſolenniſatur. ſed votū ſim-
plex licet impediat contrahendum . tamen
non dirimit contractum. non tamen poteſt
debitum petere licet poſſit reddere. q huius-
modi ſimplex votum fecit. Quartus caſus
eſt cognatio ſpūalis que contrahitur i ba-
ptiſmo ⁊ confirmatione. vt quādo tenes fi
liam alicuius ad baptiſmum vel cōfirma-
tionem. tunc illam tu non potes accipere .
nec aliquis filiorum tuorum. et ſi ſit maſcu
lus quem tenuiſti non poteſt accipere ali-
quam filiarum tuarum. ⁊ ſimile eſt de cog-
natione legali. ſcz de filijs adoptiuis. Qui-
tus caſus eſt crimen. puta quando vir an-
teq; eſſet ſua vxor. ſed vxor alterius. promi
ſit ꝙ ſi moreretur vir eius acciperet eam in
vxorem vt fornicaretur cū ea. ⁊ poſtea for
nicatus eſt cum ea ⁊ maxime ſi vnus vel ā
bo poſtea machinati ſunt in mortem viri ꝑ
oris. vel vxoris mechi. Sextus ē diſparitas
cultus. quia inter chriſtianum ⁊ quācunq;
aliam non baptiſatam non poteſt eſſe cōiu-
gium. cum baptiſmus ſit ianua ſacramētorum
Et ſimiliter ſi aliquis infidelis conuertatur
ad fidem ⁊ vxor nollet cōuerti. poteſt acci
pere aliam vxorem. ⁊ ſimiliter eſt de vxore
quia non eſt conuentio lucis ad tenebras.
neq; chriſti ad belial. vt dicit apſus. ij. cor
vj. Septimus caſus eſt vis. vt qñ aliquis
timore coactus accipit aliquam ſi ei poſtea
quando eſt in tuto non conſentit. poteſt di
mittere eam. quia matrimonia debent eſſe
libera. Octauus caſus eſt ſacer ordo apud
latinos tm̄ ſed non apud grecos. Nonus ca
ſus eſt ligamen alicuius religionis qui per
obedientiam ē ligatus. Decimus ē iuſticia
publice honeſtatis que contrahitur in ſpō



ſalibus. quia puella deſponſata vni per ver
ba de futuro nunq; poteſt nubere alicui de
parentela illius vſq; ad quartā generatio-
nem incluſiue ſi contingat illū mori vel aliter
impediri vt non accipiat eam. ⁊ econuerſo
de viro. Vndecimus caſus eſt affinitas ſi-
ue parentela vſq; ad quartam generatiōez
incluſiue. Duodecimus caſus eſt impotētia
coitus. vnde quando vir propter maleficiū
vel propter frigiditatem vel propter quod
cūq; aliud impedimentum non poteſt cum
vxore coire . tunc enim poſſunt ſeparari ſi
volunt. Poſſumus autem addere vnū aliū
caſum qui eſt mors que matrimonium ſe-
parat. Si enim reſurgeret non teneretur al
ter reaccipere illam. Et ſic patet de matri-
monio carnali. ¶ Secundum eſt matrimo
nium ſpūale inter deum ⁊ fidelem animam
quod celebratur in baptiſmi collatione. tūc
enim anima abrenunciat dyabolo ⁊ pōpis
eius. ⁊ fidei ānulo ſubarratur. quia deo ⁊ i
deum ſe credere profitetur. ⁊ veſte polimi-
ta ⁊ talari ſcz virtutum ⁊ donorum ſpiri-
tusſancti que veſtis nuptialis a chriſto di-
citur. matth. xxij. induitur ⁊ ornatur Vnde
beata agnes ait. Anulo ſuo ſubarrauit me
⁊ immenſis mo. or. me. Oſee. ij. Sponſabo
te mihi in fide. Et tunc deus inſeparabiliter
per gratiam eidem coniungitur donec ſpō-
ſo fidem ſponſa ſeruat. vnde inuitus. ab ea
ſeparatur. Hoc matrimonium per peniten
tiam recōiungitur ⁊ reficitur ſi fuerit per
fornicationem cum dyabolo que in omni
peccato mortali cōmittitur per diuorcium
ſeparatum. Oſee. ij. Sponſabo te mihi i iu
ſticia ⁊ iudicio. i. in penitētia in qua homo
facit opera iuſticie. ⁊ ſeipm̄ iudicat vt a do
mino non iudicetur. Hiere. iij. Tu fornica
ta es cum amatoribus multis tamen reuer
tere ⁊ ego ſuſcipiam te. Idem. xxxj. In ca
ritate perpe. di. te ⁊ ideo attra. t. mi. Nunq;
enim anima rediret ad deum niſi traheretur
ab eo. Ioh. vj. Nemo poteſt venire ad me
niſi pater meus traxerit eū. Hoc matrimo
nium in religionis aſſumptione perficitur.
in qua anima ſpūalius dō cōiungitur ⁊ ma
gis obligatur eidem. Sicut eñ in matrimo

nio carnali mulier relinquit patriā ⁊ parē
tes ⁊ totam ſpem ſuam ponit in viro. ſic in
ingreſſu religionis homo relinquit patriā
⁊ parentes ⁊ totum mundum. ⁊ ad deum ꝯ
fugit. ⁊ ſub eius ſpe ⁊ protectione in poſte-
rum viuit. Hiere. xvij. Benedictus vir q
confidit in domino ⁊ erit dominus fiducia
eius. Item ſicut ſponſa dum vadit ad virū
induit nouas veſtes. ſic intrans religionem
induit nouum veſtimentorum genus. quod
ad humilitatis ⁊ penitētie indicium ſancti
patres ſanxerunt. Item ſicut ſponſa ſtat ƀ
inceps ſub precepto viri ⁊ quicquid habet
poſſidet cōmune cum viro ⁊ ab omni alio
homine continentiam promittit. ſic intrans
religionem promittit obedientiam prelato
loco dei. ⁊ nihil poteſt deinceps proprium
poſſidere. Debet etiam mācre in perpetua
caſtitate. In his tribus obedientia. abrenū
ciatione proprij ⁊ caſtitate perpetua hoc
matrimonium ſubſtantialiter conſiſtit. Et
ſic patet ꝙ hoc matrimonium celebratur i
baptiſmo. reparatur in penitentia. ⁊ perfici
tur in religione. ¶ Y . Et nota ꝙ in matri
monio ſpūali debent tria bona ſicut in car
nali matrimonio inueniri que ſunt fides. p
les. ⁊ ſacramentum. Fides vt anima fidem
ſeruet deo quā in baptiſmo promiſit. ⁊ nūq;
per peccatum mortale cum dyabolo forni-
cetur. qđ non facit anima peccatoris. yſa.
lvij. Iuxta me diſcooperuiſti te. ⁊ ſuſcepi-
ſti adulterū. Item debet ibi eſſe proles bo-
norum operum que ſunt filij anime. yſaie.
xxviij. A facie tua dñe cōcepimus ⁊ quaſi
parturiuimus ⁊ peperimus ſpūm id ē bona
ſpūalia. Item debet ibi eſſe ſacramentum
vt nunq; a deo ſeparetur. Oſee. ij. Spōſa-
bo te mihi in ſempiternum. Ioh. xv. Ma-
nete in me. quia ſiquis in me non manſerit
mittetur foras. Et nota ꝙ hoc matrimoni
um ſpūale celebratur in chana galilee. id ē
in zelo tranſmigrationis. cum de vicijs ad
virtutes ⁊ de mundo ad celum tranſit. tūc
enim anima deo coniungitur tanq; ſponſa.
¶ Z . Item in hoc matrimonio eſt ieſus.
id eſt ſalus anime ⁊ vite. In nullo autem
alio contubernio inuenitur ſalus niſi in ma

trimonio ⁊ coniunctione anime ad deum.⁊
omnia ſalutifera ad hanc ſalutē ordinant.
propter hoc enim factus eſt mundus. fac-
tus eſt homo.⁊ facta ſunt omnia. Johā.j.
Omnia propter ipm facta ſunt et ſ.⁊c.id ē
propter ſalutem que in ipo conſiſtit.q2 ipſe
eſt initium ⁊ principium omnium. Jeſus
enim ſaluator ⁊ ſalus interpretatur. Item
ibi eſt mater ieſu id eſt mater ſalutis.ſcilicꝫ
timor dei caſtus ⁊ ſanctus per quem homo
declinat a malo ⁊ facit bonum. De primo
prouer.xv. In timore domini declinet ois
a malo.De ſecundo eccl.xv.Qui ti.de.fa.
bo.Et ideo qui ſine timore ē iuſtificari nō
poterit.vt dicitur in eodem primo capitlo
Recte ergo timor dicitur mater ſalutis.q2
peccatum excludit.⁊ bonum operaẗ in quo
ſalus conſiſtit.Item ſunt ibi duodecim diſ-
cipuli.id eſt.xij.virtutes que fuerūt in diſ-
cipulis ieſu. Nam primo eſt ibi fides apo-
ſtolica que perfecte in aplis fuit.math.xvj
Tu es chriſtus filius dei viui dixit petrus
ſimiliter omnes dixerunt. Hoc enim matri
monium in fide celebratur vt dictum eſt.
Secundo eſt ibi ſpes apoſtolica. Johā.vj.
Domine ad quē ibimus.quaſi diceret.ſpes
noſtra in te eſt. Sic anima deo coniuncta
totam ſpem ſuam ponit in deum.ſi ipm ſeq
tur puro corde.ps. In te dñe ſpe.nō cōfu.
ine.Tercio eſt ibi charitas apoſtolica. Jo
hā.xj.Eamus ⁊ nos vt mori.cuꝫ ipo. Sic
anima deo deſponſata ſuper omnia diligit
deum.⁊ omnia diligit propter ipm.ſicut ſpō
ſa diligit virum ⁊ omnes cōſanguineos vi-
ri.Quarto eſt ibi obediencia prompta que
fuit inter aplos.quia ſtatim ad vnius voc
chriſti iuſſionem ſecuti ſunt eum. vt patet
matthei.iiij.Sic anima deo copulata obe-
dit omnibus preceptis dei. ſicut bona vxor
viro.Luce.vij.Dico huic vade ⁊ vadit.et
ſeruo meo fac hoc ⁊ facit. Quinto eſt ibi
eleuatio mentis a terrenis.⁊ conuerſatio ce
leſtis.que fuit in apoſtolis. Phil.Conuer
ſatio noſtra in ce.ē.Sic anima deo deſpon
ſata habitat in celeſtibus vbi ē ſponſus ſu
us.quia vt dicit augu.Anima eſt poti⁹ vbi
amat q̄ꝫ vbi animat.Quia ergo ſpōſus ſu⁹

quem ſuper omnia diligit eſt in celo. ideo
ipa per ſpmſanctum eleuatur ad celū.ezech
iij.Eleuauit me ſpūs inter celum ⁊ terram
Sexto ibi eſt plena iuſticia per quam aplī
omnibus que ſua ſunt reddiderunt.deo ho
norem.ſibiipis ſanctitatem.⁊ proximo obſe
quiū ⁊ bonam voluntatem.Sic anima deo
coniuncta reddit deo que dei ſunt .⁊ ceſarī
que ſunt ceſaris.Ro.xiij.Reddite omibus
debita.cui tributum tributuꝫ.cui vectigal
vectigal.cui honorem honorem.Si enim ī
ueniretur a ſponſo debitis obligata nō tra
duceret eam. Septimo eſt ibi abundantia
ſpūs que fuit in aplis.Actuum.ij.Repleti
ſunt omnes ſpūſancto.Sic anima deo con
iuncta ex quo ſcit ſponſum ſuum ſpūm eſſe
iuxta illud iohā.iiij.Spūs eſt deus.nititur
quantum poteſt ſpūaliter viuere.⁊ in ſpūm
transformari.⁊ ſpūalibus abundare.Debꝫ
etiam matrimonium ſpūale ſicut ⁊ carnale
in abundantia celebrari.galath.v. Spū ā.
⁊ deſi.car.nō perſi.Octauo eſt ibi fortitu-
do ſiue patientia firma que fuit in apoſtol.
Luce.x.Ecce ego mitto vos ſicut oues in
medio luporū.In eodem.xxj.In patiētia
vra poſſidebitis animas veſtras. Sic ania
deo cōiuncta propter nulla aduerſa q̄ ſpon-
ſus permittit ei euenire ſeparaẗ ab eo.Ro.
viij.Quid nos ſeparabit a charitate xpi.
quaſi diceret nihil. imo reputat ſe beatam
ſi pro amore ſponſi patiatur aliquid aduer-
ſi.Actuū.v.Ibant apo.gau.a conſpe.con.
quōm digni ha.ſunt pro no.ie.contu. pati.
Nono eſt ibi edificatio proximorū que fuit
in apoſtolis.Matth.v.Vos eſtis lux mū-
di.Sic anima deo coniuncta propter amo-
rem ſponſi edificat verbo ⁊ exemplo.vt ꝓ-
pter ipa ab omibus ametur.Ro.xij.Pro
uidentes bona non tm̄ coram deo ſed etiaꝫ
coram ho.j.thi.iiij.Exemplum eſto fideliū
in verbo .in conuerſatione.in charitate.in
fide.in caſtitate.Decimo ē ibi victoria ple
na de inimicis que fuit in apoſtolis.Lu.x.
Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo diſci.d
Domine etiam demonia ſubijciunẗ nobis ī
nomine tuo. Sic anima ſponſa dei omnes
perſuaſiones dyaboli ſuperat reſiſtēdo.qh⁹



ei perſuadet vt per peccatum mortale ſecū
fornicetur. Jaco.iiij.Reſiſtite dyabolo et
fu.a vo.Vincit enim mundum ipm odien-
do ⁊ fugiendo.quia ſponſum ſuum chriſtū
occidit.vincit etiam carne ipam macerādo
et domando.quia a deo ſpōſo ſuo ipa retra
here nititur.j. corinth.ix. Caſtigo corpus
meum ⁊ in ſer.redigo.Vndecimo eſt ibi cō
cordia et vnitas animorum que fuit ī apo-
ſtolis.Actuū.iiij.Erat illis cor vnū et ani
ma vna in domino.Sic anima ſponſa dei
vnum eſt cum deo et habet cum ipo idem
velle et idem nolle.Et ideo omnia mādata
eius implet.ps.Ad omnia mā.t.diri.j.cor.
vj.Qui adheret deo vnus ſpūs eſt. Duo-
decimo eſt ibi cōmunio rerum ſicut ī aplis
fuit.quibus erant omnia cōmunia.et diſtri
buebatur vnicuiqꝫ prout opus erat.vt di-
citur actuū.ij.Sic anima ſpōſa chriſti ois
habet cōmunia cum deo.Et ideo petētib⁹
ſe ex parte dei bona ſua largitur que ipe in
perſona illorum ſe recipere profiteẗ.math.
xxv.Quod vni ex mi.me.fe.mihi feciſtis.
¶ In hoc matrimonio debet anima ſpon-
ſa chriſti habere hydrias aque id ē lachry-
mas oculorum et cordis.vt in eis ſepe la-
uetur ne ſponſo turpis appareat.iiij. regū
v.Vade et la.ſep.in ior.ps. Lauabo p.ſin.
no.lc.me.⁊c.Sic lauit ſe magdalena et pe-
trus.Et ideo ſponſo innumerabiliter pla-
cuerunt.Aque iſtius matrimonij id eſt ad-
uerſa et tribulationes et triſticia q̄ in hoc
matrimonio contigerint conuertentur ī vi
num optimum gaudij et conſolatiōis. Jo
hā.xvj.Triſticia veſtra verteẗ in gaudiū.
ps.v.Tranſiuimus per ignem et aquam et
eduxiſti nos in refrigerium.Et ſic patet de
matrimonio ſpūali.¶ Tercium eſt matri-
monium ſacramētale inter filium dei et hu
manam naturam.quod fuit initiatum ī pa
triarchis et prophetis quando deus iura-
uit abraam et dauid ꝙ de ſemine ipoꝝ car
nem ſumeret.ps.cxxxj.Jurauit dom.da.⁊
non fru.eū de fru.vē.t.po.ſup ſe.t. Tunc
fuere iſtius matrimonij ſponſalia celebrata
Fuit autem ratificatum in gabrielis arch-
angeli miſſione. tunc enim ratū et acceptū

eſt factum tam ex parte dei ad conſūmādū
matrimonium angelum mittentis q̄ꝫ ex pte
virginis que vices humāe nature gerebat
conſentientis.Conſumatum vero fuit dum
filius dei humanam naturam id eſt animā
et carnem in vtero virginali tanq̄ꝫ in tha-
lamo in vnitate perſone ſibi vniuit et co-
pulauit.vt eſſent duo in carne vna.id eſt di
uina et humana natura in vna perſona fi-
lij dei. Sicut in matrimonio carnali ſunt
in cruce ſuper corpus ſuum. pro iuſta ſatiſ
factione hominis. Sexto apparet magna
temperantia deitatis chriſti ſm̃ quam xp̃s
etiam in cruce fuit beatus. et tamẽ ita frue
batur beatitudine ꝙ ſm̃ humanitatem ma
xime patiebatur. et ita patiebatur ꝙ ſemp
erat beatus. Ecci. xj. In die bonorum ne ĩ
memor ſis malorum et ecõuerſo. Septimo
apparet maxima fortitudo ex parte huma
nitatis chriſti. quia omnia aduerſa patiẽter
ſuſtinuit nec in omnibus ẽ cõmota. yſa. liij.
Tanq̃ ouis ad occiſionem ducetur. Hanc
nauem chriſtus aſcendit in morte vt trãſi/
ret de hoc mũdo ad patrem. In hac naue

ſcȝ cruce chriſtus pendēs mirabilia docuit.
De quibus ſi vis predicare require in diu-
ea quinta poſt trinitatis.in ſecundo mem-
bro euangelij. Per hanc nauem ſcȝ crucē
penitentia deſignatur. Luce.xij. Qui non
baiulat crucem ſuam.id eſt penitentiam.et
ſequitur me non poteſt meus eſſe diſcipulꝰ.
quia ſicut in cruce homo mortificatur ⁊ li.
gatur.ſic in penitentia mortificantur mem
bra ⁊ concupiſcentia mala ligatur.gala.ij.
Chriſto confixus ſum cruci.Crux ergo eſt
nauis penitentie. ¶ M. Deſignatur ergo
penitentia per nauem propter quinqȝ rati-
[illegible]es quas require infra in do.xix.poſt tri-
nitatis.in primo membro euangelij. Hec
nauis patitur magnam tempeſtatē ex ven-
tis ſicut hic innuitur. Nam quattuor vēti
contra eā fortiter flant.de quibus dañ.vij.
Ecce quattuor venti pugnabant in mari.
Contra quos deus ordinauit ⁊ fecit quat-
tuor virtutes.tanq̄ȝ quattuor anchoras vt
nauem penitentie contra omnem ventū ſta
bilirent.que ſunt iuſticia.prudentia.tempe
rantia ⁊ fortitudo. Primus eſt ventus ori
ens qui ſignat natalem ⁊ progeniē homis.
que maxime penitentie contrariatur.prop-
ter quod dictum eſt abrae geñ.xij. Egrede-
re de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de do
mo patris tui. Unde ⁊ chriſtus ait. Siqs
venit adme ⁊ nō odit pa.ſu.⁊ ma. ſuā non
poteſt meus eſſe diſcipulus. Luce.xiiij. qa
inimici hominis domeſtici eius vt ipe xp̄us
dicit matthei.x. Contra hunc eſt anchora
iuſticie.quia iuſtum eſt ſubditum eſſe deo
magis q̄ȝ parentibus. Deus autem mandat
penitentiam agere.matthei.iij. Penitētiā
agite appropinquabit eñ reg.ce. Secūdus
eſt ventus occidens. qui ſignat mortem et
defectū carnis.que quottidie tendit ad oc-
caſum.quam quidam longe eſſe credentes
differunt penitentiam agere. Soph.ij. Vox
cantantis in feneſtra ⁊ coruus in ſuperlimi
nari. Qui ventus multos ſubmerſit.⁊ hoc
eſt peſſimū.quia hic ventus ſcȝ cōſideratio
mortis ſuper omnia deberet impellere na-
uem penitentie. Sicut fuit impulſus quidā
magiſter qui aſcendens cathedram dixit.

Linquo coax ranis cra coruis.vanaqȝ va
nis. Ad logicam pergo q̄ mortis non timet
ergo. Contra hunc eſt anchora prudentie.
que habet conſiderare finē. Ecci.vij. Me-
morare no.tua ⁊ i.e.nō pec. Tercius ē vē
tus meridionalis qui ſignat proſpera mun-
di in quibus penitentia diſſoluitur. Hiere.
xxxj. Uſquequo diſſolueris filia vaga. qa
vt dicitur Job.xxviij. Non inuenitur i ter
ra ſuauiter viuentium ſcȝ penitentia. Con
tra hunc eſt anchora temperantie. cuius ē
bona mundi temperate recipere.ſiue hono
res ſiue delitias ſiue diuitias.j.corinth.vij.
Qui gaudent tanq̄ȝ non gau.⁊ qui emunt
tanq̄ȝ non poſſidentes. et qui vtuntur hoc
mundo.tanq̄ȝ non vtentes ſint.p̄s. Diuitie
ſi affluant nolite cor apponere. Quartus ē
vētus aqlonis qui ſignat aduerſa. Hiere.j
Ab aquilone pandetur omne malum.quia
ſicut a calore charitatis oritur omne bonū
ita a frigore iniquitatis omne malum. In
aduerſis autem penitens per impatientiam
frangitur.⁊ blaſphemat murmurat ⁊ ma-
ledicit. In cuius perſona dicitur Job.iij.
Maledictus vir qui ānunciauit patri meo
dicens.natus eſt tibi puer maſculus. Con-
tra hunc eſt anchora fortitudinis. que oīa
mala patienter tolerat.dicens illud Job.j
Dñs dedit dñs abſtulit .ſic dño placuit ita
factū eſt ſit nomen dñi benedi: tū. Quantū
ad predicta duo dicitur in p̄s. Cadēt a late
re tuo mille.id eſt ab aduerſis que nō direc
tē ſed ex latere veniunt.⁊ decē milia a dex-
tris tuis.i.a proſperis que per dexteram de
ſignantur.quia facit peius penitere proſpe
ritas q̄ȝ aduerſitas. Filij iſrael fuerūt diſſo
luti in maxima quantitate qñ in deſerto ha
buerunt in māna panem angelorū. ⁊ diſci-
puli chriſti fuerunt tempore paſſiōis frac-
ti in aduerſitate. Dauid in tp̄e aduerſitatis
ſanctum ſe conſeruauit.⁊ tp̄e proſperitatis
turpiter deliquit. Cum igitur iſta nauis ita
fortiter impellatur a ventis. nihil reſtat ni
ſi vt deuote clamemus dicentes. dñe ſalua
nos perimus.ſicut apoſtoli fecerūt.⁊ tenea
mus ſupradictas anchoras firmas. Et tūc
chriſtus imperabit vētis ⁊ fiet trāquillitas



magna.j.corinth.x. Fidelis deꝰ qui nō pa.
vos tēp.ſu.id qd̄ po.ſed fa.cū tēp.etiā pro
uen.vt poſ.ſup. Et ſic patet primum. ¶ S
¶ Circa ſecundum nota q̄ per mare p̄ns
ſeculum deſignatur multiplici ratiōe. Pri
mo ratiōe motionis ⁊ inſtabilitatis. Nam
mare nunq̄ȝ quieſcit .ſed fluctuat ⁊ eleuat
⁊ deprimitur. Sic mundus nunq̄ȝ quieſcit
quoſdam eleuando ⁊ quoſdam deprimēdo
p̄s. Vidi impiū ſuperexaltatum ⁊ eleuatū
ſicut cedros libani ⁊ pertranſiui ⁊ ecce non
erat. Job.xxx. Eleuaſti me ⁊ quaſi ſupra
ventum ponēs alliſiſti me valde. Boecius
Hunc cōtinuū ludum ludimus ſumma in-
fimis ⁊ infima ſūmis mutare gaudemus.
¶ Secundo ratiōe eiectiōis. Nā mare mor
tuos a ſe ad litus eijcit. Sic mundus eijcit
illos qui ſunt mortui mūdo.nec opera mū
di faciunt.j.corinth.iiij. Tanq̄ȝ purgamen
ta huius ſeculi facti ſumus oim peripſima
vſqȝ adhuc. Jo.xv. Quia vero de mundo
non eſtis propterea odit vos mūdus. Viri
eñ ſpūales nō ſolum eijciūtur de mūdo ſed
etiā perſecutionem patiūtur. Jo.xv. Si me
perſecuti ſunt ⁊ vos perſequentur. ¶ Ter-
cio ratiōe deuorationis.in mari enim grā-
diores piſces deuorant minores. Sic i mū
do potentes paruulos deuorant ⁊ affligūt.
matth.xviij. Tenēs ſuffocabat eū. Abac.j.
Quare nō reſpicis ſuper inique agentes.⁊
taces deuorante impio iuſtiorē ſe.⁊ facis
homines quaſi piſces maris. Viuunt tamē
ſancti viri licet a tyrānis deuorentur ſicut
ionas in ventre ceti. ij. corinth.vj. Quaſi
morientes ⁊ ecce viuimus. ¶ Quarto ra-
tione terminationis. mare enim terminum
habet arenam que ē ſterilis ⁊ grauis. Hie
remie.v. Qui poſui arenā terminum mari
Sic finis huius mundi eſt infructuoſitas.
cum onere peccatorū. Ro.j. Quē fructū
habuiſtis in illis i quibus nūc erubeſcitis
Eccs.iij. Quid habet homo de vniuerſo
labore quo laborat ſub ſole.nihil eñ inue-
nit homo in morte niſi opera ſua.ſiue bona
ſiue mala. Apoca.xiiij. Opera enim illorū
ſequuntur illos. Et quia mundus totus in

maligno poſitus eſt.nec opera bona facit.
ſicut ſpina non facit ficus vel vuas. ideo i
fine nihil inuenit niſi onus ⁊ penā peccato
rum.omni ſpe boni fraudatus. Job. vij.
Conſumpti ſunt abſqȝ vlla ſpe. Huius ex-
emplum chriſtus recitat de diuite epulāte
qui vnā guttam aque nō potuit habere tor
menta vero multa habebat. vt patet Luc.
xvj ¶ Quinto ratiōe multitudinis pericu
lorum. Sunt eñ in mari mirabilia ⁊ multi
plicia pericula ⁊ de ventis ⁊ de piratis.⁊ d̄
ſcopulis ⁊ ſic de alijs. Ecci.xliij. Qui naui
gant in mari enarrent pericula eius. Sic
mundus iſte totus eſt plenus periculis.ij.
corinth.ij. Periculū fluminum. periculū
latronum.periculū ex genere. periculū ex
fal.frat.peri.ex gen.peri.in ci.peri. in ſoli.
peri.in mari.peri.in ter. Bern. Periculuȝ
probat tranſeuntiū raritas. ⁊ pereuntium
multitudo. Pauci valde tranſeūt per hūc
mundum illeſi.⁊ multi periclitātur. Augu.
Ama ſeculum ⁊ abſorbebit te. amatores
ſuos vorare nouit non portare. Ubi ſūt gi
gantes ⁊ potentes a ſeculo viri famoſi.nō-
ne omnes cum multis periculis perierunt.
¶ Sexto ratione monſtruoſitatis. Nā i ma
ri mirabilia ſunt monſtra. Aliquando in-
uentus eſt ibi piſcis per omnia ſicut miles
armatus in equo. Sic mundus iſte totus ē
plenus hoībus monſtruoſis. Quidam eniȝ
habent faciē in pedibus ⁊ pedes in capite.
vt omnes auari. Quidam habent duas lin
guas in ore. vt omnes adulatores ⁊ detra-
ctores.prouerbiorū.xviij. Verba bilinguiſ
quaſi ſimplicia.⁊ ipa perueniunt vſqȝ ad in
teriora ventris. Quidam habent gladios i
labijs.vt omnes maledici p̄s. Gladius ſub
labijs eorum. Quidam habent multa capi
ta.quia quot vicia regnant in homine.tot
capita ⁊ dominos habet. Quia auaro do-
minatur auaricia.⁊ luxurioſo luxuria ⁊ ſic
de alijs ⁊c. Augu. Malus tot dominorum
ſeruus eſt quot viciorum ¶ Septimo rati
one manſionabilitatis. Nō eñ mare ē locuſ
ad manēdum ſed ad cito tranſeūdū.nullus

enim intrat mare vt ibi maneat. ſed vt cito tranſeat. Ita mundus iſte non eſt locus ad manendum. Hebre. xiij. Non habemus hic manentē ciuitatem ſed futurā inquirimus Omnes enī in hoc mundo ſumus vt hoſpites τ peregrini. qui feſtinare debemus τ ad ciuitatem noſtrā redire. Augu. Nihil aliud eſt tēpus preſentis vite niſi curſus ad mortem. in quo nemo vel paululum ſtare: vel tardius ire permittitur. ſed omnes pari mō vrgemur. ¶ Octauo ratiōe incertitudinis Nō enim eſt in poteſtate hoīs exiſtentis in mari ire quo vult. ſed ducitur a ventis frequenter quo nō vult. nec ad portū intentū peruenit ſicut vult. Sic non eſt in homine ſed in ſpūſancto ducente vt ad portū ſalutis perueniat. Ro. ix. Non ē volentis neqꝫ currentis ſed miſerentis dei. Et propterea multū orare debemus vt deus vitā noſtrā dirigat in ſalutē. Thobie. iiij Omni tēpore benedic deum τ pete ab eo vt vias tuas dirigat. ¶ Nono ratione ſaporis Eſt enim mare valde amarum τ tamē piſcibus maris in eo nutritis valde ſapit. Sic mūdus in rei ueritate valde amarus eſt. τ tamē hominibus mundanis valde ſapit. nec eius amaritudinem ſentiunt. imo magnam dulcedinem reputant. τ magnas delicias affluī bonis mundi. Job. xxx. Eſſe ſub ſentibus delicias cōputabant. ps. Btm̄ dixerūt cui hec ſunt. Et hoc ex magna corruptione palati procedit. Habēt enim homines mundi palatum corruptum vt febricitantes. et ideo amarum videtur eis dulce. τ dulce amarum. Augu. Palato non ſano pena ē pāis qui ſano eſt ſuauis. yſaie. v. Ve qui dicitis malum bonum τ bonum malum. ponentes amarum in dulce τ dulce in amarū ¶ Decimo ratione voracitatis vel ſatiabilitatis Nā mare omnia flumina deuorat τ nunq̃ redundat vel ſatiatur aquis. Ecci. v. Omnia flumina intrant mare τ mare nō redundat. Sic mundus omnia bona terre conſumit. τ nunq̃ dicit ſufficit. Omne enim qd̓ eſt in mundo aut eſt cōcupiſcentia carnis. aut concupiſcentia oculorum. aut ſuperbia vite. j. Jo. ij. Sed cōcupiſcentia carnis nō ſaciatur delicijs. nec concupiſcentia oculorum diuitijs. nec ſuperbia vite honoribus. ergo mundus nunq̃ ſaciatur. prouer. xxx. Tria ſunt inſaturabilia infernus. id eſt ſuperbia vite. os vulue. id eſt concupiſcentia carnis. τ terra que nunq̃ ſaciatur aqua. id eſt concupiſcentia oculorū diuicijs. Et ſic patet de toto euangelio.

¶ De epiſtola ſermo. xxiij.

Nemini quicq̃ debeatis niſi vt inuicem diligatis. Ro. xiij. In hac epiſtola docet apl'us. quō omnes τ ſinguli debent ſe hrē adinuicem ſm̄ interiorē affectum qui eſt charitas ſiue amor. nō enī ſufficit ꝙ homines pacifice ſe habeāt adinuicē τ ſigna dilectiōis oſtēdant. niſi aſſit τ bona voluntas τ dilectio cordis. quia dn̄s noſter chriſtus intuetur corda hominū τ nō ſolū opera. j. Re. xvj. Homines vident que foris patent deus autē intuetur cor. Duo autem facit in hac epl'a apo. Primo ponit debitum generale. in quo oēs adinuicem obligamur. in principio epl'e. Secūdo ponit ſolutionē ſpāle per qd̓ oīa debita exſoluere cōprobamur. ibi. Qui enī diligit proximū legē impleuit. ¶ Primo ergo pōit debitū generale ī quo oēs adinuicē obligamur. Et hoc ē Nemini qcq̃ debeatis. i. omibus reddite debita τ vnicuiqꝫ qd̓ ſuū ē ſoluite. ſiue honorem ſiue tributū. Ita tn̄ ꝙ non ſitis debitores alicuius niſi in charitate et dilectione. ī qua eſtis omnes debitores adinuicem quia vnuſquiſqꝫ tenetur τ debet alterum ſicut ſeipſum diligere. ergo in debito caritatis omnes adinuicem obligamur. ſemper eni reddenda eſt charitas τ ſemper debetur. In cuius figura ignis ſemper ī altari debebat ardere. vt patet Leuitici. vj. prouerb. xxx. Ignis ſcilicet charitas nunq̃ dicit ſufficit Ambroſius. Nullum tempus eſt in quo nō ſit caritas impēdēda nec cū reddiť amittiť. ſed potius reddēdo mltiplicať. τ q̄to plus



redditur tantomagis augetur. Que reddi non poteſt niſi habeatur nec haberi niſi reddatur. Idem dicit aug. Et ſic patet primū ¶ Secundo ponit ſolutionē ſpāle per quod omnia debita τ mādata ſoluere comprobamur. Et hoc eſt. Qui enī dili. proxi. le. impleuit. Et circa hoc tria facit. Primo proponit intentū ſcꝫ ꝙ q diligit proximū totā legē implet. Secundo probat ibi. Nā non adulterabis. Tercio concludit ibi. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Primo proponit intentū d. ſic. Debetis inuicē diligere. qr qui diligit proximū legē adimpleuit. Cuiꝰ ratio eſt. Nā qui diligit proximū diligit deum. non enī diligendus eſt proximus niſi in deo τ propter deū τ ad deū. Siquis enī aliter diligeret proximū non diligeret proximū ſed aliquid proximi. puta viciū eius vl' diuicias eius. Ex dilectione ergo dei cauſatur dilectio proximi. Sed propter vnūqdq̃ tale τ illud magis vt dicit phus. ergo q diligit proximū multomagis diligit deū. Sed in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet τ prophete. ergo qui diligit proximum om̄ia implet τ omnia debita ſoluit. Hic cadit exēplum cuiuſdam ſacerdotis de frācia qui habebat optimū vinū de quo omni mane τ ſero bibebat. τ dicebat ꝙ ſoluebat ſibi omnia debita. quia anxias cogitationes debitorum faciebat eū obliuiſci. ¶ Secundo probat intentum ſuum dicens. Nā nō adulterabis. Vbi nota ꝙ quedam ſunt precepta affirmatiua quedam negatiua tam ad deum q̄ȝ ad proximū pertinentia. vt patet exodi. xx. Manifeſtū eſt autē ꝙ qui diligit deū τ proximū. implet p̄cepta affirmatiua. que ſunt de honore τ reuerentia dei. τ de bono proximi. quia vt dicit grego. probatio dilectionis exhibitio eſt operis. j. Joh. iij. Qui habuerit ſubſtantiā huius mundi τ vi. fratrē ſu. ne. ha. τ clau. viſ. ſu. ab eo. quo. c. d. ē in illo. Johā. xiiij. Si diligitis me manda. mea ſeruate. Similiter qui diligit deum τ proximū cauet ab omni iniuria τ nocumēto eorum ſicut a proprijs malis. quia proximum vt ſeipm̄ diligere debet. Sed omnia precepta negatiua ad hoc tēdunt vt homo nec cogitatōne nec locutione nec opere deum vel proximum offendat Et hoc ē quod dicit. Non adulterabis nō oc. nō fura. non fal. te. di. τc. Et propterea dilectio proximi malum non operatur. Item per dilectionē pximi implenť precepta iuris naturalis que ſūt Quod tibi nō vis fieri alijs feciſſe caueto. Qd̓ tibi vis fieri alijs feciſſe memento. Matthej. ſeptimo. Quecumque vultis vt faciant vobis homines ead̓. et v. fa. illis. Nā qui diligit proximū debitū ſibi. ſeruicium impendit. τ a nocumento cauet. τ ideo tercio concludit d. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. quia ē plenitudo legis nature τ legis moſayce vt dictum eſt. τ legis euangelice. Johā. xv. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inuicem. ¶ Et nota ꝙ dilectio dei dicitur legis plenitudo tripliciter. Primo quia mouet omnes virtutes ad implendum opera legis. galath. v. Fidꝫ per dilectionem operatur. τ ſimiliter alie virtutes. mouet etiam membra. Nā phs dicit ꝙ bonum amatum mouet voluntatem. et voluntas mouet membra. Secundo quia conſūmat τ perficit bona opera ab alijs virtutibus inchoata. facit enim in bono perſeuerare. j. thi. j. Finis precepti eſt charitas glo. conſūmans τ confirmās. Tercio quia opera aliarum virtutum plena τ fructuoſa reddit. quia ſine ipſa omnino ſunt vacua τ bona. j. corinth. xiij. Si diſtri. oēs fa. m. in ci. pau. τ ſi tra. cor. m. ita vt ar. caritatē au. nō ha. nihil mihi prodeſt. Et ſic patet ſecundum principale. Et ideo circa dilectionem proximi tria hodie videamus. ſcꝫ quare proximus ſit diligendus. quō ſit diligendus. τ que faciūt ad trahendum alios ad amorem ſuum. ¶ Circa primū nota ꝙ propter ſex debemus proximum diligere. Primo quia deus hoc mandauit in veteri τ nouo teſtamēto. Leuitici. xiij. Diliges amicum tuum vel proximum tuum ſm̄ aliam tranſlationem ſicut teipm̄. Idē dicitur matthei viceſimo. τ Luce decimo. Ex quo patet ꝙ ſine dilectione proximi nō poteſt eſſe ſalus. cum ſit maximum mandatorum. et obſeruatio mādatorū ſit neceſſaria

ad ſalutem.matthei.xix.Si vis ad vitã in. ſer.man.j.Johã.iij. Qui non dilig.ma.in moꝛ. Secundo quia fraternitas nos compellit.omnes enim ſm coꝛpus vnum patrẽ habemus adam.⁊ vnam matrem ſcꝫ euam Et ſm animam ab vno deo creati ſumus. Malach.ij. Nunquid non pater vnus eſt omnium noſtrum.nunquid non deus vnus creauit nos.Quare ergo vnuſquiſqꝫ deſpicit fratrem ſuum.Voluit deus vnicum hominem facere ex quo omnes pꝛodirent. vt omnes ſe diligerent tanq̃ꝫ fratres. Non ſic legitur factum in ãgelis ⁊ animalibus brutis.mutua ergo dilectio eſt debitũ naturale a quo nullus abſoluitur quantũcũqꝫ vnus hõ ab altero ſoluatur. Sed inter chꝛiſtianos eſt alia fraternitas pꝛeter hanc ſcꝫ ſpiritualis.de qua dicit ſanctus augu.Omnes quidem fratres ſm ꝙ hoĩes ſumus quãtomagis ſm quod chꝛiſtiani. Ad illud quod eſt homo vnus pater fuit adam ⁊ vna mater eua.Ad illud vero ꝙ chꝛiſtian⁹ es vn⁹ pater eſt deus.⁊ vna mater eccleſia. Nec fraternitas tanto melioꝛ eſt naturali fraternitate.quanto melioꝛem patrem habet dẽũ ⁊ melioꝛem matrẽ eccleſiam.Ex quo patet ꝙ chꝛiſtiani plus inuicẽ debent diligere q̃ꝫ extere nationes.Tercio quia exempla nos inducunt ⁊ maxime tria.Et pꝛimo nos inducit exemplum dei qui in tantum dilexit hominem ꝙ vnicum filium ſuum fieri conſtituit hominem.⁊ pꝛo eo redimẽdo ad crucis patibulum deſtinauit.Eph.ij.Pꝛopter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos deus cum eſſemus moꝛtui peccatis conuiuificauit nos chꝛiſto .cuius gratia ſaluati eſtis.Secundo nos inducit exemplum ãgeloꝛum qui in tantum nos amant vt hominem donec viuit nõ derelinquant.ſed cuſtodiunt dirigunt ⁊ illuminant.Hebre.pꝛimo Omnes ſunt adminiſtratoꝛij ſpiritus pꝛopter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. Tercio nos inducit exemplum animalium quia vnũquodqꝫ diligit ſuum ſimile.vt dicitur eccleſiaſtici.xiij.Quarto debemus pꝛoximũ diligere.quia dei ⁊ hominũ placentia hoc perſuadet. Super omnia enim placet deo amoꝛ et concoꝛdia pꝛoximoꝛum.Eccl. xxv.Diligere pꝛoximum ſicut ſe maius eſt omnibus olocauſtomatibus.et ſacrificijs. Hic cadit exemplum illarum duarum cognatarum que ſteterunt ſimul viginti annis: ⁊ valde ſe dilexerunt ⁊ mutuo ſibi obſequebantur.⁊ nunq̃ꝫ verbum aſperum inuicem habuerunt.Et cuidam heremite magne vite reuelatum eſt ꝙ cũ illis duabus cognatis manſionem in celo eſſet habiturus.

¶ Quinto debemus pꝛoximum diligere.quia magnum emolumentum et fructum attrahit et multoꝛum maloꝛum eſt euaſio.quia ſi quis diligit pꝛoximum .deus diligit eum et dat ei gratiam ſuam.et exaudit eum in petitionibus ſuis.et dat ei foꝛtitudinem ad vincendum dyabolum et carnem et mundum. et ſuperandum aduerſa et tandem dat ei vitam eternam in qua manet in deo perfecte et deus in eo.j.Johãnis.iiij.Qui manet i charitate in deo manet et deus in eo. Qui autem non diligit manet in moꝛte.per quã ſeparatur a deo qui eſt beata vita animarũ vt dicit augu. Separatur etiam ab omnibus alijs virtutibus.quia dilectio ẽ foꝛma omnium virtutũ.ſine foꝛma autẽ nihil põt conſiſtere.quia foꝛma dat eſſe rei.Separat etiã a merito paſſionis chꝛiſti et omnium ſanctoꝛum.et a bonis omnibus que ĩ eccleſia fiunt.et tandem ſeparabitur a gloꝛia et applicabitur toꝛmentis.matthei.xxv. Diſcedite a me ma.in ig.eter.Eſuri.et nõ ded. m.mãducare.Sexto debemus pꝛoximũ diligere.quia in dilectione pꝛoximi adimplemus omnia mandata dei vt dictũ eſt ſupꝛa et affirmatiua et negatiua.Et ſic patet pꝛimum.

¶ Secundo videamus quomõ pꝛoximũ diligere debeamus. Et dicendũ ꝙ dupliciter debemus diligere pꝛoximũ ſcilicꝫ ſicut deus dilexit nos.et ſicut diligimus noſ ipſos.Pꝛimo debemus diligere pꝛoximũ ſicut deus dilexit nos.Johannis xv. Hoc eſt pꝛeceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.Dilexit autem et diligit noſ tripliciter.ſcilicet vehementer.veraciter.et perſeueranter. Sic et nos debemus inuicem diligere.

¶ Pꝛimo autem dilexit nos vehementer.Cuius vehementia amoris in quattuoꝛ apparet.Et in eiſdem vehementia noſtri amoris ad pꝛoximũ ſimiliter apparere debet.Pꝛimo vehemẽtia amoris dei ad nos apparet in eo.ꝙ non miſit ſeruũ ſuum vel angelum ad nos viſitandum ĩ infirmitate moꝛtali ⁊ in carcere dyaboli detẽtos.ſed filiũ ſuum vnigenitum.Johãn.iij. Sic deus dilexit mundum.vt fi.ſu.vnigenitum daret .Bernar.Dñe quid eſt homo ꝙ memoꝛ es eius.nã mittis ei filium tuum mittis ei ſpũmſanctũ.⁊ ne quid in curia celeſti vacet in eius miniſteriũ mittis ãgelos tuos.Sic ⁊ nos debemus in ſalutem pꝛoximoꝛum noſ ipſos exponere.ad exhoꝛtandum ⁊ erudiendum ⁊ obſequendũ.ij.coꝛinth.xij Ego libenter impendam ⁊ ſuperimpendar ipſe pꝛo animabus veſtris.Item cum eſſem liber ex omnibus.omniũ me ſeruũꝫ feci.vt omnes facerẽ ſaluos.j.coꝛinth.ix.Quidaꝫ abominãtur pꝛoximos infirmos ⁊ nec videre volunt.ſed chꝛiſtus tetigit lepꝛoſum di. Volo.mũdare.Matthei.viij.In cuius figura dicitur lu.x. Samaritanus iter faciens appꝛopinquauit ſauciato qui incidit in latrones ⁊ alligauit vulnera eius.quem ſacerdos ⁊ leuita pertranſierant ⁊ deſpexerãt Secundo vehementia amoris dei apparet quia mittens filiũ ſuum nobis non aliquid vile vel modici valoꝛis nobis miſit. ſed miſit nobis melius quod poteſt eſſe ſcꝫ bonaꝫ vitã.Johã.x.Ego veni vt vitam habeãt. ⁊ abundantius habeant.vita enim eſt finis omniũ. Nam mundani pꝛo vita pingui et honoꝛabili coꝛpoꝛis omnia faciunt.iuxta illud eccl.vj. Omnis laboꝛ hominis in oꝛe eius. Spirituales autem omnia faciũt pꝛo vita anime bõa ad laudem dei.j.coꝛinth.x. Omĩa ad laudem dei facite.Sic ⁊ nos melioꝛa noſtra debemus pꝛoximis dare.ſcꝫ bonam voluntatem.cõpaſſionẽ coꝛdis.⁊ amorem.ſuffragia oꝛationũ.⁊ bona tempoꝛalia melioꝛa ⁊ non ſolum panẽ mucidum ⁊ vinum aciduꝫ.pꝛouer.xxiij.Pꝛebe m.fili coꝛ tuum.Sic faciebat aplus di.ij.coꝛinth. x. Quis infirmatur ⁊ ego nõ infirmoꝛ. quis ſcã.⁊ ego nõ vꝛoꝛ.Sicut eñ patet geñ.iiij Sacrificiũ abel deus reſpexit quia melioꝛa obtulit. et ad ſacrificiũ cayn et ad munera eius non reſpexit.quia peioꝛa obtulit. Tercio apparet vehementia amoris dei.qꝛ nos pꝛeuenit amando.gratis eñ nos amauit et nõ ex operibus noſtris.j.Johã.iiij. In h ap.ca.dei in no.nõ quaſi n.di.deũ.ſꝫ qm̃ ip. pꝛi.di.nos.Hiere.xxxj.In charitate perpetua di.te.ideo attra.te mi.Sic ⁊ nos nõ ſolũ diligentes nos diligere debemus.quod ethnici ⁊ peccatoꝛes faciũt.ſed etiã inimicos.vt dicitur matth.v.Et debemus pꝛoximos pꝛeuenire amãdo. Tunc enim carbones charitatis ſuper eoꝛũ capita cõgerim⁹ ⁊ ad amoꝛẽ maxima incentiua pꝛebemus. Quarto apparet vehementia amoris dei. quia de filio ſuo vnigenito fecit hoſtiã pꝛo peccato noſtro delendo.pꝛopter quã repꝛopiciatus eſt ⁊ placatus nobis deus.Hebr̃. x.Vna enim oblacõe ſcꝫ ſui coꝛpoꝛis cõſũmauit ſanctificatos in ſempiternũ. Caros ergo deus nos habet.quia care nos emit.ſ. pꝛecioſo ſanguine vnigeniti ſui.j. petri. j. Non auro vel argento redempti eſtis .ſed pꝛecioſo ſanguine agni incõtaminati. Sic ⁊ nos debem⁹ de coꝛpoꝛibus noſtris hoſtiã deo facere.ipſa in ꝓximoꝝ obſeq̃a ꝯſumẽdo ⁊ moꝛti ſi neceſſe eſt exponendo.Roma.xij Obſecro vos per miſericoꝛdiam dei vt exhi.coꝛ.ve.ho.vi.ſanc.deo placentẽ.Eph.v Ambulate in dilectione ſicut ⁊ chꝛiſtus dilexit vos ⁊ tradi.ſemetipm̃ pꝛo vo.obla.et ho.deo.Si ei olim deus placabatur hoſtia moꝛtua.multomagis nũc hoſtia viua. Vñ de noe legitur geñ.viij. ꝙ deus odoꝛatus ẽ odoꝛeꝫ ſacrificij eius.⁊ ait.Nequaq̃ꝫ vltra maledicaꝫ terre pꝛopter homines. Et nota ꝙ deus habuit pꝛo bono ꝙ abraam voluit filium yſaac ſacrificare deo.Et ait. Quia feciſti hanc rem. nec peperciſti vnigenito tuo pꝛopter me.benedicens benedicam tibi et multiplicabo te. Et multomagis habet pꝛo bono ſi homo ſeipſum ſacrificat ꝓpter deum in obſequium pꝛoximoꝛum.

¶ Secundo nos amat chꝛiſtus veraciter. Diligere autem veraciter.eſt quãdo diligimus perſonam pꝛopter bonum

ſuum.⁊ non propter comodum noſtrum q
vocetur amoꝛ honeſtus ſiue amoꝛ amicitie
Sic nos chꝛiſtus dilexit.qꝛ bonoꝛū noſtro
rum non indiget.Sic ⁊ nos debemus pro-
ximum diligere propter ſeipm̄ ⁊ nō propter
ſua qualis eſt amoꝛ cōcupiſcentie ſiue vtil.
qn̄ ſcʒ aliquē amamus qꝛ eſt nobis vtilis.
vel qꝛ ab eo bona ſperamus.qui nō eſt ve-
rus amoꝛ.Talis eſt amoꝛ hominū mundi.
vera autē amicitia nō eſt penſanda tēpoꝛa
libus cōmodis.ſed gratuito amoꝛe poꝛtāda
vt dicit ſeneca.Itē veraciter tūc amamus
qn̄ amamus perſonā in bonū virtutis ei⁹.
⁊ vicia deteſtamur nec perſonis cōdeſcēdi-
mus vt vicijs implicētur.quia vt hic dicit
Dilectio proximi malum nō operatur.Au
guſtinus. Sic diligendi ſunt homines. vt
coꝛū non diligātur erroꝛes.Tullius.Nulla
eſt excuſatio ſi amicitie cauſa peccaueris.
Bernardus.Sācciat lex amicitie.vt ne ro
gemus res turpes.nec faciamus rogati. ſic
⁊ chꝛiſtus dilexit nos. Nā matri filioꝛum
ʒebedei male rogāti nō cōdeſcēdit quis eſ-
ſet eius amica.vt patet mat.xx.¶ Tercio
amauit nos xp̄s perſeuerāter.Jo.xiij. Cū
dilexiſſet ſu.q erāt in mū.in fi.di.eos. ſic et
nos debemus ꝓximū diligere.puer. xviij.
Omi tp̄e diligit qui amicus eſt.Quidā di-
ligunt ſolum tp̄e ꝓſperitatis.Ecci.vj.Eſt
amicus ſocius menſe.⁊ nō permanet in die
neceſſitatis.Boecius.Quem felicitas fe-
cit amicum.infoꝛtunium faciet inimicum.
¶ E. Secundo debemus diligere ꝓximū
ſicut noſip̄os.qđ ſex modis exponitur.Pꝛi
mo debem⁹ diligere proximū ſicut noſip̄os
vt diligamus in proximo qđ debemus dili-
gere in nobis. In nobis autē debemus dili
gere naturā noſtrā q̄ eſt imago ⁊ ſimilitudo
dei.propꝛio ſanguine filij dei redēpta.⁊ ideo
valde carā eā debemus habere. Debemus
etiā in nobis diligere gratiam ⁊ virtutes.⁊
bona opera.⁊ nō vicia ⁊ peccata.⁊ hec ea
dem debemus diligere in proximo.Secun-
do debemus diligere proximū ſicut ⁊ nos.i.
ex quo nos.ſcʒ ex charitatis affectu ⁊ effe-
ctu ⁊ nō ex cōcupiſcētia carnis. Eodē mō
proximū ex charitate debemus diligere. et

nō ex aliqua mala cōcupiſcētia .vel ratiōe
partis qꝛ ē ſocius i aliquo malo. Tercio d
bemus proximū diligere ſicut nos.i.in quo
nos ſ.in deo ⁊ nō in mūdo.i puritate ⁊ non
i prauitate. Quarto debemus diligere ꝓxi
mū ſicut nos.i.ꝓpter qđ nos.ſ.ꝓpter deū ⁊
nō ꝓpter aliqđ cōmodū tp̄ale.finis ei dilec
tiōis nr̄e ⁊ fruct⁹ debet eſſe ip̄e deus.vt ip̄e
ſit tota merces nr̄e dilectiōis.gen̄.xv. Ego
ero mer.t.ma.nis. Quito debem⁹ diligere
proximū ſicut nos.i.ad qđ nos.ſ.ad gratiā
in pn̄ti ⁊ glām in futuro.nec nos nec ꝓxi-
mū ad aliquē aliū finē diligere debem⁹. pu
ta ad regnādū vel gaudendū vl' aliqđ hui⁹
modi.Ecci.xij. Time deū ⁊ mā.e.obſ.hoc
ē em̄ ois hō.i.hic ē finis oīm hoīm. qꝛ vt
dicit augu.Deus fecit hoīeʒ vt deū cogno
ſceret.cognoſcēdo amaret.amādo poſſide-
ret.⁊ poſſidendo frueretur.Sexto debem⁹
proximū diligere ſicut nos.i.quō nos.ſ.ſu-
per res tp̄ales ⁊ coꝛpus noſtrū ꝓpꝛiū ſʒ in-
fra deū.plus ei debemus diligere ſalutē ꝓ-
ximi q̄ʒ bōa tp̄alia.⁊ etiā plus q̄ʒ coꝛp⁹ pro
pꝛiū.⁊ debemus parati eſſe ſi neceſſe eſſet ⁊
coꝛpus ⁊ bōa noſtra ꝓ ſalute aīe ponere.ſ.
proximi qui ergo ſic diligit ꝓximuʒ ꝑfecto
legē impleuit.⁊ malū nō operat Et nota ꝙ
noīe ꝓximi intelligit ois hō vt dicit augu.
¶ Tercio videamus q̄ faciūt ad attrahēd
alios ad amoꝛē ſuū.⁊ dicēdum ꝙ ſex. Pꝛi
mū ē modeſtia ſmonū. Ecci.xx.Sapiēs in
verbis amabilē ſe facit.grē aūt fatuoꝝ ef-
fundētur.multū ei loqn̄tes ſūt multū diſpli
cibiles qꝛ multū effūdūt.puer.x. In multi
loquio peccatū nō deerit. Propterea oꝛa-
uit dauid d. Pone dn̄e cuſtodiam oꝛi meo.
Secundum ē ſimilitudo in conuictu.vt hō
ſciat ſe confoꝛmare bonis moꝛibus alioꝛū.
et nō ſit ſingularis in domo.Ecci.xiij. Om
ne animal diligit ſibi ſimile. Tercium eſt
virtus in operibus.Virtuoſi enim multuʒ
diliguntur etiam a malis.et hoc quia ſunt
boni.quia virtus eſt que bonum facit ha-
bētem.et opus eius bonum reddit vt dicit
ph̄s.Bonū autē eſt quod omnia appetunt
vt dicit idem ph̄us tullius. Nihil eſt virtu
te amabilius. nichil quod magis alliciat



ad diligendum. Unde eos quos nunq̄ʒ vidi
mus diligimus audita virtute. Hiero. Et
quos ad cōtemplationem ſui roma nō tra-
xit vnius hominis ſcʒ titiliuij fama perdu
xit.Unde ſuper omnia homo qui vult dili
gi debet conari eſſe bonus.Quartum ē fi-
delitas in cōmiſſis.Ecci.xxxiij. Si eſt tibi
ſeruus fidelis ſit tibi quaſi anima tua. om̄e
em̄ rarū carū Et qꝛ fidelitas rara ē ideo ca
ra.Hiere.ix. Omnis hō a proximo ſuo ſe
cuſtodiat.⁊ in omni fratre ſuo non habeat
fiduciā.qꝛ ois vir ſupplantās ſupplātabit
⁊ ois frater fraudulenter incedet.Quintū
eſt mutua obſequia ⁊ bn̄ficia.Sapiēs. Hoc
tp̄e obſequiū amicos et veritas odiū parit.
Un̄ iacob qn̄ voluit ſibi recōciliare fratrē
ſuū eſau ⁊ amicū ſibi facere miſit ei mune-
ra d.placabo eū muneribus q̄ ꝓcedūt.Gen̄
xxij.Multe amicicie recōiungūtur ⁊ mul-
te paces fiunt ꝓpter munera. puer.xviij.
Donū hoīs dilatat viā eius.⁊ an̄ pꝛincipeſ
ſpaciū ei facit.Sextū ē ꝓuēire amādo. Au
guſtinus. Nulla ē maioꝛ ad amoꝛē inuitatio
q̄ʒ ꝓuenire amādo.⁊ nis ē durus animus q
⁊ ſi diligat dilectionē nolit impēdere ſalteʒ
nolit repēdere.Et id in obſequijs ⁊ benefi
cijs ꝓuanire debemus ſi cupimus adamari.
Et ſic patet totum de epiſtola.

¶ Dominica quarta d euāgelio ſermo.xxiiij

Simile eſt regnū celoꝛū hōi q
ſemiauit bonū ſemē in agro ſ.
matth.xiij.Sicut dicit grego.
regnū celoꝛū idcirco terrenis
rebus ſimile dicit. vt ex his q̄
animus nouit ſurgat ad icognita. quaten⁹
exēplo viſibiliū ad inuiſibilia ſe rapiat. Et
ideo chꝛiſtus veniēs ſp̄ualem vitā ⁊ glām
nos docere frequēter in parabolis loq̄bat.
Animus em̄ hoīs aſſuetus terrenis eleuat
ſe difficulter ad inuiſibilia.Et ꝓpterea mul
ti ph̄i errauerūt ſenſū trāſcendere nō valen
tes.nā celeſtia coꝛpoꝛa pꝛimo mouentia et
oia diſponētia eſſe dixerūt.⁊ ip̄a tanq̄ʒ deos

adoꝛanda hōies docuerūt.xp̄s aūt aliā cau
ſam aſſignat vt ſup hoc euāgeliū ptēt qua-
re in parabolis loq̄bat.vt ſcʒ hūiles ⁊ fide
les qui in his q̄ ſunt fidei intellectum ſuuʒ
captiuent.credentes ſimpliciter qđ eccleſia
docet.miſteria dei p fidei lumē cognoſcāt.
⁊ eis a ſp̄uſancto reuelentur.Superbi aūt
⁊ infideles qui nolūt ſe ſubijcere diſcipline
exercētur ſui erroꝛis recipiētes mercedem.
Un̄ ſup hoc euāgeliū diſcipulis q̄rentibus
quare in parabolis loq̄retur rn̄dit dn̄s. Uo
bis datū ē noſce miſteriū dei. ceteris autē i
parabolis.vt vidētes nō videāt ⁊ audiētes
nō intelligāt.Et ideo xp̄s qn̄q̄ʒ in parabol
loq̄batur. In hoc aūt euāgelio q̄dā para-
bola ꝯtinetur doctrinā cōtinēs valde mag
nā. In qua quidē parabola quinqʒ per oꝛ
dinē declarātur. Pꝛimū eſt diuine bōitatis
affluētia.qꝛ bonū ſemen ſeminauit.in pꝛin
cipio euāgelij. Secundū eſt hūane ſalutis
negligentia ⁊ dyabolice fraudis operatio.
qꝛ doꝛmierūt hōies ⁊ dyabolus ʒiʒania ſe-
minauit ibi.Cū aūt doꝛ.ho.ve.inimi. Ter-
cium eſt rectoꝛice vel rectoꝛie potētie igno
rantia.qꝛ vn̄ ʒiʒania agri habent ignoꝛat.
ibi.Cum autem cre.her.⁊c.Accedētes au-
tem ſerui patriſſa.dix.ei.Domine nōne bo
num ſemen ſeminaſti in agro tuo. vn̄ ergo
habet ʒiʒania.Quartū eſt diuine longani-
mitatis patientia.quia vtraqʒ vſqʒ ad meſ
ſem creſcere mandauit dimitti.ibi. Serui
autem dixerunt.vis imus ⁊ colligimus ea.
Quintum eſt magne equitatis iuſticia. qa
ʒiʒania ⁊ triticum ſecundum vtriuſqʒ de-
centiam recondi iuſſit.ibi.Colligite pꝛimū
ʒiʒania ⁊ alligate ea faſciculos ad combu-
rendum ⁊c.¶ Pꝛimo ergo ponitur diuine
bonitatis affluentia. quia ſeminauit bonū
ſemen.Et hoc eſt. Simile eſt regnum celo
rum homini qui ſeminauit bonum ſemen i
agro ſuo ⁊c.id eſt ſimile eſt negociū eccleſie
que regnum celoꝛum dicitur .vl' dominica
viceſima poſt trinitatis dicetur. Vel nego-
cium dei qui regnum celoꝛum dicitur ad
eccleſiam ſimile ē huic negocio ſeminatoꝛiſ
qđ fuit vl' eſſe potuit.nō ei ꝯpatio h ē ꝑſōe

ad perſonam ſed negocij ad negocium. Et quia totum hoc euangelium ē in parabol. ideo eſt totum miſtice exponendum. Et qr contraria iuxta ſe poſita magis elucéſcunt. vt dicit phs. ideo de bonitate ſeminatoris ⁊ malicia ſuperſeminatoris inſimul proſequamur q̄uis nõ eodem membro ponātur ¶ Nota ergo circa primū ꝙ ille ſeminator. ſcʒ deus pater in ſex agris bonum ſemen ſeminauit. In quibus omnibus pter ſextum dyabolus lolium vel ʒiʒania ſuperſeminauit. Ecci. xxxiij. Vnum contra vnū bonum contra malum. Et nota ꝙ ʒiʒania in ſingulari eſt feminini generis ⁊ declinaẜ hec ʒiʒania huius ʒiʒanie. In plurali vero eſt neutri generis ntõ hec ʒiʒania. gtõ horum ʒiʒaniorum. vnde eſt nomē ⁊ eroclitum. ¶ Primus ager eſt celum empireū. in quo deus naturam angelicam ſemīauit. que eſt optimum ſemen et omni perfectione completa. et nulla alia creatura ſic ad dei bonitatem et perfectionē appropinquauit. Vnde apoſtolus dicit de chriſto Heb. ij. Vidimus eum paulominus ab angelis minoratum. In hoc ergo agro dyabolus ʒiʒaniam ſuperſeminauit. ſcʒ ſuperbiā magnam. quia deo equipari voluit. in eo ꝙ bonitatem ſuam voluit a ſeipõ habere. yſaie. xiiij. Qui dicebas in corde tuo. in celum aſcendam. ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meum. ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis et ſimilis ero altiſſimo.

¶ Secundus ager eſt paradiſus deliciarum. in quo deus ſeminauit bonum ſemen. ſcilʒ humanam naturā ſex maximis excellentijs dotatam. Nam erat immortalis vt poſſet non mori. Vnde nec infirmitas aliqua eaʒ occupaſſet. nec ignis vel aqua vel aeris intemperies vel aliquid aliud eam leſiſſet. nec dyabolus in eaʒ intrare potuiſſet. Erat dominans omni creature inferiori. omnia em̄ inferiora ſibi ad nutum obediſſent. et terra et arbores ad votum fructificaſſent. Erat in ſe valde ordinata et nūq̄ caro dominata eſſet. Erat plena ſcientia et ſciētiam ſine labore i poſterum habuiſſet. Erat deo grata et accepta per virtutuʒ et donorū poſſeſſionem. Et erat ad regnum ſine labore et dolore viuendo ventura. In hoc agro dyabolus ſuperſeminauit ʒiʒania ſcʒ inobedientiam. vanā gloriam et gulam. gen̄. iij. Nequaq̄ moriemini ſed eritis ſicut dij ſcientes bonum et malū. ¶ Tercius ager eſt mundus in quo deus ſeminauit multa bona ſemina ſcʒ multitudinem et diuerſitatem creaturarum. in quo hõ valde inſtruitur ſuum creatorem ad agnoſcendum et per conſeq̄ns ad amandū. Nā in creaturarū productiõe cognoſcitur dei omnipotentia. In creaturarum ordinatione dei ſapiētia. In creaturarū gubernatione dei prouidentia. Et in ipſarum perpetuatione dei permanentia. qa effectus nõ eſt melior et durabilior ſua cauſa. In hoc agro dyabolus ſuperſeminauit ʒiʒania ſcʒ magnā diſcordiam et magnā miſeriam ⁊ magnā deceptionē. Hec enim tria in omnibus animalibus reperiūtur et maxime in hominibus i quibus ē maxima diſcordia et briga. quilibet em̄ vult eſſe dñs ⁊ ſuā voluntatē facere. ⁊ ideo inuicē ſe expellunt ⁊ occidūt. Nõ enim pugnāt p iuſticia ⁊ veritate. ſed pro ambitu honorū ⁊ p appetitu diuiciarū. Jac. iiij. Vñ bella ⁊ lites in vobis. nõne ex cõcupiſcētijs vris q̄ militāt in mēbris vris litigatis ⁊ belligeratis. Itē ē i hõibus magna d̄ceptio. qlibet ei nitit aliū decipe ⁊ ſupplātare. puer. Ois ēptor dicit malū ē malū ē. ⁊ cū rceſſerit glaẜ. Hiere. ix. Ois hõ a pxio ſuo ſe cuſtodiat ⁊ in oi frē ſuo nõ hēat fiduciā. mich. vij. ab ea q̄ dormit i ſinu t. cuſtodi clauſtra oris t. qr filius ɔtūeliā facit pri. ⁊ filia ɔſurgit aduerſus mrēm ſuā. ppterea dic̄ apl's ad eph. v. Videte quõ cau. ā. Itē ē i hõibus mag̃ miſia. cū miſia ei naſcimur. cū miſia viuimus ⁊ cū miſia morimur. ⁊ i valle miſerie habitamus. ⁊ iõ. puer naſcēs incipit a ploratu ſue calamitatis pphā. Nõdū loqtur ⁊ ſtatim pphetat vt dicit augu. Eph. v. Redimentes tp̃s qm̄ dies mali ſūt. Ex quo adā lapſus ē ⁊ de paradiſo expulſus omēs dies mali ſunt et pleni miſeria. vt dicit idem Auguſtinus. Job. xiij. Homo natus de muliere breui viuens tēpore repletur mu. miſijs



¶ Quartus ager eſt anima homis. in quo deus bonū ſemen ſeminauit ſcʒ ſuam ſimilitudinem in eſſentia ⁊ potentijs. ⁊ ſuā bonitatem in gratijs ⁊ virtutibus ⁊ ſpūſſancti donis. yſa. xj. Requieſcet ſuper eū ſpūs dñi ſpūs ſapientie ⁊ intellectus ſpūs ſcientie et pietatis. ſpūs conſilij ⁊ fortitudinis. ⁊ replebit eum ſpūs timoris dñi. In hoc agro dyabolus ſuperſeminauit peſſimam ʒiʒaniam ſcʒ concupiſcentiam malorū. Nā anima inſtigata a carne mala concupiſcit. ⁊ illicita deſiderat. gen̄. viij. Senſus em̄ homis et cogitatio humāi cordis proni ſūt i malū ab adoleſcētia ſua. Itē rebellionē viriū iferiorū ad rationem. Ro. viij. Video aliā legem in membris. rep. le. men. mee. Et habitationeʒ viciorum. vt imago dei in ipa ſit totaliter tranſformata. ⁊ ſit imago ceſaris ⁊ nõ dei. ⁊ que debuit domus dei eſſe. efficiatur habitaculum demonum. Lu. xj. Tunc vadit ⁊ aſſu. ſep. ali. ſpūs nequi. ſe ⁊ ingreſſ. ha. ibi. ¶ Quintus ager eſt eccleſia militans. i quo deus ſeminauit bonū ſemen. ſcʒ verbi predicationem. vt homo de credendis ⁊ agēdis inſtruatur. peccatorum remiſſionem. vt homo de manu dyaboli liberetur. corporis ſui manducationem. vt homo in dei amore cõſeruetur. et medicinarum. id eſt ſacramentorum eccleſie exhibitionem. vt homo ab omni infirmitate ſanetur. Et nota ꝙ iſte ē ager acheldemach empt⁹ ſanguine ieſu xp̄i in ſepulturam peregrinorum. id eſt ſanctorum qui ſe peregrinos reputant in hoc mūdo. Hebre. xj. Confitentes quia hoſpites ⁊ peregrini ſunt ſuper terram. Sepulcrum autem malorum eſt infernus. Luce. xvj. Mortuus eſt di. ⁊ ſepul. in inferno. Et idõ patrimonium chriſti crucifixi vocatur eccleſia. In iſto agro ſemīauit dyabolus peſſimam ʒiʒaniam. ſcilicet hereticam prauitatem cum multis erroribus. Symoniacam malignitatem. cū multis muneribus. Sciſmaticam diuiſionem. cum multis ſeditionibus. Et malam temporalium adminiſtrationem cum multis tribulationibus. ſecūdo machabe. vj. Nam templum luxuria et cõmeſſationibus erat plenum et ſcortantium cum meretricibus. Altare etiā plenū erat illicitis q̄ legibus prohibebātur. ¶ Sextus ager eſt beata virgo. in quo deus ſemīauit verbū ſuū diuinū ⁊ eternū cū plenitudie gr̃arū ⁊ virtutū. Terra illa quondā inculta facta ē vt ortus voluptatis. Hic eſt ager plenus cuius fragrantiā deus pr̄ ſentiens. benedixit ei. Hec ē terra bõa ⁊ optīa q̄ attulit fructū cētesimū ſexageſimū ⁊ triceſimū qr ⁊ virgo ⁊ nupta ⁊ vidua fuit. In hoc agro dyabolus nūq̄ potuit aliqd̄ malū ſeminare. cañ. iiij. Tota pul. es ami. m. ⁊ ma. nõ ē in te. Et ſic patet ꝙ deus vicit dyabolum in ſemis ppagatiõe. qr bonū ē potēti⁹ malo. nec dyabolus tantū abūdat in malo quantū deus in bono. Et ſic patet primū ¶ Secūdo ponit hūane ſalutis negligentiā ⁊ dyabolice fraudis operationeʒ. Sed opera dyaboli in precedenti membro ſunt dicta in ʒiʒaniarū ſuperſeminatiõe. ⁊ ideo ſolum de hūane ſalutis negligētia videamus. q̄ in hominū dormitiõe notaẜ. Vbi nota ꝙ hõ mirabiliter ē negligens circa ſalutē ſuā. ⁊ nimis circa ipam dormit. ¶ Sed ppter quattuor dormire nõ debet. ¶ Primo qr ē in fortiſſimo ꝓlio ɔſtitutus. in quo hõ habet cū diuerſis pugnare. qr inimici eius nõ dormiunt ſcʒ demõēs. ſed ſemper inſidias machinantur. Job. xxx. Qui me cõmedūt nõ dormiūt. j. pe. v. Sob. eſto. ⁊ vi. qr aduerſa ve. dya. tā. leo ru. cir. q̄. quē deuo. cui reſiſti. for. in fide. Et hoc ē qd̄ h̄ dicit. Cū autem dormi. hoies. i. qñ tp̄us aptū eſſet ad tēdēd laq̄os. qd̄ tūc ē qñ hoies incaute ſe hñt nec d̄ ſalute ſua curāt. tūc em̄ dormiūt. obſuat em̄ tp̄s ⁊ locū ⁊ cõplexionē ⁊ modū ⁊ oportunitatē vt melius poſſit hoies cape. ⁊ tūc tēdit laq̄os ⁊ inſidias parat vbiq̄ ac etiā in medio tritici. i. inter ipa bõa. q ſub ſpē boni frequēter mala facit operari. vt vſurarius ſub ſpē pietatis feneratur interdum vt maritet filias et nutriat filios ne malam arripiant viam. ij. corinthi. xj. Ipſe enim ſathanas transfigurat ſe in angelum lucis. geneſis. xxx. Scit enim dominus quia quacūq̄ die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri. Quaſi dicat. Comedite ſecure. quia

eꝛ boc ſequetur bonum ⁊ non malum. Et
boc eſt quod hic dicitur. Et abijt. glo. id eſt
abſcondit ſe vt occultiſſimus. Et ideo nul-
lo modo eſt doꝛmiendum. cum inimici no-
ſtri nō doꝛmiant. ps. Ecce non doꝛmitabit
neq; doꝛmiet qui cuſtodit iſrael. Cuius ra
tionem aſſignat bernardus. Quia non doꝛ
mit neq; doꝛmiet qui impugnat iſrael. geñ.
xxxj. Fugiebat ſomnus ab oculis meis dix
it iacob. Item in hoc pꝛelio ē pꝛoditio. q2
caro que deberet animam adiuuare pꝛodit
eam. ⁊ nititur eam tradere in manꝰ inimi-
coꝛum. galath. v. Caro concupiſcit aduer-
ſus ſpūm. Stultus autem eſſet qui ī caſtro
foꝛtiter oppugnato vbi ſciret pꝛoditoꝛes
eſſe obdoꝛmiret. ⁊ ſtultioꝛ qui in gremio ꝓ
ditoꝛis obdoꝛmiret. Exēplum ſāmſonis q
doꝛmiuit in gremio dalide. que tradidit cuȝ
in manus philiſtinoꝛum inimicoꝛū ſuoꝛum
qui ligauerunt ⁊ exoculauerunt eū. ⁊ fece-
runt eum molere vt iumentum. vt patet iu
dicum. xvj. Dalida eſt caro. quando autem
homo doꝛmit in ſinu carnis. id ē ſatiſfacit
eius voluptati ⁊ in eius amoꝛe letat. ⁊ ne-
gligit eius deſideria refrenare. tunc rōdetur
omnibus virtutibus ⁊ omnibus bonis. et
tradetur in manus demonum. qui faſciunt
ei oculos ne videat quo ducitur ⁊ mala q̄
eſt paſſurus. ſicut faſciatur ſuſpendendus.
⁊ faciunt eum molere. id eſt de peccato in
peccatum circuire. ps. In circuitu impij ā
bulant. Qui ergo ſic doꝛmiunt cōfundētur
Hiere. iij. Doꝛmiemus in cōfuſione noſtra
Pꝛopterea dicit apoſtolus. j. ad theſſa. v.
Non doꝛmiamus ſicut ⁊ ceteri. ſȝ vigilemꝰ
⁊ ſobrij ſimus. Eph. v. Surge q doꝛmis. et
exurge a moꝛtuis ⁊ illuminabit te chꝛiſtus
¶ Secundo non debemus doꝛmire. quia tē
pus vigilie eſt valde breue. ⁊ tempus gens
erit perpetuum. Job. xiiij. Breues di. ho.
ſunt. j. coꝛinth. vij. Hoc autem dico fratreſ
tempus breue eſt. Reliquum eſt vt q ha
bent vxoꝛes tanq̄ non habentes ſint. et qui
flentes tanq̄ non flentes ſint. ⁊ qui gaudēt
tanq̄ nō gau. ⁊ qui em. tan. non poſſidētes
⁊ qui vtun. hoc mundo tan. nō vtantur. Et
quid eſt tota vita pñs vnius hoīs reſpectu
eternitatis future. certe nihil. ps. Quō mil
le anni ante ocu. tu. tan. heſter. di. q pterijt.
Et ideo chꝛiſtus repꝛehendit petru dicens.
Symon doꝛmis non po. vna hoꝛa vigilare
mecum. matthei. xiiij. Tercio non debe-
mus doꝛmire quia non ē locus aptus neq;
tempus diſpoſitum doꝛmitioni. Locus non
eſt aptus quia totus mundus eſt plenus fe
cibus peccatoꝛū. j. Johā. v. Totus mun-
dus in maligno poſitus eſt. Plenus pꝛeſſu
ris tribulationum. Johā. xvj. In mundo
pꝛeſſuram habebitis. in me autem pacem.
Tempus non eſt diſpoſitum. quia nox pꝛe-
ceſſit ⁊ auroꝛa gratie iam vēit. vt deinceps
bonis operibus intendamus abiectis ope-
ribus tenebrarum. Ro. xiij. Nox pꝛeceſſit.
dies au. appꝛopin. abijciamus ergo ope. te.
⁊ indua. ar. lucis. ſic vt in die ho. ābulemꝰ
yſa. lx. Surge ⁊ illuminare hieruſalem. q2
venit lux tua ¶ Quarto non debemus doꝛ
mire. quia ſemper in moꝛte ſumus. mat. iij
Iam ſecuris ad radicem arboꝛis poſita ē.
Multa pericula ſemper nos circūdant. in
quibus ſemper ſumus in moꝛte. Pꝛopter
quod cantamus. Media vita in moꝛte ſu-
mus. Et quis poſſet doꝛmire dum deberet
ſibi caput amputari. ⁊ dato ꝙ nullum peri-
culum immineret. tamen ſero moꝛtis foꝛtiſ
ſime appꝛopinquat. ⁊ ianua celi eſt aperta.
⁊ ianitoꝛ clamat vt cito eamus aliaſ ianua
claudetur nobis. matthei. xv. Media noc-
te clamoꝛ factus eſt ecce ſpon. ve. exi. ob. ei
⁊ q̄ para. er. intra. cū eo ad nup. ⁊ clau. ē ia.
nouiſſi. vero ve. ⁊ re. vir. d. Dñe dñe aperi
nobis. At ille ait. Amen dico vobis neſcio
vos. Vigin. itaq; ⁊c. Et ſic patet ſecūdum.
¶ Tercio ponitur rectoꝛice poteſtatis igno-
rantia ¶ H Ignoꝛabant enim rectoꝛes
⁊ pꝛelati vnde zizanie hereſum naſcantur i
populo ⁊ hoc pꝛopter tria ¶ Pꝛimo quia
doꝛmiunt ⁊ non conſiderant populum ſibi
commiſſum. ideo intrat et exit lupus ⁊ nō
perpendunt. Contra quos pꝛouerbi. xxvij.
Diligenter attende vultum pecoꝛis tui tu
aſq; greges conſidera. Ezech. iij. Fili hoīs
ſpeculatoꝛem dedi te filijs iſrael et audies
verbum ex oꝛe meo et āñūciabis eis ex me



Quod ſi dicente me ad impium moꝛte mo-
rieris et tu non ānunciaueris ei. ſanguinem
eius de manu tua requirā. Non enim con-
derant oues niſi q̄ ñ debent tonderi. et tunc
conſiderant diligenter. dicentes cum filijs
heli ſacerdotis. j. re. ij. Dabo mihi carnem
vt coquam ſacerdoti. nunc dabis alioquin
tollam vi ¶ Secundo quia neſciunt conſi
derare et non ſolum neſciunt zizaniā here
ſum diſtinguere. ſed nec fidem quam pꝛote
ſtantur et de cuius patrimonio viuunt ag-
noſcunt. niſi ſicut ſimplices ſeculares. Nec
articulos fidei diſtinguere ſciunt. yſa. lvj.
Speculatoꝛes eius ceci omnes. In eodem
xxiiij. Erit ſicut populus ſic ſacerdos. Et
ideo ſunt merito repellendi. Oſee. iiij. Q2
tu ſcientiam repuliſti. repellam et ego te ne
ſacerdotio fungaris mihi. Periculoſum ē
valde de ignoꝛantia et negligentia pꝛelato-
rum. quia vt dicitur matthei. xv. Si cecus
ceco ducatum pꝛeſtat ambo in foueā cadūt
Sunt enim dñici gregis cuſtodes a lupis
circūdati. Sunt nauis eccleſie naucleri inẗ
fluctus mundi euntes. Et ſunt domus dei
hoſtiarij a tyrānis et hereticis obſeſſi. iſtis
autem tribus generibus hominum eſt val
de periculoſum doꝛmire. Vnde dauid cu-
ſtos populi dei dicit. Si dedero ſom. oculis
me. et pal. me. doꝛmi. et requi. t. me. pꝛouer
bioꝛum. vj. Feſtina diſcurre et ſuſcita ami-
cum tuum ne doꝛmitent palpebre tue.
¶ Tercio quia non ſunt viri ſpūales. ſpūalis
enim diiudicat omnia vt dicit apl's. j. coꝛ. ij
Si ſpūaliter viuerent ſcirent zizania conſi
derare. Et hoc eſt quod hic dicitur. Cū cre
uiſſet herba et fructum feciſſet tunc appa.
et ziza. Glo. Cum homo ſpūalis eſſe cepe-
rit tunc diiudicat omnia. Niſi enim ex com
paratione virtutum vicia non cognoſcunẗ
ſicut cecitas non cognoſcitur niſi per viſuȝ
Quando ergo homo creſcit in ſcientia et
virtute tunc videt vicia alioꝛum. Sicut et
palatum infectum non poteſt iudicare d̄ ſa
poꝛibus. ſic homo vicioſus de vicijs. Cum
ergo herba creſcit ⁊ fru. fe. tūc appa. ziza.
id eſt cum viri catholici eccleſiarū rectoꝛeſ
creuiſſent in vita et doctrina. vt Augu. et
Hiero. et ceteri tunc apparuit ⁊ fuit cog-
nitum peſtiferum dogma hereticoꝛum. qd
autem non cognoſcebatur. ſicut zizania nō
cognoſcitur niſi ab expertis dum eſt parua
in herba. Sed chꝛiſtus vnde hoc contigit
oſtendit d. Inimicus homo ⁊c. id eſt dya-
bolus. qui ideo dicitur inimicus homo. q2
per homines fidei chꝛiſtiane inimicos hec
zizania hereſum ſeminauit. Vnde ſicut hō
malus dicitur dyabolus. ita dyabolus dicit
homo malus. Non enim dyabolus niſi per
homines malos ſeminare zizania poteſt
¶ B Vbi nota ꝙ ex tribus naſcitur zi-
zania vicioꝛum in anima hominis. ſcilicet
ex malicia inimici qui impoꝛtūe nos temp-
tat. ⁊ qui ſagaciter ſpargit eam in terra. et
ex pinguedine terre. quando ſcȝ caro delici
oſe nutritur. In terra enim pingui ⁊ humi
da nimis creſcunt male herbe ⁊ ſtāt dumes
⁊ rame. Et ex negligentia cuſtodis q debe-
ret claudere aditum inimico ne poſſet in-
trare. deberet coꝛpus macerare ⁊ deſiccare.
ne vicia pullularent ibi. ⁊ deberet ſarculo
confeſſionis malas herbas extirpare. pꝛouer
bioꝛū. xxiiij. Per agrum pigri hoīs trāſiui
⁊ ecce totum repleuerant vꝛtice. id eſt pꝛu-
ritus carnalis concupiſcentie. ⁊ operuerūt
ſuperficiem eius ſpine. id eſt ſolicitudines
diuitiarum. que ſpine dicuntur. ⁊ maceria
lapidum erat deſtructa. id eſt omnes virtu
tes diſſipate. Hec eſt terra de qua dicitur
geñ. iij. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi
Et hebre. vj. Terra pꝛoferens ſpinas ⁊ tri
bulos repꝛoba eſt. ⁊ maledictioni pꝛoxima
cuius conſūmatio in cōbuſtionem. ¶ P
¶ Tria enim debemus facere ne zizania vici
oꝛum in anima noſtra regnet. ſcȝ claudere
aditum ſuggeſtionibus inimici. ⁊ macera-
re carnem. ⁊ eradicare zizania dū incipiunt
pullulare. Vnde poeta. Pꝛincipijs obſta.
ſero medicina paratur. Et nota ꝙ optime
per zizania vicia deſignantur. Eſt enim zi-
zania ventoſum bladum acutum ⁊ veneno
ſum. faciens hominem nimis doꝛmire. In
quantum eſt acuta ſignat auariciam. Aua-
rus enim valde eſt acutus ⁊ ſubtilis ad de
cipiendum ⁊ toꝛquendum. ps. Sicut noua-

cula acuta feciſti dolum. ſicut enim nouacu la acuta radit pilos ita ꝙ homo vix ſentit. ſic vſurarius dulciter aufert totum. Inq̃ʒtum vero eſt ventoſa ſignat ſuperbiã que eleuat hominem ad ventum. ſuperbus em̃ neſcit nauigare niſi velis inflatis. Et fomẽtum ſuperbie eſt adulatio. per quã ſupbus eleuatur ⁊ ruit ⁊ diſſipatur. Job. xxx. Eleuaſti me ⁊ quaſi in ventum ponens eliſiſti me valde. yſa. iij. Popule meus qui beatũ te dicunt ipi te decipiunt. ⁊ viam greſſuum tuorum diſſipant. Inquantum autem eſt venenoſa reddit ⁊ hominẽ ſopitum. ſignat luxuriam. Concupiſcentia enim carnis rec te eſt venenum. intrans per venas ad cor. auferens vitam anime. prouer. xxiij. Et ſicut regulus venena diffundet. Ubi mulier dicitur dulce venenum. faciens hominem vt ſirena dormire. Ad hec tria ſcʒ ſuperbiã auariciam luxuriam omnia peccata reducuntur. vt dicitur. j. Johã. ij. Omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis aut eſt concupiſcentia oculorum. aut ſupbia vite. Et ſic patet tercium. ¶ Quarto ponitur diuine equanimitatis patientia. q2 vtraqꝫ ad meſſem creſcere dimitti mãdauit. Dum enim ſerui dicerent vis imus ⁊ colligimus ea reſpondit non. ſinite vtraqʒ creſcere vſqʒ ad meſſem. Inordinatus fuit ʒelus ſeruorum. quia ſi ſtatim quando homo peccatum habet euelleretur. pauci remanerent. Jaco. iij. In multis quidẽ offẽdim⁹ omnes. Unde eodem ʒelo iacobum ⁊ Johãnem dicentes. Domine ſi vis vt dicamus vt deſcendat ignis de celo ⁊ conſumat illos ſicut fecit helyas. chriſtus redarguit dicẽs Neſcitis cuius ſpũs ſitis. filius enim hoĩs non venit perdere animas ſed ſaluare. Lu. iiij. Ex hoc videtur ꝙ heretici nõ ſunt ab eccleſia precidendi. ⁊ multominus materiali gladio feriendi. Contra dicit glo. hiero. ſuper illud. j. corinth. v. Auferte malum a vobis. Et reddit cauſam. Neſcitis q2 modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Reſponſio. Sunt quidam heretici notorij qui alios volunt corrumpere ⁊ ad malum trahere. Et iſti tanq̃ membra putrida ne alia membra corrumpant ſunt ab eccĩa pꝛecidẽdi In quoꝝ preciſione nõ eradicat triticum. ſed potius in eorum dimiſſiõe triticum confunditur ⁊ eradicatur vel ſuffocatur. ⁊ ſic intelligenda eſt autoritas aꝑti inducta. Alij vero ſunt heretici occulti q alios non inducunt ad malum. Et ideo debẽt ab eccleſia vt hic dicitur tolerari. ¶ J Et hoc propter tria. Primo quia forte ↄuertentur. Unde augu. hic in glo. dicit. hic datur locus penitentie ⁊ monemur nõ cito amputare. quia hodie errat cras forte conuertetur ⁊ defendet veritatem. Si ergo mõ eradicarentur. triticum quod futuruʒ erat eradicaretur. Exemplum de augu. ⁊ pau. Secundo quia tales non bene diſcernũtur a fidelibus. Augu. in glo. Sicut inter loliũ ⁊ triticum q̃diu herba eſt parum diſtat. ita monet dominus ne de ambiguo iudicemus quia dominus in die iudicij non ſuſpicioſe ſed manifeſte iudicabit vel damnabit. Tercio quia per eos boni frequenter excitãtur ⁊ probantur. Augu. in glo. Neceſſe eſt vt mali permixti bonis ſint. per quos exerceãtur. vel quorum comparatione nitãtur ad melius. quibus ſublatis altitudo caritatis marceſcit. quod eſt triticum eradicare. Unde. j. corinth. xj. dicitur. Oportet hereſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti fiant. Et ſicut eccleſia patitur occultos hereticos ꝓpter tria. ſic deus omnipotens peccatores patitur propter tria. ¶ K Statim em̃ homo quando peccat meretur ſuppliciũ eternale. quia contra bonum eternũ peccauit. ſicut homicida ſtatim capitur ⁊ tradit̃ poteſtati morte plectendus. Sed deus eius ſẽtentiam differt ⁊ condemnationeʒ propter tria. ¶ Primo vt dei miſericordia ⁊ benignitas in his qui penitent manifeſtentur. j. Thi. j. Ideo miſericordiam conſecutus ſũ vt in me oſtenderet deus omnem patiẽtiaʒ ad informationem eorũ qui credituri ſunt illi in vitam eternam. Ex magna enim benignitate deus peccatorem ſuſtinet vt q̃nqꝫ peniteat ⁊ ad deum reuertatur humiliter. Ro. ij. Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit. yſa. xxx. Propterea expectat nos deus vt miſereat̃ noſtri



Et non ſolum expectat. ſed tota die vt rideat peccatorem hortatur. porrigens ei manum vt ſurgat. yſa. j. Conuertam manum meam ad te. ſcʒ ad te adiuuandum ſi ſurgere vis. Piere. iij. Tu fornicata es cũ amatoribus multis. tñ reuertere ad me et ego recipiam te. Et non ſolum hortatur ſʒ minatur penas ⁊ promittit premia. De primo Luce. xiij. Ita dico vobis niſi penitentiaʒ egeritis omnes ſimul peribitis. ps. Niſi cõuerſi fu. gla. ſu. vi. ar. ſuũ te. ⁊ parauit illũ. Et in. o pa. va. mortis ſa. ſu. arden. effecit. De ſecundo matthei. iij. Penitentiã agite appro. em̃ re. celorum. Et quia multi ſunt male nature. ita ꝙ verba nihil eis proſunt ideo deus impendit verbera et flagella. quare enim deus tot flagellis et guerris et peſtilentijs nos affligit niſi vt cõuertamur ad deum. Grego. Mala que nos hic premũt ad deum ire compellunt. Idem. Oculos quos culpa claudit pena aperit. Oſee. vj. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me. Et nota quantum expectat multos ſp. ad hoſtium cordis pulſans. et nõ aperiũt ei Apoca. iij. Ego ſto ad hoſtium et pulſo. ſi quis ap. m. intro. ad illum. ſcʒ cũ virtutib⁹ et ſpũſſancti donis ¶ Secundo vt dei iuſticia in his qui pereunt comprobetur. et ex hoc dei prouidentia perpendatur. multi em̃ ex hoc ꝙ cum vident malos puniri. nõ credunt mundum dei prouidentia gubernari. Boe. Quidam queſierunt. ſi deus eſt vnde mala. et ſi non eſt vnde bona. Nam ſi deus non poteſt elicere de malis peccatorum penitentiam et miſericordiam. elicit iuſticiam eos acriter puniendo que inter opera dei ⁊ anime virtutes maxime relucet. Nã ita bene ſtat latro in furcis ſicut miles in equo. Et ita decenter peccator recluditur ĩ inferno ſicut gẽma recluditur ĩ anulo ad ſui honorem. Et hoc eſt quod dicit apl's ad ro. ix Dicit enim ſcriptura pharaoni. quia ĩ hoc ĩpm excitaui te vt oſtendam in te virtutem meam. et ãnuncietur nomen meum in vniuerſa terra. Ergo cuius vult miſeretur. et quem vult indurat. exo. vij. Ego indurabo cor pharaonis. ſcʒ vt poſtea aute puniam eum. ergo in quibuſdam peccatoribus deus oſtendit miſericordiam ſuã eorum miſerendo. et in quibuſdam iuſticiã eos acriter puniendo. Ro. ix. Quod ſi deus volens oſtendere iram et notam facere potentiam ſuaʒ ſuſtinuit in multa patientia vaſa ire apta ĩ interitum. vt oſtenderet diuitias glorie ſue. in vaſa miſericordie ſue qui preparauit in gloriam quos et vocauit. quare. certe quia placet ſibi. Ibidem. An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem. aliud in cõtumeliam. ¶ Tercio vt ex malicia peccatorũ iuſti per patientiam purgentur perficiãtur et coronentur. vt dictum eſt de hereticis. nĩſi enim fuiſſet perſecutio tyrãnorũ nõ eſſẽt martyres per patientiam coronati. et ideo deus permiſit tyrãnos tyrãnidem exercere. vt martyres purgarentur et perficerentur et coronarentur. et ideo in malis dei omnipotentia oſtenditur qui de malis eorum elicit tot bona. et ideo bene dixerunt illi. Si deus eſt vnde mala. imo mala oſtendũt deũ omnino eſſe dum de malis eliciuntur bona quod ſolus deus poteſt facere. Et ſic patet quartum. ¶ L Quinto oſtendit magne equitatis iuſticia. quia ʒiʒania et triticum ſm̃ vtriuſqꝫ decentiam recondi mandet. nã in tempore meſſis. id eſt in finali iudicio in fine mundi vel particulari iudicio ſcilicet in morte vniuſcuiuſqꝫ dicet meſſoribus. id eſt angelis qui ad hoc deputati ſunt. et per quos deus ſua iudicia exercet. et in bonos et in malos. Colligite primum ʒiʒania id ẽ peccatores hereticos ⁊ ſciſmaticos q meſſem dei conati ſunt corrumpere ⁊ comburere ⁊ vaſtare. qui ſunt vulpes ſamſonis. q habent faces accenſas in caudis ad comburendum meſſem chriſtianorum. qui ſicut ʒiʒania ex corruptione aeris ⁊ ex terre malicia oriuntur. ſic ipi ex corruptione carnis ſunt nati ⁊ in corruptione ⁊ malicia mẽtis nutriti. ⁊ ideo de ipis ait. Ligate eos faſciculos ad comburendum vt qui fuerunt ſimul ligati in culpa. ſint ſimul ligati in pẽa. ſcʒ auari cũ auaris. luxurioſi cũ luxurioſis

et ſic ꝺ alijs. ⁊ poſtea fiat ꝺ oib⁹ vn⁹ faſcis magn⁹. ⁊ ad infernū proijciatur ad perpetuum ignē. Ubi nota ꝙ duo hic videtur ponere circa reproborum penam. ſcꝫ ſeparationem a bonis ⁊ ordinationē in penis. Primo ponit ſeparationem a bonis cum dicit. Colligite zizania. id eſt tollite eos ꝺ medio bonorum. ne cum eis ſocietatem habeant. neqꝫ faciem dei videant. yſa. xxvj. ſecundum lxx. Tollatur impius ne videat gloriā dei. que eſt principalis ⁊ eſſentialis pena dānatorum. ſicut viſio eſt tota merces. vt dicit augu. Secundo ordinationem in ſupplicijs oſtendit cum dicit. Et alligate ea faſciculos ad cōburendum. Grego. Si nullus ordo ī ſupplicijs ſeruandus eſt. cur comburenda zizania in faſciculos ligantur. Sed nimirū faſciculos ad comburendum ligare eſt hos qui eterno igni tradendi ſunt pares paribus ſociare. vt quos ſimilis culpa inquinat par etiam pena conſtringat. Et ſic videtur ꝺ ſit ordo ī inferno. Contra quod dicitur Job x. Ubi nullus ordo ⁊c. Ad quod dicendum ꝙ ī inferno triplex eſt ordo. Primus eſt diuine iuſticie. Augu. Peccatores in ſupplicijs ordinantur. vt nunq̄ ſit dedecus culpe ſine decore iuſticie. Secundus ordo eſt ſuppliciorum. quia non omnes equaliter puniuntur. deu. xxv. Pro menſura peccati erit ⁊ plagarum modus. Apoca. xviij. Quantū ſe glorificauit ⁊ in delicijs fuit. tantum date ei tormentum ⁊ luctum. Tercius ē ordo peccantium. quia illi qui fuerunt ſimiles in culpa ſociabuntur in pena vt dictum ē.

¶ Et ſimiliter quantum ad tria dicit non ibi eſſe ordo. Primo quia ibi elemēta ⁊ cetere creature non ſeruant ordinē ⁊ ſuā diſtinctionē. ſed cōmixta ſunt omnia ⁊ ſūt confuſa. ps. Ignis grando nix glacies ſps procellarum. Et ideo infernus vocat chaos. Luce. xvj. Secundo quia damnati non ſeruant ibi locum. Job. xxiiij. Ab aquis niuium tranſeunt ad calorem nimium. Res autem tūc īordinata dicitur quando frequēter mutat locum. Tercio quia elementa ibi mutant proprietates ſuas. nam proprietas aque ē extinguere ignē. ſed ibi nō extiguet. Item proprietas ignis eſt lucere. ſed ibi nō lucebit. proprietas aeris eſt lumen recipere lumen. ſed ibi non recipiet. Sequitur. Triticum autem congre. in hor. me. id ē electos qui nō ſunt ex corruptione carnis. ſicut zizania ex corruptione aeris. ſed ex deo nati ſunt. ⁊ non ſunt nati preter intentionem ſeminantis ſicut zizania. ſed ante ſecula a ꝺo predeſtinati. qui vt triticum excocti ſūt ad ſolem ⁊ deſiccati ad vētum. vt corpora ſua mortificarent ⁊ fierent acceptabile hoſtia coram deo ſicut de tritico fit hoſtia ſalutaris. Ad quod hortatur nos apoſtolus ad Ro. xij. Obſecro vos per miſericordiam dei vt exhibeatis cor. ve. ho. vi. ſanctā deo pla.

¶ Et nota ꝙ optime per triticū electi ſignantur. triticum enim tripliciter ꝯſiderare poſſumus. ſm triplicem electorum ſtatum. Primo poſſumus triticum conſiderare prout eſt in agro in quo fert fructum aliud centeſimum. aliud ſexageſimum. aliud triceſimum. Et ſignat ſtatum bonorum hominum in mundo exiſtentium ſeu viuentiū quorum aliqui ſeruant virginitatem. aliqui viuunt in continentia. aliqui in matrimōio. Secundo poſſumus ipm conſiderare prout eſt in area. in qua trituratur ſecernit a paleis ⁊ ventilatur a puluere. Et ſignat ſtatū religioſorum qui in clauſtro religionis frāgunt voluntatem ſuam per obedientiam ſecernuntur a palea ignita carnalis concupiſcentie perpetuam continentiam. ⁊ ventilātur a puluere terrene cupiditatis per volūtariam paupertatem. matthei. iij. Cuius vētilabrum in manu ſua et purgabit aream ſuam. Tercio poſſumus ipſum conſiderare prout eſt in horreo. vbi conſeruatur ad nutriendum ⁊ delectandum. Et ſignat ſtatum beatorum. qui in menſa dei nutriūtur et delectantur. Lu. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus vt edatis et bibatis ſuper menſam in regno meo. Pſalm. Inebriabuntur ab vbertate domus tue. Et ſic patet de euangelio.

## ¶ De epiſtola ſermo xxv.

Induite vos ſicut electi dei ſancti et dilecti. Col. iij. Sicut ſolent pueri qn̄ deprehendūtur fructus alienos capere veſtibus denudari et ſic remanent valde confuſi. ſic primi parentes noſtri quando pomum vetitum rapuerunt ſunt veſte innocentie denudati. que ſicut veſtis cooperiebat turpitudinem eorum. et ideo erant nudi et nō verecundebātur. Sicut veſtis tenebat eos calidos. et ideo erant nudi. et nullum frigus patiebant. Sicut veſtis valde ornabat eos quia ſicut lilium cādore luminis veſtiebat eos. et ideo nudi pulcerrimi apparebant. Sicut veſtis ferrea ab omni leſiuo conſeruabat eos. et ideo nudi ab aliquo non ledebantur. Et ſicut veſtis reuerendos exhibebat eos. optime enim veſtitos in reuerētia habemus. Et ideo ſic nudi ab āgelis ⁊ omnibus creaturis in magna reuerentia habebantur. Hac autem veſte denudati remanſerunt valde confuſi. quia hec omnia perdiderunt. et nos cum illis. ſtatim em̄ erubuerunt. et frigus et calorem ſenſerunt. et turpes et nudi apparuerūt. et omnia facta ſūt eorum leſiua. et angeli eos deriſerūt dicētes Ecce adam quaſi vnus ex nobis factus eſt. Et ſic denudati et confuſi eiecti ſunt de paradiſo. Hec omnia patent gen̄. iij. Luce. ix. Qui etiam diſpoliauerunt eum et plagis īpoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Et ſic patet ꝙ̄ optimum ſit hanc veſtem habere. et ꝙ̄ damnoſum ea carere. Hec autem veſtis per duo recuperari poteſt. ſcꝫ per baptiſmū et penitentiam. In baptiſmo enim homo hanc veſtem recuperat et induit. quia ī ipo virtus chriſti operatur. Gal. iij. Quicūq̄ in chriſto ieſu bap. eſtis chriſtū induiſtis. i. veſtem chriſti. Et ſicut veſtis innocentie ſupradicta quinqꝫ effecit in primis parētibus corporaliter. ita in nobis efficit quinqꝫ ſpiritualiter. Nam primo ipa operit multitudinem peccatorum. prouer. x. Omnia delicta operit charitas. j. pe. iiij. Charitas operit multitudinem peccatorum. Secūdo calore ignis ſpūſſācti facit nos valde calidos de quo dicitur Luce. xij. Ignem veni mittere in terram et quid volo niſi vt accēdat. Can̄. viij. Aque multe non potuerūt extinguere charitatem. Ro. viij. Quis nos ſeparabit a charitate chriſti. q. d. nullus. Tercio ornat animam valde. quia ipa eſt veſtis nuptialis que facit hominem dignum nuptijs regis eterni. et quicūqꝫ eam non habet pānoſus vt ribaldus reputatur de nuptijs repellendus. matthei. xxiiij. Quomō huc intraſti nō habēs veſtē nuptialem. Quarto ab omni leſiuo hominem defendit. j. pe. iij. Et quid eſt quod vobis noceat ſi boni emulatores fueritis. Imo quod plus ē omnia leſiua facit cooperari in bonum. Ro. viij. Diligentibus de. om. coope. in bonum. Quinto facit hominem valde reuerēdum ⁊ dignum honore. quia facit eum eterni regis filium. j. Johā. iij. Videte qualem charitatem dedit nobis deus vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Ad hanc precioſam veſtē induendam apoſtolus in hac epiſtola nos hortatur. in qua facit quattuor. Primo nos hortatur ⁊ modum induendi ⁊ cauſā aſſignat vt hanc precioſam veſtem induamus. in principio epiſtole. Secundo nos horta. vt hanc veſtem baltheo regio conſtringamus ibi. Super omnia autem hec charitatem habentes quod eſt vinculum perfectionis. Tercio nos hortatur vt cū hac veſte in pace chriſti ⁊ vnitate eccleſie gaudeam⁹ ibi. Et pax chriſti exul. in cor. ve. Quarto nos hortatur vt de tam precioſa veſte grati exiſtentes verbum laudis ⁊ doctrine ad chriſti honorem abundanter in labijs habeamus ibi. Grati eſtote ⁊ verbum chriſti habitet in vobis.

¶ Primo ergo nos hortatur ⁊ modū induendi ⁊ cauſam aſſignat. vt precioſam veſtem virtutum induamus. d. Induite vos ſcꝫ per baptiſmum ſi baptiſati non eſtis. vel per penitentiam ſi baptiſati eſtis. quia hec veſtis in baptiſmo donatur. ⁊ perdita per penitentiam recuperatur Induite ergo vos quia coram celeſti rege nudi apparere non debetis. Adam em̄ valde erubuit coram domino nudus apparere ⁊ abſcondit ſe vt patet gen̄. iij. Apoca. xvj.

Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nu-
dus ambulet. ¶ M Aſſignat in triplicē
cauſam quare precioſam veſtem virtutum
induere debemus. vbi etiam innuitur indu-
endi modus. quia electi dei ſancti ⁊ dilecti.
Electi autem eterna electione. Ep. he. pmo
Elegit nos ante mundi conſtitutionem.
Sancti vero ſacramentorum perceptione.
que virtute chriſti hominem ſanctificant
⁊ iuſtificant. j. corinth. vj. Sed abluti eſtis
ſed ſanctificati eſtis. ſed iuſtificati eſtis in
no. d. ie. chriſti. Sed dilecti ſanguinis chri-
ſti redemptione tanꝗ dilectis filijs exhibi-
ta. Apoca. j. Qui dilexit nos ⁊ lauit nos a
peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Quos er-
go elegit ſanctificauit ⁊ redemit. ergo hanc
veſtem precioſam virtutum induere debe-
mus quia electi ⁊ ſanctificati ⁊ dilecti. ⁊ ſi-
cut electi ſancti ⁊ dilecti. ita quia et cauſa
⁊ modus induendi in his verbis innuitur.
¶ Primo ergo debemus induere qꝛ electi
ſcꝫ ad ſtatum gratie in preſenti ⁊ glorie in
futuro. Ad celeſtem ergo habitationem et
conuiuium eternum ſumus electi ⁊ vocati
⁊ ideo debemus dignas veſtes induere. illi
enim qui ad aliquem ſtatum et dignitatem
eliguntur induunt veſtes honorabiles. ij.
corinth. v. Habitationem celeſtem ſuperin
dui cupientes ſi tamen veſtiti ⁊ non nudi i-
ueniamur. De ioſeph legitur ꝙ ſolum. quia
debuit coram rege comparere protinus to-
tonderunt ⁊ veſte mutata obtulerunt eum
regi. gen. xlj. In aula regis aſſueri nullus
debebat ſtare veſtitus ſacco. vt patꝫ heſter.
iiij. ſic in aula dei. Et ideo ille non hñs ve-
ſtem nuptialem expulſus eſt de nuptijs. vt
patet matthei. xxij. ¶ Secundo debemus i
duere. quia ſancti id eſt mundi per ſacramē
torum ſuſceptionem vt fiamus habitaculū
dignum dei. ij. corinth. vij. Vos eſtis tēplū
dei viui. Camera enim magni dñi pulcris
pānis ornat. mltomagis nos debem⁹ veſtes
virtutum pulcras induere cum ſimus tem-
plum dei. ⁊ ſpūſſanctus habitet in nobis vt
dicit apls. j. corinth. iij. j. mach. iiij. Orna-
uerunt faciem templi coronis aureis ⁊ ſcu
tulis. ps. Sanctificauit id eſt mundauit et

ornauit tabernaculum ſuum altiſſimus.
¶ Tertio debem⁹ induere. qꝛ dilecti amici dei
et cari. Care eñ nos emit et redemit. ſ. ſuo
ſanguie pcioſo vt caros nos haberet. Cari
aūt amici regis pcioſis veſtib⁹ induūtur vt
patet d ionatha. j. mach. xj. Vbi dicitur ꝙ
antiochus dedit ei poteſtatē eſſe in purpu-
ra. et hēre fibulam aureā añ pcetus tanꝗ
amico regis. Sic de⁹ vult ꝙ amici ſui ſint
in purpura que eſt veſtis regalis. id eſt ha-
beant charitatem in anima. que per purpu
ram ſanguine conche rubricatam ſignifica
tur. ⁊ habeant fibulam auream añ pectus
id eſt carnis continentiam. Fibula eñ con-
ſtringit pectus. ne poſſit videri vel tangi.
per quod carnis continentia deſignat. Cañ
v. Dilectus meus candidus per carnis cō-
tinentiam ⁊ rubicundus per charitatis ig-
nem. inter vbera mea commorabitur tanꝗ
carus ⁊ dilectus amicus. ſicut iohānes euā
geliſta recubuit ſupra pectus chriſti. De
quo ipe multum gloriatur dicens. Hic eſt
diſcipulus ille qui ſupra pectus domini in
cena recubuit. Et ſic amici dei debent eſſe i
corpore ⁊ in anima veſtiti. prouerbi. xxxj.
Omnes domeſtici eius veſtiti duplicibus.
¶ Conſequenter cum dicit. Viſcera miſeri-
cordie benignitatem ⁊c. determinat genus
veſtimentorum. iſta enim veſtis eſt veſtis
virtutum ⁊ luminis ⁊ glorie quam induere
debemus. yſa. lij. Induere veſtimentis glo
rie tue hieruſalem ciuitas ſancta. Ro. xiij.
Induimini do. ieſum chriſtum. id eſt vir-
tutes domini noſtri ieſu chriſti. ¶ P Po
nit autem apoſtolus hic ſeptēꝫ virtutes ex
quibus debet veſtis iſta eſſe cōtexta tanꝗ
ex multis coloribus. prouer. xxxj. Stragu-
latam veſtem fecit ſibi. id eſt variam biſ. ⁊
pur. in. eius. ¶ Prima eſt miſericordia cor
dis. Et hoc eſt. Viſcera miſericordie id eſt
i intimo cordis miſericordiam habete. id ē
cordis cōpaſſionem vt miſeris ⁊ afflictis ꝯ
patiamini. Miſericordia enim id eſt miſis
dans cor ethimologiſatur. Matthei. ix. Eū
tes diſcite quid eſt miſericordiam volo et
non ſacrificium. ¶ Secunda eſt beneficen
tia operis. vt ſicut homo cōpatiſ proximo



in corde ita benefaciat in opere. Prima ē
elemoſina interior Secunda exterior. Et h
eſt. benignitatem ſup. induite. vt veſtra mi-
ſericordia per benigna opera manifeſtetur.
Hec autem beneficentia operis et elemoſi
na exterior in duo diuiditur. quia quedam
eſt elemoſina corporalis. et diuiditur in ſex
opera miſericordie. que in hoc verſu conti
nentur. Veſtio cibo poto tego redimo viſi-
to condo. Alia eſt elemoſina ſpūalis ad ani
mam pertinens. et continet ſex alia opera
miſericordie que in hoc verſu continentur
Conſule caſtiga ſolare remitte fer ora.
¶ N Notandum autem ꝙ ad miſericor
diam in effectu et affectu proximo exhibē
dam id eſt ad compaſſionem cordis et bene
ficentiam operis tria nos inducunt. Pri-
mum eſt colligantia membrorum. quia vt
dicit apls ad ephe. iiij. Omnes vnum cor-
pus ſumus in chriſto. caput autem chriſt⁹
Cum autem patitur vnum membrum cō-
patiuntur omnia membra. Similiter cum
patitur vnus fidelis reliqui debent et com
pati. ij. corinth. xj. Quis infirmatur et ego
non infirmor. quis ſcandaliſatur et ego nō
vror. Secundum eſt aſſimilatio capitis. qꝛ
in hoc opere chriſto capiti noſtro aſſimila
mur. qui compatiens miſerijs noſtris volu
it fieri homo et eas experiri. vt ab ipis nos
liberaret. Hebre. iiij. Non habemus ponti
ficem qui non poſſit cōp. infir. no. tempta.
au. per omnia. Matthei. xv. Miſereor ſu-
per turbam quia iam triduo ſuſtin. me nec
ha. quid man. Miſertus eſt enim adultere
et liberauit eam. Iohān. viij. Mulier vbi
ſunt qui te accuſauerunt ne. te. cōdem. ⁊c.
Compaſſus eſt chananee ⁊ exaudiuit eam
Matthei. xv. O mulier magna ē fides tu.
⁊c. Compaſſus ē et petro et reſpexit retro.
Luce. xxij. Et cōuerſus do. reſpe. pe. Com-
paſſus eſt matri et cōmendauit eā iohanni
Iohā. ix. Ecce mater tua. Compaſſus eſt
magdalene et apparuit ei. Ioh. xx. Maria
ſtabat ad monumentum foris plorās. Cō-
paſſus eſt et diſcipulis et venit ad eos. Io
hānis. xx. Venit ieſus et ſtetit in medio diſ
cipulorum ſuorum. Tercium eſt meritum

retributionis. Multum enim in hoc opere
meremur quod patet. quia quicquid i hoc
proximo facimus chriſtus reputat ſibi fac-
tum. Matthei. xxv. Quod vni ex mi. m. f.
mi. fe. Et ideo multū meremur. Cuius rō ē
qꝛ i miſericordia dat hō proximo quicquid ha
bet ſcꝫ cor interius ⁊ omnia ſua bona exte-
rius. matthei. v. Beati miſericor. quoniaꝫ
ipi mi. cōſequētur. ¶ Tercia virtus ex qua
veſtis debet eſſe contexta eſt humilitas vt
in gratijs ⁊ bonis nobis datis ⁊ in bonis
operibus que facimus non ſuperbiamus.
ſed in humilitate mentis ⁊ corporis ſemꝑ
maneamus. Luce. vij. Cum fece. oīa q̄ pre.
ſunt vo. di. ſerui inuti. ſumus. Et hoc i hu
militatem. ¶ H. Et nota ꝙ ad humilita-
tem ſeruandam tria nos inducunt. Pr. mū
eſt conditio noſtra. ſi enim conſideramus in
troitum ⁊ exitum noſtrum. ⁊ quot miſerijs
ſubiacemus habemus materiaꝫ magne hu
militatis ⁊ non ſuperbiendi. Ecci. x. Quid
ſuperbis ci. ⁊ ter. mich. vj. Humiliatio t. i
medio tui. Voluit deus ventrem ponere ā
te oculos vt homo poſſet reſpicere vñ de-
beret humiliari. Bernar. Quid ſuperbis
ſaccus ſtercorum ⁊ cibus vermium. memē
to vnde veneris ⁊ erubeſce vbi ſis ⁊ inge-
miſce quo vadis ⁊ contremiſce. Secundūꝫ
eſt exemplum creatoris ⁊ tocius creature.
Nam creator ſeipm humiliauit formā ſer-
ui accipiens ⁊ humilem matrem ⁊ humi-
les diſcipulos elegit. humile iumentum eq-
tauit. humile obſequiū exhibuit dum pedes
diſcipulorum lauit. Matthei. xj. Diſcite a
me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Simi
liter tota creatura humilitatem obſeruat.
dum miniſteria ſua humiliter implet ⁊ ſuo
creatori humiliter obedit Baruch quarto
Stelle quoqꝫ vocate ſūt ⁊ dixerūt aſſumus
⁊ luxerunt cum iocunditate ei qui fecit il-
los. Tercium eſt magna punitio quam pro
ſuperbia legimus fore factam. vt patet in
demonibus ⁊ primis parentibus. ⁊ in ſen-
nacherib ⁊ pharaone ⁊ in multis alijs. Et
magnum meritum humilitati reddendum.
vt ſi non terret ſuppliciū alliciat premium
Iob. ij. Qui humiliatus fuerit erit in glia

Humilitas enim eſt menſura exultationis ⁊ retributionis. quia quantum quis ſe humiliat tantum remunerabitur ⁊ exaltabit. Lu. xiiij. Qui ſe humiliat exaltabitur.

¶ Quarta virtus ex qua debet hec veſtis eſſe contexta eſt modeſtia operuꝫ ⁊ ſermonū vt in omnibus modum debitum teneamus Phil. iiij. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Et hoc eſt. modeſtiam.

¶ S Debemus autem modeſtiā maxime circa tria obſeruare. Primo circa verba. vt modeſte loquamur. Ecci. xxviij. Verbiſ tuis facito ſtateram. ⁊ frenos ori tuo rectos. In lingua enim maxima immodeſtia ⁊ diſtemperantia apparet. ⁊ ideo maxime i diget freno. Jaco. iij. Omnis natura beſtiarum ⁊ volucrum ⁊ ſerpentum ⁊ ceterorum domatur. ⁊ domita ſunt a natura humana. linguam autem nullus hominū domare poteſt. Inquietum enim malum eſt. plena veneno mortifero. Propterea petiuit dauid dicens. Pone dn̄e cuſtodiam ori meo. Secundo debemus obſeruare modeſtiam circa temporalia ⁊ in acquirendo et in vtendo. multi enim ſe conſumunt vt tēporalia acquirant. mare ⁊ aridam peragrātes. ⁊ nullum finem ponūt ad acquiſitionē eorum. Cōtra quos matthei. vj. Nolite ſo. eſſe in cra. di. quid man. aut bi. querite primum querite regnū dei ⁊ iuſticiam eius. et hec om. adi. vobis. Et multi effrenate bōa acquiſita conſumunt. prouer. xiij. Vacantes potibus ⁊ dantes ſimbola cōſumentur. Ecci. ij. Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur. Tercio debemus modeſtiam habere circa ſcibilia. vt ea q̄ decent ⁊ expediunt nobis ſcire velimus. Ro. xij. Non plus ſapere q̄ꝫ oportet ſapere. ſed ſapere ad ſobrietatem. Circa ſcibilia auteꝫ maxima immodeſtia inuenitur ⁊ mirabiliter nociua. Quidam enim totum tempus ſuum expendunt in quibuſdaꝫ ſcientijs nullius vtilitatis. ſemper diſcentes ⁊ nunq̄ꝫ ad ſcientiam veritatis peruenientes. vt dicit apl's. ij. ad corinth. iij. Quidam inſiſtūt toto poſſe quibuſdam ſcientijs lucratiuis. et deceptiuis. Quidam attendunt ſpiritibus errorum ⁊ doctrinis demoniorum. vt dicit apl's. j. thi. iiij. Quidam conātur ſcire que facultatem ſuam excedunt vt trinitatē diuinarum perſonarum ⁊ predeſtinationem hominum. Contra quos ecci. iiij. Altiora te ne queſieris. ⁊ prouer. xxv. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria.

¶ Quinta virtus ex qua debet hec veſtis eſſe contexta eſt patientia in aduerſis. vt patiēter toleremus aduerſa. ij. corinthio. vj. In omnibus exhi. vos ſicut dei mini. in multa patientia. Et hoc eſt patientiam. Debem⁹ autem in aduerſis patientiam habere propter tria. ¶ T Primo quia patiētia ditat hominem. Nam patiens de omni malo lucratur. de quo alij perdūt. ſcꝫ de cōtumelia de fame ⁊ de ſiti frigore ⁊ calore. Matthi. xviij. Patientiam habe in me ⁊ oia reddā tibi. ſcꝫ duplicata. Ipa enim eſt ſaccus meritorum. qui quanto plus extenditur tanto plus impletur. Patientia ſicut vrſus verberibus impinguatur ⁊ ſicut ſalamandra i igne tribulationis viuit. ⁊ ſicut aurū i igne depuratur. impatiens vero ſicut plumbum in igne conſumitur Mirabile eſt de patientia. quia inimici ſui ſoluunt ei omnia debita ⁊ ditat eam habentem. Secundo q̄a patientia hominem martyrem eſſe facit. gregorius. Sine ferro ⁊ flāmis martyres eſſe poſſumus ſi patientiā veraciter in anima ↄſeruamus. Nonne marcellus papa celebratur vt martir ꝓpter patiētiā quā habuit i cuſtodia animalium. cum tamen nō fuerit gladio interemptus. Jacobi. j. Patientia opus perfectum habet. opus perfectuꝫ eſt martyrium. Vnde vir patiens dicitur multomagis miracula facere ſicut martyr. gregorius. Ego virtutem patientie ſignis ⁊ miraculis maiorem eſſe puto. Cuius ratio ē. quia martyrium gladij paruo durat tēpore ſed martyrium patientie quandoq̄ꝫ durat xx. xxx. vel xl. ānis. Tercio quia patientia in prelio ſpūali protegit hominem ab omi ictu. ⁊ omnino neceſſaria eſt ſiquis vult illeſus de prelio mundi exire. Hebre. x. Patientia nobis neceſſaria eſt. ¶ Sexta virt⁹ ex qua debet hec veſtis eſſe contexta ē ſupportatio penalitatum infirmitatum ⁊ defectuum proximi. Ro. xv. Debemus autē nos infirmiores infirmitates aliorū ſupportare Galath. vj. Alter al. onera por. ⁊ ſic adimplebitis legē chriſti. Vnuſquiſq̄ꝫ habet ſuos defectus. Sicut ergo quis vult in ſuis defectibus ſupportari. ita debet alios ſupportare. Matthei. vij. Queccūq̄ꝫ vultis vt faciāt vo. ho. ⁊ vos fa. illis. Chriſtus enim qui nullum habuit defectum portauit patienter graues mores hominū per. xxxiij. ānos ⁊ quotidie de⁹ graues mores noſtros ſupportat.

¶ Septima virtus ex qua debꝫ hec veſtis eſſe contexta eſt remiſſio offenſarum. vt ſcꝫ remittamus proximo offenſas culpabiles nobis illatas. relinquentes deo vindictam tanq̄ꝫ iudici viuorum ⁊ mortuorum. Ro. xij. Mihi vin. ⁊ ego retri. di. dn̄s. Sicut chriſtus pendens in cruce om̄es remiſit offenſas. o. Luce. xxiij. Pater di. il. ⁊c. Sic ⁊ nos debemus dimittere. Et hoc eſt quod dicit. Donantes id ē parcentes vobiſipis. ſiquis aduerſus aliquem habet querelam. ſicut ⁊ chriſtus donauit vobis ſcꝫ in baptiſmo ⁊ penitentia omnes offenſas veſtras ita ⁊ vos debetis alijs parcere. Et h̄ eſt neceſſarium ad ſalutem. aliter deus non remitteret nobis peccata nec exaudiret nos in aliquo. matthei. xviij. Serue neq̄ꝫ nōne oportuit te miſereri cōſerui tui ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum. Ecci. Relique proximo tuo nocenti tibi ⁊ tunc tibi precanti peccata ſoluentur. Mirabile eſt. hō homini ſeruat iram ⁊ a deo querit medelam. cum tamen chriſtus dicat matthei. vj. Si non dimiſeritis hominibus peccata eorū nec pater ve. di. vo. pec. ve. Et nota q̄ ſupportare defectus aliorum ⁊ dimittere offenſas ſunt due elemoſine ſpūales deo valde accepte ⁊ hominibus neceſſarie ad ſalutem. Et ſic patꝫ primum.

¶ Secundo nos hortatur apl's vt hanc precioſam veſtem baltheo regio ſcꝫ charitate precingamus. Omnes enī virtutes defluerent ad terrena niſi charitate ſtringerentur in anima. Charitas autem vnit virtutes in anima ⁊ vnit hominem deo ⁊ eccleſie. ⁊ per cōſequēs eſt vinculū ꝑfectiōis. Et hoc eſt quod dicit. Super omnia autē hec habete charitatem tanq̄ꝫ baltheū omnes ſupradictas virtutes conſtringentem ⁊ ordinantem que vel quod eſt vinculū perfectionis ⁊ non ſeruitutis. Ecci. vj. Vincula illius alligatura ſalutaris. Eſt etiam vinculum ſuauitatis. Matthei. vj. Iugū enī meum ſua. eſt ⁊ onus m. le. Eſt etiā vinculum magne ſalutis ⁊ virtutis oia trahens Omne eniꝫ voluntarie agens trahitur ab amore rei. bonum enī amatum mouit operantes. vt dicit phs. Hec traxit filium dei de celo ad terram ⁊ facit hominem trahere ad celeſtia. Oſee. xj. In funiculis adam traham eos in vinculis charitatis. Hiere xxxj. In charitate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miſe. Et ſic patet ſecundum.

¶ Tercio nos hortatur apl's vt cū veſte hac in pace chriſti ⁊ vnitate eccleſie exultemuſ Solent enim mulieres indute ⁊ honorate ⁊ in nobili ſocietate exiſtentes ⁊ pace multum exultare. Sic ⁊ nos hac veſte precioſa induti. in pace chriſti ⁊ vnitate eccleſie viuentes multū gaudere debemus. Phil. iiij. Gaudete in do. ſemper. Et hoc eſt qd̄ dicit. Et pax chriſti a chriſto ſcꝫ data vel qualis fuit in chriſto. Jo. xiiij. Pacem relinquo vobis. pa. meā do vo. Exultet i cordibus veſtris. i. in cordibus veſtris exiſtēs exultare vos faciat. phil. iiij. Et pax chriſti que exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda vr̄a ⁊ itelligētias vr̄as. In qua ſ. pace vocati eſtis i vno corpe. i. ad viuēd̄ i vno corpe qd̄ ē ecclia. q² i pace vocauit nos de⁹ j. corinth. x. Vnum corpus multi ſumus i chriſto. Et ideo chriſtus ingrediens in mūdum pacem ānunciari fecit. Luc. ij. In terra pax hominibus. Vadens per mundum pacem predicari fecit. Lu. x. In quācūq̄ꝫ domū intraueritis primum dicite pax huic domui. Egrediens de mundo pacē in teſtamentum legauit. Jo. xiiij. Pacē relinquo vobis. Surgens a mortuis pacē nobis apportauit dicens. Pax vobis. Jo. xx. Et ſic patet tercium.

¶ Quarto nos hortat̄ apl's vt de tam precioſa veſte nobis in xp̄i pace ⁊ eccleſie vnitate collata grati exiſtamus.

Et hoc ē. Grati eſtote ſcȝ de tātis gratijs
quia ingratitudo eſt ventus vrēns. ſiccans
fontem pietatis ⁊ rorem miſericordie ⁊ fōn-
tem gratie. vt dicit bernar. Sap. Ingrati
ſpes quaſi glacies hybernalis contabeſcet.
Conſequenter cum dicit. Verbum chriſti.
oſtendit in quo debet eſſe talis gratitudo.
Et dicit ꝙ debet eſſe in duobus. Primo in
diſtributione talenti accepti a deo quantū
ad proximum. Et hoc eſt. Verbum chriſti
habitet in vobis. id eſt hic eſt modus gra-
titudinis vt verbum chriſti habitet in vo
bis. id ē intellectus ⁊ obſeruatio verbi xpi.
⁊ hoc abundanter. vt non ſolum habitet ī
vobis verbum chriſti. ſed in omni ſapiētia
ſitis docentes ⁊ cōmonentes voſmetipſos.
ita vt vnus doceat alterum. Sitis ergo do
centes inſcios verbum chriſti ⁊ cōmonen-
tes pigros vt ſeruent verbum dei. Et ī qui
bus debeant ſeipos docere oſtendit di. In
pſalmis qui de moribus agūt. ⁊ in hymnis
qui de laude dei agunt. ⁊ canticis ſpūalibꝰ
que ſunt de bono eterno. Eph. v. Loqn̄tes
vobiſmetipis in hymnis ⁊ canticis ſpūali-
bus. Secundo debet eſſe iſta gratitudo q̄-
tum ad proprium profectum interioris ac-
tus. Et hoc eſt. Sitis cantantes ad hono-
rem domini. Et hoc in cordibus veſtris in
gratia que data eſt vobis. id ē in conſidera
tione beneficiorū dei que vobis per gratiā
dei ſunt collata. Et ſic patet quartum.

## Dominica ſeptuageſime de euangelio ſermo. xxvj.

Simile eſt regnū celorū homi
patrifamilias qui exijt primo
mane conducere operarios in
vineam ſuam. matthei. xx. In
hac ſacra dominica ſeptuageſi
me triplex ſimilitudo ꝑponitur nobis. ſcȝ la
borantium in vinea. currentium in ſtadio.
⁊ pugnantium in agone. Cuius ratio ē. qa
hac nocte recolit eccleſia quō expulſus fu-
it adam de paradiſo. ⁊ in hanc vallem mi-
ſerie proiectus. In qua conſtitutum eſt ei
laborare. currere ⁊ pugnare. Primo man-
datum eſt ei laborare vt laborem manuum
ſuarum manducet. Gen. iij. Maledicta ter-
ra in opere tuo. in labore comedes ex ea. et
rurſum. In ſudore vultus tui veſceris pa
ne tuo. Job. v. Homo naſcitur ad laborē.
Laborandum eſt ergo quia merces ē mag
na et fructus glorioſus. Sapi. iij. Bo-
norum laborum glorioſus eſt fructus. Se
cundo mandatum eſt ei currere. vt per ve-
locem curſum brauium ciuitatis ſue quod
perdidit recuperet. j. corinth. ix. Sic curri-
te vt comprehendatis. Currendum ē ergo
quia brauium currenti ⁊ nō ſtanti ꝯfertur
Tercio mandatum eſt ei pugnare. vt per
victoriam inimicorū ciuitatē ſuā reintret.
Job. vij. Militia eſt vita hominis ſu. ter.
Pugnandum eſt ergo quia ſolum vincen-
tes coronātur. ij. Thi. ij. Nemo co. niſi qui
le. cer. De primo agitur in hoc euangelio.
De duobus ſecundis in epiſtola. Agitur ei
in hoc euangelio de laborantibus in vinea
eccleſie ⁊ penitentie. In quo quidē euā-
gelio quinqȝ continentur. Primo ibi ſub
quadam ſimilitudine diuine bonitatis mag
nitudo demonſtratur ex operariorum con-
ductione. in principio euāgelij. Secūdo hu
mane pigricie ocium redarguitur in ocio-
ſorum redargutiōe. ibi. Quid ſtatis hic to
ta die ocioſi. Tercio diuine retributionis
magnificentia declaratur in denariorū col
latione. ibi. Cum autem ſero factum eſſet
dixit dn̄s vinee. vo. ope. ⁊ red. il. mer. Quar
to fraterne felicitatis inuidentia ſubinfert
in operariorum murmuratione. ibi. Et ac-
cipientes murmurabant aduer. patremfa.
di. Hi no. v. ho. fe. ⁊c. Quinto ꝑſumptiōis
audacia exprimitur ⁊ deſperatiōis deiectio
ſubleuatur in parabole adaptione ibi. Sic
erunt primi nouiſſi. ⁊ no. pri. Multi ſunt
vo. pau. ve. ele. Primo ergo ſub quadā
ſimilitudine diuine bonitatis magnitudo ꝺ
monſtratur in operariorum conductione.
Et hoc eſt quod dicit. Simile ē reg. celoꝝ
id eſt ſimile eſt negocium eccleſie militātis
huic negocio quod fuit vel eſſe potuit. Lit
tera plana eſt. Et quia hec eſt quedam ſi-
militudo. ideo eſt eius miſtica expoſitio re-



quirenda. Iſte ergo paterfamilias eſt deus
pater cuius celum ⁊ terra vna domus ē vt
dicit criſo. qui habet tres familias. ſcȝ an-
gelos ⁊ ſanctos in celo qui letātur. hoīes ī
mundo qui preliātur. Vnde ⁊ eccleſia mili
tans vocatur. ⁊ demones ⁊ damnatos ī in
ferno qui tormētātur. Iſte deus pater plā-
tauit vineam ⁊ operarios conduxit. vt fide
liter laborātes in ea ad celeſtem familiam
transferātur felicitatis eterne denariū rece
pturi. Vbi nota ꝙ per hanc vineā duo ſig-
nificari poſſunt que congrue cū hac ſimili-
tudine currunt. Primo per hanc vineā ec
cleſia militans ſignificatur. yſa. v. Vinea do
mini exercituū domus iſrael eſt. Sec. Iſte
paterfamilias eſt cōditor noſter qui habet
vineā vniuerſalem eccleſiaȝ que eſt ab abel
vſqȝ ad vltimum electum qui in fine mun
di naſciturus eſt. que quot ſanctos protulit
quaſi tot palmites miſit. Hic pater exit ad
colendum vineā mane hora tercia ſexta no
na ⁊ vndecima. ⁊ operarios conducit. qa a
mundi huius initio vſqꝫ ad finē ad erudien
dum fidelium plebem predicatores mittere
nō deſiſtit. Huius vinee chriſtus eſt vitis.
⁊ omnes fideles palmites. Jo. xv. Ego ſū
vitis ⁊ vos palmites. Propt quat
tuor autē eccleſia militās per vineā deſigna
tur. Primo rōne apparētie. ⁊ hoc quātū
ad locū ⁊ quantū ad tps. Quantū ad locū
nā vinea iuxta terrā turpiſſima apparet. ſȝ
in frōdibus ⁊ in alto pulcerrima ē. ſic facta
eccleſia h in terra turpiſſima apparet. quia
ceci ⁊ claudi ⁊ rugoſe vetule cū multis mi
ſerijs ſunt in ea. Lu. x. Pauperes ⁊ debil.
ce. ⁊ clau. intro. huc. Superius autē ī celo
eſt pulcerrima. qꝛ oēs ſunt reges ⁊ regine
⁊ ſancti. j. pe. ij. Regale ſacerdotiū. gens ſā
cta. populus acquiſitiōis. Similiter quātū
ad tēpus. nā tpe hyemali vinea tota appa-
ret turpis ⁊ diſſoluta. ⁊ nulla prouidentia
gubernata. In vere autē ⁊ eſtate apparet
tota pulcra ⁊ ordinata. Similiter eccleſia ī
tpe pn̄tis hyemis. i. aduerſitatis tota videt
turpis ⁊ diſſoluta ⁊ nulla prouidētia guber
nata. qꝛ in ea mali exaltātur ⁊ boni depri-
mūtur. Hiere. xij. Quare via impiorū pro
ſperatur. bene eſt omnibus qui iniq̄ agunt.
In futuro aūt tpe eius pulcritudo ⁊ ordo
apparebit. j. Jo. iij. Chariſſimi filij dei ſu-
mus. ſed nondū apparuit quid erimus. cum
autē apparuerit ſimiles ei erimus. phil. iij.
Reformabit corpus humilitatis noſtre cō
figuratū cor. cla. ſue. Secundo per vine-
am eccleſia deſignatur ratiōe exiſtētie. quia
tota virtus vitis ⁊ bonitas in vuis appa-
ret ⁊ non in frondibus. Sic tota virtus ec
cleſie eſt in operibus charitatis. ⁊ nō in fo-
lijs verborum et veſtimentis ouiū et reli-
gionum. Matthei. vij. Non omnis homo
qui dicit mihi do. do. in. reg. ce. ſed qui fe.
vo. pa. m. Jacobi. ij. Oſtendas mihi fidem
tuam ex operibꝰ tuis. Vnde illa ficulnea q̄
non habebat niſi folia. maledicta eſt a xpo.
vt patet matthei. xxj. Quidam in eccleſia
dei habent ſolum verba ⁊ non facta. Qui
dam nec verba nec facta. ſed ſolum veſtes
ſanctitatis. qui ſunt amputa[illegible] in ignem
mittendi. Johā. xv. Omnem [illegible]item in
me non ferentem fructum tol. e. [illegible] ergo
eſt verus palmes iſtius vinee quando in ea
vue reſpondent frondibus ⁊ frondes vuis
id eſt facta verbis ⁊ habitui. ⁊ verba ⁊ ha
bitus factis. Oſee. x. Vitis frondoſa iſrael
⁊ fructus adequatus eſt ei. Tercio per vi
neam eccleſia deſignatur ratione preſciden-
tie. quia ſicut vitis preciſa ad nullum opus
eſt apta niſi ad ignem. ſic palmites eccleſie id
eſt fideles ſi per peccatū a chriſto ꝑcidētur
nihil valent vltra niſi ad ignē inferni proij
ciantur. Ezech. xv. Fili hominis quid fiet
de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum
nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus
quaſi dicat non. Vnde ſubdit. Etiam cum
eſſet integrum non erat aptum ad opus.
Vnde ſicut palmites dum herent viti om-
nibus lignis ſunt meliores. ⁊ preciſi a vite
viliores. ſic fideles eccleſie dum chriſto ad-
herent per fidei ſtabilitatem omnibus alijs
nationibus ſunt meliores ⁊ digniores. ⁊ ꝑ-
ciſi per peccata mortalia peiores. Eccleſia-
ſtici. ix. Melior eſt canis viuus leone mor-
tuo. Matthei. v. Si ſal euanuerit ad nihi-
lum valet vltra niſi vt mittatur

foras et conculcetur ab hõibus. Quarto per vineã eccleſia deſignatur ratiõe putationis ⁊ colligantie. quia ſicut vinea deuaſtat̃ niſi putetur ⁊ ligetur ⁊ vertitur in labruſtas ⁊ aſcẽdunt ſuper eã vepres. ſic eccleſia dei niſi purgetur a vicijs ⁊ tyrãnis ⁊ ab hereticis quiexterminãt eam deuaſtatur ⁊ cõſumitur ⁊ aſcendunt ſuper eam vepres. id ẽ hereſes ⁊ peccata. yſa v. Nunc oſtendã vobis quid faciã vinee mee. Et ſubditur. Nõ putabitur ⁊ nõ fodietur ⁊ aſcendent ſuper eam vepres ⁊ ſpine. ⁊ ideo oportet eã purgari. Luce. iij. Cuius ventilabrum in manu ſua ⁊ purgabit aream ſuam. De hac vinea dñs multum conqueritur. quia cũ ita diligenter plantauerit eam. Nã vt dicit bernñ. Hec vinea eſt plantata manu dei. redẽpta ſanguine chriſti, irrigata verbo veritatis di propagata gratia ⁊ virtutibus ⁊ fecũdata ſpũſſancti donis. tam omnes vuas magnas aſportat dyabolus. ⁊ ipe non niſi racemos colligere poteſt. Mich. vij. Factus ſum ſic qui colligit racemos in autũno vindemie.

Iſta vinea eſt figurata per vineã quaz noe plantauit. ⁊ bibens vinũ eius inebriatus ẽ ⁊ nudatus in tabernaculo ſuo. vt patet gen. ix. Filius enim dei amore iſtius vinee inebriatus eſt. ⁊ ſicut ebrius i cruce nudatus. Ad iſtã vineam miſit dñs eruditores ⁊ cuſtodes hora prima ſiue mane. qd fuit ab adam vſq3 ad noe. qui fuerunt abel et enoch ⁊ multi alij. Similiter hora tercia q̃ fuit a noe vſq3 ad abraam. qui fuerunt noe ⁊ tres filij eius ⁊ iob ⁊ multi alij. Similit̃ hora ſexta. que fuit ad abraã vſq3 ad moyſen. qui fuerunt abraã ⁊. xij. patriarche. Similiter hora nona. que fuit a moyſen vſq3 ad chriſtum. qui fuerunt moyſes ⁊ omnes prophete. Similiter hora vndecima. que ẽ a chriſto vſq3 ad finem mundi. qui fuerũt apoſtoli ⁊ diſcipuli chriſti ⁊ omnes predicatores in nouo teſta. qui mercedem plenã receperunt. ⁊ primo denariũ dei effigiatum in carne hũana. ſcilicet chriſtum qui ẽ imago dei ipi cognouerunt ⁊ receperunt. Joh. xvij. Et ipi cognouerunt ⁊ crediderunt vere quia tu me miſiſti. Et ideo chriſtus dixit eis. Beati oculi qui vident q̃ vos videtis. Luce. x. Latroni etiam de cruce qui in hac vltima etate venit primo dictum eſt q̃3 omnibus alijs prioribus. Hodie mecũ eris in para. Luce. xxiij.

Et nota q̃ multi reprehenduntur qui hac vltima etate i qua nos ſumus eccleſiam dei per veram fidem ⁊ opera bona non ingrediuntur. Et hoc propter tria. Primo quia magna virt⁹ emanat a paſſione chriſti ad intrandum ⁊ perſiſtendum ⁊ laborandũ in vinea. Luce. vj. Virt⁹ de illo exibat. Et ideo apl̃s dicit. Oĩa poſſum in eo qui me cõfortat. Johãnis. xvj. Confidite quia ego vici mundum. Secundo quia intrantes hanc vineam modicũ laborant ⁊ ſtatim remunerãtur. Antiqui patres per multum tempus ſc3 per octingentos aut ſexcentos ãnos laborauerunt. ⁊ tarde remunerati ſunt. ſc3 in morte chriſti qui mortuus eſt vndecima hora. id eſt vltima etate mundi. Sed modo [illegible] laborare oportet. ⁊ ſtatim quieſcimus recipientes denarium felicitatis eterne. Eccl. lj. Modicum laboraui ⁊ inueni mihi multam requiem. Tercio quia via eſt illuminata ⁊ abbreuiata. Nam olim propter magnã guerram via que ducit ad celum ibat per infernum. ⁊ tenebras ⁊ faciebat magnum circuitum. mõ vadit ⁊ ducit ad celum recto tramite. Matth. iij. Penitẽtiã agite appro. ei re. ce

Nota etiã q̃ hanc vineã dñi quattuor deuaſtãt ⁊ impugnãt. Prio verſucia hereticorũ qui falſa expoſitiõe ſcripture et peſtifero dogmate eccleſiã totã corrumpere nitũtur. Can. ij. Capite nobis vulpes paruulas. q̃ vineã noſtrã demoliũtur. Tales ei debent occidi. ſunt eñ membra putrida totũ corpus ecclie corrũpẽtia. Scdo pſſura tirãnorũ. ps. Exterminauit eã aper d ſilua. iſti apri freq̃nter ecciam ad ſolitudinẽ reduxerũt vt dicit augu. Et niſi fuiſſet mãu dei retenta oĩno periſſet. Tercio ſuperbia platorum q̃ quotidie per malũ exẽplũ vineã iſtã. ſ. eccleſiã deuaſtãt. Hiere. xij. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam. Iſta ſuperbia ex magnis diuicijs que in eccleſia dei ſunt cauſatur. Valde enim dilatatum eſt



patrimonium crucifixi. et vtinã ad ſalutem et non ad perniciem. Quarto abundantia peccatorũ. Vnde iezabel peccatrix vineam naboth diſſipauit. vt patet. iij. regũ. xxj. tot enim mala in eccleſia dei. tã in clericis q̃3 in laicis abundant q̃ non videtur iam vinea eſſe domini ſed dyaboli. Et remota fide magis videtur vinea dñi plebs ſaracenorũ q̃3 chriſtianorum. ⁊ in tantum abundant in ea mala q̃ videtur dñs ipam non cuſtodire. ſ3 eam totaliter reliquiſſe. Oſee. iiij. Homicidium. furtum. adulteriũ. mendaciũ inundauerunt. ⁊ ſanguis ſanguinem tetigit. Secundo per hanc vineam penitentia deſignatur. Et ideo eccleſia hoc ſacro tempore qd vocatur ſeptuageſima hoc euangelium legit i quo cantica laudis omittit. ſc3 te deum laudamus. allã. gloria in excelſis. ⁊ lamenta penitentie incipit aſſumere dicẽs. Circũd. me ge. mor. ⁊c. Et tres magnos peccatores hodie legit ſc3 dauid in pricipio miſſe qui peccauit peccato luxurie. paulum in epl̃a qui peccauit peccato [illegible]. ⁊ matheũ in euangelio qui pecca[illegible] auaricie. ad q̃ tria peccata omnia peccata reducũtur. vt nullus quantũcũq3 peccator vel in quocũq3 genere peccatorũ diffidat ad penitentiã accedere.

Deſignatur etiã penitẽtia per vineã propter quattuor. ſc3 ratiõe manſiõis. ratiõe reſecatiõis ⁊ ligatiõis. ratiõe plantationis ⁊ ratione letificationis. Primo per vineã deſignatur penitentia ratiõe manſionis quia ſicut vinea non facit fructũ niſi palmites manſerint in vite. ita penitentia non facit fructum niſi per fidem ⁊ charitatẽ penitentes manſerint in chriſto. Jo. xv. Sicut palmes non poteſt facere fructũ niſi manſerit in vite. ſic ⁊ vos niſi in me manſeritis. ⁊ ideo multi ſaracenorũ ⁊ iudeorũ ⁊ hereticorum aſpere viuunt ⁊ penitẽtiam agunt. et quia nõ ſunt chriſto iuncti per fidem nõ fructificant. ⁊ multi chriſtianorũ faciũt ſimiliter penitentiã ſuã. Et q2 non ſunt xpo per charitatẽ coniuncti denariũ nõ merent̃. Secundo ratiõe reſecatiõis ⁊ ligationis. q2 niſi vinea putetur ⁊ ligetur ⁊ fodiatur. diſſipatur ⁊ vertitur in labruſtas. Sic oportet q̃ penitens vicia reſecet per purã confeſſionem. ⁊ abijciat ſuperflua per elemoſinarum largitionem. vt ligetur ad paxillum crucis per ipſius virtutis inhabitationẽ. galath. ij. Chriſto confixus ſum cruci. quia de cruce exit mirabilis virtus ad penitentiã agendã omnia amara dulcorans. Quod figuratuz fuit in ligno qd dñs in aquas marach mitti iuſſit. vt patet exo. xv. Itẽ oportet q̃ fodiatur. quod penitẽs facit dũ euellit ab aĩa virulentiã malarũ cogitationũ. vt dum remouet a ſe terrena deſideria ⁊ ſtat ſeq̃ſtratus ab omni conſortio malo. quia cũ ſãcto ſanctus eris vt dicit ps. Tercio ratiõe plãtationis. quia vinea plantata in latere mõtis in paucitate terre melius vinũ facit. q̃3 plantata in planicie in terra pingui. ſic penitentia debet fieri in mõte cõtemplationis ⁊ ſpũs paupertate ⁊ non in mundo lutoſo et abundantia tẽporalium. In cuius exẽpluz xps acturus penitentiã deſertũ intrauit.

Quarto ratiõe letificatiõis. q2 ſicut de vinea exprimitur ſuccus ſc3 vinũ qd letificat deũ ⁊ homines. ſic de penitẽtia. lu. xv. Gaudiũ ẽ in ce. ſu. v. pec pe. ag.

Ad hanc vineã. ſ. pniam deus quoſdã mittit mane. i. hora pria hõis vel etate q̃ vocat̃ puericia. q̃ durat vſq3 ad. xv. ãnũ. q2 ſic ſol mãe non ẽ clar⁹ ſ3 vaporib⁹ circũdatus ⁊ pni valorit̃ ſic etas puerilis. In hac hora vel etate miſit iob3 baptiſtã nicolaũ ⁊ beatũ dominicũ. ⁊ multos alios qui a cunabulis ceperunt agere penitẽtiã qbus deus pmiſit vitã eternã. puer. viij. Qui mãe vigilauerint ad me inuenient me. Itẽ quoſdã mittit hora tercia q̃ vocat̃ adoleſcẽtia. q̃ durat a. xv. ãno vſq3 ad. xxx. ãnũ. q2 ſicut ſol hac hora ſp aſcendit ſic hõ. In hac etate vel hora miſit iob3 euãgeliſtã. ſanctũ petrũ. ſanctũ paulũ ſãctũ franciſcũ ⁊ alios multos. Item quoſdam mittit hora ſexta. que vocatur iuuentus. q̃ durat a triceſimo anno vſq3 ad quadrageſimumquintum. quia ſicut ſol hac hora videtur figi ⁊ ſtare. ſic homo in hac hora id eſt etate figitur ⁊ ſolidatur. In hac hora vel etate miſit beatum petrum et

beatū arſeniū romanū q fuit magnus miles
et multos alios. Item quoſdam mittit ho
ra nona q̄ vocatur ſenectus. q̄ durat a. xlv.
āno vſq3 ad ſexageſimū. quia ſicut ſol hac
hora ſemper deſcendit. ſic homo hac etate
incipit deficere. ⁊ vires ⁊ ſenſus debilitantᷣ
In hac hora miſit illum latronem de quo
fertur ꝙ dum ſemel vidiſſet capillos ſuos
canos dixit. Hec etas nō eſt latrocinia ex-
ercendi ſed penitentiā agendi. ⁊ conuerſus
magnā penitentiā egit. ſic hō prudens deb3
ſtatum ſuum conſiderare. Ecci. xvj. Oculi
ſtultorum in finibus terre ſapientis autem
oculi in capite ſuo. Multi ſemper querunt
noua de mundo ⁊ vana ⁊ nō conſiderāt ca
niciem ⁊ rugas ſuas. Itē quoſdam mittit
hora xj. ſc3 veſpere que vocatur ſenium. q̄
durat a ſexageſimo āno vſq3 ad mortem. q2
ſicut ſol tunc omnino incipit deficere ⁊ nul
lius caloris eſſe ſic iſta etas. et hec etas vl
tima hora vocatur. ſiue in ſene ſiue i iuuene
In hac hora vel etate veniūt omnes illi q
vere penitent. ⁊ cōuertūtur in morte. Et no
ta ꝙ frequēter accidit ꝙ qui hac nouiſſi-
ma hora veniūt prius remunerātur ⁊ dena
rium purpetue felicitatiſ recipiūt q̄3 illi qui
in prima hora vel etate penitentiam agere
ceperūt. prius em̄ remuneratus eſt latro de
cruce q̄3 petrus vel iohānes. quia frequēter
accidit ꝙ illi qui tardius veniūt feruētius
operātur. ⁊ plus in modico tēpore merētur
q̄3 alij in multo. quia deus nō penſat quātū
ſed ex quāto affectu. Unde illa vidua que
miſit duo era minuta in gazophilatiū plus
omnibus miſit vt chriſtus dixit. Sen̄. Faci
amus illud quod in itinere fieri ſolet. vt q̄
tardius exierunt velocitate recompenſant
moram. Et nota ꝙ ſunt rephenſibiles qui
ſaltem in hac hora penitentiā nō aſſumūt.
quia penā ⁊ ſeruitutē merētur eternā. In
cuius figura mandatū fuit in lege deut. xv
ꝙ ſeruo qui ſeptio āno. i. vij. etate nolebat
egredi ſeruitutē debebat ſubula perforari
auris. ⁊ ſic in eternum permanebat ſeruus.
Itē valde reprehendendi ſunt qui vſq3 ad
horā veſpertinā differūt vineā penitētie in

trare. quia in illa etate nō poſſunt penitētiā
agere. ⁊ volunt ꝙ illa etas portet onera to
cius vite. Hic cadit exēplum illius militis
qui ibat in ſaroiā ad ſeruiendū iudici arbo
ree cū quinq3 equis quorū quattuor vendi
dit piſis viuendo voluptuoſe conſumpſit.
poſtea ſuper quintū poſuit totā ſarcinā. et
deſuper ipſe aſcendit. qui pondus ferre non
ſuſtinēs crepuit in plano portus. Tales ſo
lum feces volunt dare deo. ⁊ totū vinu3 bi
bunt. Hic cadit exēplum de illo filio q ha-
bebat vegetem vini. ⁊ patri pluries de vino
petenti noluit dare niſi vltimo de fece. In
qualibet ergo etate deus per ſuā miſicordiā
quotidie multa milia ad vineā pnie mittit.
vt nullus in aliqua deſperet etate. ⁊ iō oēs
in quacūq3 etate debemus vineā pnie intra
re. Et ſic pt3 primū ¶ Secūdo hūane pigri
cie ociū redarguitᷣ cū dicitᷣ. Quid h ſtatis
cundo iſte ſeminator exijt ad hunc agrum
purgãdum per diluuij inundationẽ.geñ.vj
Finis vniuerſe carnis venit corã me reple
ta ẽ terra iniquitate. Tunc eñ magnitudo
pulcritudo ⁊ fecunditas vel abundantia
creaturarũ delete ſunt. Tercio iſte ſemina
tor exiuit ad hunc agrum ſeminandum .dñ
factus eſt hõ.et cũ hominibus cõuerſat⁹ ẽ
baruch.iiij. Poſt⁹ hoc i t̃ria viſ⁹ ẽ ⁊ cũ hõi
b⁹ ꝯuerſat⁹ ẽ.mat.iiij Circuibat ieſus totã
galileã docens in ſynagogis. In quo agro
ſeminauit exemplum conuerſationis verbũ
predicationis.⁊ meritum ſue paſſiõis.quia
ſuo ſancto exemplo mundum informauit.
Johã.xiij. Exẽplum eñ dedi vo.vt quẽ.e.
fe.vo.ita ⁊ vos fa. Suo vero verbo mun
dum erudiuit. Joh.xviij. Ego palã locut⁹
ſum mundo.ego ſemper docui in ſynagoga
⁊ in templo quo omnes iudei cõueniũt. Et
ſue paſſionis merito mundum redemit.j.pe
tri.j. Non auro vel argen.re.eſtis.ſed p̃ci.
ſang.ag.incõ. Et nota ꝙ dicit ſemen ſuum.
Tunc eñ predicator ſeminat ſemen ſuũ qñ
verbũ dei per ſcientiã habet in corde.⁊ per
iuſticiã habet in opere. Sic predicabat apo
ſtolus qui dicebat. Ro.xv. Nihil audeo lo
qui eorum que per me non efficit chriſtus.
Quando vero predicator non facit que p̃
dicat.nec quod predicat habet in corde.ſed
in quaterno ſeminat ſemen alienum. Jeſus
ergo ſemen ſuum ſeminauit. quia verbum
dei habebat in ſe .imo ipe erat fons verbi
dei,⁊ cepit pri⁹ facere ꝗ̃ docere. Multi au
tem ſtatim ꝙ habent vnum quaternũ ſer
monum volunt docere ⁊ predicare. ſimiles
pylato qui poſtꝗ̃ queſiuit a chriſto qd eſſet
veritas a chriſto ſtatim exiuit foras ad po
pulum non expectata reſponſione. Tales ſi
error ſit in quaterno errorem predicabunt
Quarto exibit ad hunc agrum metendum
⁊ fructus congregandum ſcꝫ in finali iudi
cio.ꝗ̃uis eñ quottidie in particulari iudi
cio vniuſcuiuſqꝫ mortis deus metat hunc
agrum.tamen in fine mundi meſſionem fa
ciet generalem. In qua tria faciet. ¶ III.
¶ Primo eñ metet omnes homines. Apo
cal.xiiij. Mitte falcem tuã ⁊ mete quia ve
nit hora. Secundo ventilabit.per quam vẽ
tilationem ſeparabuntur boni a malis per
ventilabrum diſcretionis. Luce.iij. Cuius
ventilabrum in manu eius.⁊ purgabit are
am ſuam. Tercio congregabit in duplici
horreo ſcꝫ celi in quo congregabũtur elec
ti⁊ inferni in quo congregabuntur reprobi,

Luce.iij. Congregabit triticum in horreū ſuum. paleas vero comburet igni inextinguibili. Primus ergo exitus pertinet ad opus creationis. Secundus ad opus purgationis. Tercius ad opus redemptionis. Quartus ad opus retributionis. ¶ Secundo vero videamus de ſemine quod ſeminatum eſt. Hoc autem ſemen congrue poteſt intelligi corpus chriſti ⁊ verbum dei. De corpore enim ſuo dicit chriſtus. Iohā.xij. Niſi granū frumenti ca. in terrā mor. ſuc. ipm ſolum manet. Si autem mortuū fuerit multum fructum affert. galath.iij. Semini tuo quod eſt xp̄s. Et conueniēter valde dicitur ſemen. ſicut enim ſemen primo ſeminatur. ſecundo in terra mortificatur. tercio incipit pullulare. quarto aſcendit ſurſum. quinto producit ſpicam. ſexto matureſcit. ſeptimo metitur. octauo in horreo reconditur. ſic iſtud ſemen ſcꝫ corpus xp̄i primo fuit ſeminatum in terra bona. ſcꝫ in vētre virginis in incarnatione. Secundo fuit mortuū in paſſione. Tercio pullulauit ⁊ frondnit ī reſurrectione. Quarto aſcendit ſurſum in aſcenſione. Quinto produxit ſpicā in ſpūſſancti miſſione ⁊ gentiū vocatione. Sexto matureſcet ⁊ cōplebitur iſta ſpica in vniuerſali eccleſie congregatione. qn̄ conuertētur reliquie iudeorum. Septimo metetur ī mundi conſūmatione. Octauo recondetur in horreo vite eterne in perfecta retributione. Prima quattuor cōpetunt corpori xp̄i vero. reliqua vero corpori chriſti myſtico. Item per hoc ſemen congruentius omnibus intelligitur verbum dei. Unde de hoc ſemine dicere ad litteram chriſtus intendit vt in fine euangelii in expoſitione ſimilitudinis apparet. ¶ D. Habet enī verbum dei omnem virtutem omnium ſeminū. Et hoc patet quantum ad decem. eſt enī verbū dei calefactiuum. illuminatiuū. letificatiuū caſtificatiuum. ſanatiuum. nutritiuum vel viuificatiuum. generatiuum. renouatiuum eſt virtute maximum ⁊ quantitate paruū. eſt cum puritate ſeminandum. hec aūt omnia in ſeminibus inueniuntur. Nam primo quoddam ſemen eſt habens virtutem calefactiuam ſicut granum ſinapis ⁊ piperis ſic verbum dei habet inflammare animam. p̄s. Ignitum eloquium tuum vehemēter. treñ. De excelſo mi. ig. in oſ. m. id eſt verbū ignitum ⁊ erudiuit me. Luce.xij. Ignem veni mittis terrā. id eſt verba ignita. Secundo eſt quoddam ſemen illuminatiuum vt ſemē rute ⁊ feniculi. ſic verbū dei habet animaꝫ illuminare. p̄s. Lucerna pedibus m. ver. t. Tercio eſt quoddam ſemen habens virtutem letificatiuam vt cardomomum ⁊ ſemē croci. ſic verbum dei habet animam letificare. ſicut iohānes baptiſta ad verbū marie ſalutantis eliſabeth exultauit. Luce.j. Ex quo facta eſt vox ſa. in auri. meis exultauit infans in vtero meo. Sicut ſimiliter exultauit maria ad verbum eliſabeth dicētis Beata que credidiſti. Et ait. Mag. a. m. d. Et exul. ⁊c. Quarto eſt quoddam ſemē habens virtutem refrigeratiuam ⁊ caſtificatiuam vt ſemen lactuce ſi deferatur ab hoīe. ſic etiam verbum dei habet animā caſtificare ⁊ ſanctificare. Act.x. Loquēte petro cōpunc. ſunt cor. ⁊ cecid. ſpūſſanctus ſup eos qui au. ver. qui ſcꝫ ſpūſſanctus habet aīam ſanctificare ⁊ caſtificare. Quinto multa ſemina habent virtutem ſanatiuam. ⁊ ideo ponuntur in medicinis ⁊ confectionibus. vt ſemen cucumeris ⁊ peponis. ſic verbum dei habet animam ſanare. p̄s. Miſit verbū ſuū ⁊ ſanauit eos. Sap.xvj. Neqꝫ herba neqꝫ malagma ſanauit eos. ſed ſermo tuus dn̄e. qui ſanat vniuerſa. Sexto quaſi omnia ſemina terre habent virtutem nutritiuā viuificatiuam ⁊ conſeruatiuam. ſic verbum dei habet animam viuificare. conſeruare ⁊ nutrire. math.iiij. Non in ſo. pan. vi. hō ſed in omni ver. qđ pro. de ore dei. yſa.j. Niſi dn̄s exercituū reliquiſſet nobis ſemē quaſi ſodoma fuiſſemus. ⁊ quaſi gomorre ſimiles eſſemus. Sic conſeruatus eſt moyſes in colloquio diuino. xl. diebus. vt patet exo.xxxiiij. Septimo omnia ſemina terre habent virtutem generatiuam. quia vnum generat aliud. ſic filius hominis regenerat hominem in filium dei. vt patet in baptiſmo. in quo dum accedit verbum ad elemētū fit ſacramentum vt dicit augu. In quo homo regeneratur in filium dei. Iaco.j. Voluntarie genuit nos verbo veritatis. j. corin.iiij. Per euangelium ego vos genui. Octauo in ſeminibus totus mundus renouatur. ſic per verbū dei totus mundus eſt renouatus ad nouum cultum. ad nouam doctrinam et ad nouam vitam. Iohā.xiij. Mandatum nouum do vobis. Apoc.xxj. Ecce noua facio omnia. Nono ſemina ſunt modica quātitate ſed maxima virtute. ſic verbū dei breue eſt. quia verbum abbreuiatum fecit dominus ſuper terrā. Ro.ix. ſed ſuper omnia maximum eſt virtute. quia per ipm omnia facta ſunt. Decimo ſicut ſemina munda et pura debent ſeminari. ſic verbum dei cū magna puritate debet predicari. ij. corinth. ij. Non ſumus ſicut plurimi adulterātes verbum dei. ſed ex ſinceritate corā deo in chriſto loquimur. phil. j. Quidam ex contētiōe chriſtum ānunciant non ſincere. Recte ergo. ſemen eſt verbum dei. ⁊ congruēter verbum dei vocatur ſemen propter decem predicta in quibus cū ſemine materiali conuenit. Et quia verbum dei tot habet virtutes ⁊ ita magne efficacie eſſe perhibetur. ideo dicit augu. ꝙ cum tanta diligentia eſt audiendum cum quanta eſt corpus xp̄i videndū

¶ Tercio videamus quō hoc ſemen diuerſimode cadit. quia aliud cecidit ſecus viam Ubi nota ꝙ vt dicit theophilus nō dicitur hic ꝙ ſeminator ſeminauerit ſecus viā vel ſupra petram vel inter ſpinas. ſed dicitur ꝙ ſemē ſic diuerſimode cecidit. quia verba dei in corda audientiū ſeminantur. ſed quidam ſic ipm recipiunt ſicut granum recipitur iuxta viam. quia illud cōculcant. Et quidam ſic recipiunt ſicut granum recipitur ſup lapides. quia in eis non mittit radices. Quidam ſic recipiunt ipm ſicut ſemen recipitur inter ſpinas. quia ſuffocatur in eis ⁊ nō refert fructum. Quidaꝫ ſic ipm recipiūt ſicut ſemē recipitur in terram bonam ⁊ bene paratam. quia in talibus multum fructificat verbum dei. Vel ſi dicatur ꝙ directe ſicut ī terram bonam ſic ſecus viam ⁊ ſupra petrā ⁊ inter ſpinas ſeminauit. Dicendum ē ſicut dicit criſo. ꝙ ſecus eſt de ſeminatore materiali ⁊ de ſeminatore verbi dei. quia ille nūꝗꝫ ſeminat ſecus viam vel ſupra petram vł inter ſpinas. quia non poteſt facere ꝙ via non ſit via. ⁊ petra non ſit petra. ⁊ ſpine nō ſint ſpine. Sed verbum dei eſt tante virtutis ꝙ frequenter facit viam bonam terrā. lapidem cōuertit in terram. ⁊ ſpinas euellit de terra. yſa.lv. Sicut imber deſcendit d̄ celo ⁊ inebriat terram ⁊ infundit eam. ⁊ germinare eam facit ⁊ dat ſemen ſerenti ⁊ panem comedenti ſic erit verbū quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum. Et ideo verbum dei in via ⁊ iuxta viā ⁊ ſupra petras ⁊ inter ſpinas ⁊ vbiqꝫ eſt ſeminandum. mar.xvj. Predicate euāgelium omni creature. ¶ Notandum ergo vt hic apparet ꝙ ſemen verbi dei quadruplicem euentum habet ⁊ quadrifariam diuiditur. ⁊ de quattuor partibus tres perdunt. ¶ D.

¶ Et prout hic innuitur quattuor ſunt impedimenta ne verbum dei fructificet ī anima hominis ſeminatum. ſcꝫ ſocietas mundanorum. quia conculcatum eſt ab hominibus. peruerſitas inimicorum. quia volucres celi comederunt illud. ariditas auditorum. quia natum aruit. quia non habebat hūorē ⁊ ſolicitudo terrenorum. quia ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud. ¶ Primum impedimentum eſt ſocietas mundanorū. ſtare enim tota die in plateis vbi audiuntur diuerſa noua. ſtare in foro ſeu in apothecis vbi audiuntur diuerſa mendacia. ſtare i curijs vbi audiuntur diuerſa periuria ⁊ deceptiones ſuffocat verbum quod hō de mā in predicatione audiuit. Et hoc eſt qđ hic dicitur ꝙ illud quod cecidit ſecus viā conculcatum eſt ab hominibus ⁊c. Remediuꝫ contra hoc eſt fugere homines. Treñ. iij. Sedebit ſolitarius ⁊ tacebit. Vn̄ arſenius cogitans quomodo poſſet ſaluari audiuit vocem dicentem ſibi. arſeni fuge homines. ſi vis ſaluus fieri. Seneca. Quotiens inter homines fui minor homo redij. quia ſicut bonus homo de bono theſauro ſuo pfert bonum vt ipa veritas dicit mat.xij. ſic malus de malo profert malum. Sed vt dicit. j

Iobā.v. Totus mundus in maligno poſi-
tus eſt. Et ideo conuerſans cum mundanis
in mundo non niſi malum ibi audire poteſt
Propterea angelus dixit loth.geñ.xix. In
monte te ſaluum fac. Et vxor eius q2 ver-
tit ſe ad ciuitatem cōuerſa eſt in ſtatuā ſa
lis.vt eſſet poſteris exemplum cōmonendi
omnes qui volunt ſaluari quatenus ciuita
tes relinquant nec vnꝗ ad eas redire pſu-
mant.yſa.lij. Exite de medio eius. Et apo-
ca.xviij. Exite de illa popule meus ⁊ parti
cipes ne ſitis deliciarū eius. Secundum im
pedimentum eſt peruerſitas inimicorū quia
volucres celi comedebant illud.quod pri-
mo impedimento coniunctum eſt. quia ex
quo homo non curat verbum dei recōdere
in corde ſed dimittit illud diſcoopertum in
auribus ſuis.qđ tunc eſt qñ nō facit clauſu
ram auribus ſuis ⁊ a vanis nouis ſuperue
nientibus conculcatur.⁊ tunc volucres ce
li.id eſt demones qui in hoc caliginoſo ae-
re cōmorantur.⁊ per ipm tanꝗ aues diſcur
runt.propter quod volucres celi dicuntur.
rapiunt verbum dei de auribus peccatorū.
ne credentes ſaluentur. ¶ D. Vbi nota
ꝙ demones maxime inſidiantur verbo dei
propter duo. Primo quia ſciunt ipm eſſe
maxime virtutis.vt dictum eſt ſupra. He-
bre.iiij. Viuus eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ pe
netrabilior omni gladio ancipiti ⁊ pertin-
gens vſq3 ad diuiſionem anime ⁊ ſpiritus.
compagum quoq3 ⁊ medullarum. Secun-
do quia ex eo ſunt maxima damna cōſecuti
Nam ad verbum apoſtolorum totum mū-
dum cui dominabantur perdiderunt. et in
ydolis non ſunt amplius adorati.ſed p ver
bum dei eorum fuit deſtructa cultura. Re
medium contra hoc Secundū impedimen
tum eſt facere clauſuram omnibus ſenſibꝰ.
⁊ abſcondere ſemen verbi in corde per fir-
mam ⁊ iugem memoriam. Nam terra que
eſt ſecus viam debet ſepiri ⁊ abſcondi. ps.
In corde meo abſcon.elo.tua vt non pec.
tibi. Lu.ij. Maria autem conſerua.omnia
ver.hec confe.in cor.ſuo. In cuius figura
mandatum eſt in lege Leuiti.xj. ꝙ animal
non ruminans eſſet immundum.nec de ipſo

poterat ſacrificium fieri. Eſt etiā remediū
contra hoc.ſignum crucis. Aues eñ aliquo
ſigno vel formidine arcentur in campis ne
comedant ſemen.formido autem demōibus
eſt ſignum crucis.propterea ſignamus nos
dum verbum in predicatione audimus.cañ
ix. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuū.
Hic cadit exemplum de illo iudeo de quo
dicit grego.ꝙ dum veniret romam iacuit d
nocte in templo appollinis.⁊ fecit crucem
de lapidibus ⁊ iacuit inter eos. ⁊ demones
de nocte non fuerunt auſi tangere eum. ſed
ſtatim viſa cruce diſparuerunt ¶ Tercium
impedimentum eſt ariditas auditorū. quia
natum aruit. Granum nāq3 ſuper lapides
ſeminatum adueniente eſtu aret.quia nō ha
bet humorem.ps. Fiat ſicut fe.tecto. quod
priuſꝗ euel.exaruit. Sic multi deuote audi
unt verbum dei.⁊ dum in pace ⁊ proſpere
viuunt deo confitentur.ps. Confitebitur ti
bi cū benefe.ei. Sed aliqua tribulatiōe in-
firmitatis vel paupertatis vel alterius ad-
uerſitatis adueniente ſtatim arent.⁊ per im
patientiam frangūtur. ſicut eñ granum nō
cognoſcitur tempore humiditatis ſed ari-
ditatis ſc3 tempore eſtus. ſic tales tempore
tribulationis cognoſcuntur. Sicut eñ au-
rum nō bene cognoſcitur niſi in camino ig-
nis.ſic homo non in proſperitate ſed in ad-
uerſitate cognoſcitur. Ecci.ij. Inigne pro
batur aurum ⁊ argentum.homines vero ī
camino humiliationis. Et hoc eſt quod ſa
than dicit domino. Iob.j. Nuquid iob fru
ſtra timet deum.nōne tu vallaſti eum ac do
mum eius. Et ſubdit in eodem.c. Alioquin
mitte manum tuam ⁊ tange cuncta q̄ poſſi
det ⁊ tunc videbis ꝙ in faciem benedicat
tibi. Et ſimiliter dixit.ij.c.ꝙ tangeret carnē
eius. Remedium contra hoc eſt adherere
crucifixo.quia de ipſo tria flumina exeūt to
tam terram virtualiter irrigantia.ſc3 flumē
lachrymarum aque ⁊ ſanguinis.que adhe
ſio fit per fidem ſpem ⁊ charitatem. nō eñ
hoc vicium contingit niſi ex defectu fidei.
ſpei ⁊ charitatis.quicūq3 eñ aridus hume
ctari cupit per has virtutes adhereat cru-
cifixo.vt ſc3 credat dei filium pro hominū



ſalute in ligno ſuſpenſum.ſperet per ipſum
crucifixū ſaluari. diligat ſuper omnia tanꝗ
deum ipm filium virginis crucifixū. Pro-
pterea dicebat apls galath.ij. Chriſto con-
fixus ſum cruci.ſc3 per veram fidem ſpem
⁊ charitatem. ¶ Quartum impedimētum
eſt ſolicitudo terrenorum.quia ſimul exorte
ſpine ſuffocauerunt illud. Non enim poteſt
dei verbum in hominibus ſolicitis terreno
rum fructificare.quia verbum dei niſi attē
te ⁊ profunde audiatur nō germinat in ani-
ma peccatoris. Sed tales non poſſunt attē
te ⁊ profunde recipere verbū dei.cuius ra-
tio eſt quia vt dicit augu. anima magis eſt
vbi amat ꝗ vbi animat. Et quia tales nīs
amāt diuitias.ideo magis ſunt extra circa
diuitias congregandas ⁊ cuſtodiendas ꝗ ī
eccleſia vbi audiūt verbum dei.quia vt dici
tur matthei.v. Vbi eſt theſaurus tuus ibi
eſt ⁊ cor tuū. Hic cadit exēplum de quodā
domino ⁊ eius ſeruo. qui dñs dum eſſet in
eccleſia diebus dominicis non videbatur a
clerico homines incenſanti.⁊ ideo nō pre-
bebat ei incenſum.⁊ eius ſeruus nō ſtabat
ibi.⁊ tamen ab eodem clerico videbat ibi-
dem.⁊ ideo incenſabat vbi ipm cōſpiciebat
⁊ poſtea dominus confitebatur ꝙ nunꝗ in
eccleſia mente ſtabat.⁊ ſemper eius ſeruus
diebus dominicis ibi mentaliter ſtabat ꝗ-
uis cum pecoribus foris eſſet.quod deus re
quirit. In cuius figura mandatum eſt in
lege leui.iij.ꝙ totus adeps interior ſemper
offerretur deo in ſacrificium.quia deus pa
ter totam intentionem hominis in predica-
tione ⁊ in omnibus bonis que facit reꝗrit.
prouer.xxiij. Prebe f.m.cor.t.m. Si enim
omnis ars ⁊ que homo facit requirit totū
hominem multomagis deus. Remediū cō-
tra hoc eſt conſiderare multiplices diuitia-
rum defectus. Nam nō ſatiant ſed ſitim im
mittunt. Item frequenter ſunt cauſa perdi
tionis corporis ⁊ anime. Eccs.v. Vidi ali-
ud malum ſub ſole.diuitie congregate ī ma
lum domini ſui. Item in magna neceſſitate
ſc3 in morte hominem derelinquūt. Debe-
mus etiam dei bonitatem conſiderare q̄ om
nibus prouidet etiā inanimatis ⁊ irrationa

bilibus creaturis.matthei.vj. Nolite ergo
ſoliciti eſſe ⁊c.cur ergo ita ſolicitamur vbi
ita parua vtilitas ⁊ fructus tā exilis repe-
ritur. Eccs.v. Qui amat diuitias fructum
non capiet ex ipſis.multa enim incōmoda ⁊
nocumenta maxima inde proueniunt vt in-
fra patebit. Et ſic patet de tribus partibus
ſeminis que perduntur. ¶ Quarta autem
pars ſeminis cecidit in terram bonam.id ē
in corda bonorum fidelium.que ſunt para
ta ⁊ laborata per bonorum operū exercita
tionem.ſunt purgata a malis herbis pecca
torum per frequentem confeſſionem. ſunt
humectata per ſpūſſancti inhabitationem.
que lachrymis humida facit corda. ⁊ ſunt
impinguata per virtutum infuſionem. qui
verbum dei deuote ⁊ reuerenter audiunt.et
ideo in ipſis affert fructum centuplum.id ē
multum fructum ⁊ perfectum. Centenariꝰ
enim numerus perfectionem deſignat.quia
vltra ipm nō itur. ⁊ quia conſtat ex decies
decem.denarius enim numerus ſimiliter p-
fectionem deſignat. ⁊ ſic decem partes cētū
omnes ſunt perfecte. Matthei autem.xiij.
dicitur. Et attulit fructum aliud centeſimū
aliud ſexageſimum.aliud triceſimum. vt ſi-
cut ſemen perditum tripharia eſt diuiſum.
ita ſemen fructificans tripliciter diuiditur
Boni enim fideles in triplici ſtatu conſide
rantur. Nam quidam ſunt incipientes.qui
dam proficientes.⁊ quidam perfecti. Vel
quidam ſunt in matrimonio.quidam in vi
duali continentia.⁊ quidam in virginitate
perfecta. Primi referunt fructum triceſi-
mum.ſecundi ſexageſimum.⁊ tercij centeſi-
mum ſc3 qui implent non ſolum precepta
ſed etiam ſuperaddunt conſilia. Iſta bona
terra perfectiſſime fuit beata virgo.⁊ attu
lit fructum centeſimum.ſexageſimum ⁊ tri-
ceſimum.quia ⁊ virgo ⁊ vidua ⁊ nupta fu
it.⁊ omnia conſilia impleuit. Et ſic patet p̄
mum ¶ Secundo diſcipulorū interrogatio
de parabole explanatione ſubiungitur quia
diſcipuli ſicut ⁊ ceteri de turba nō intellexe
runt parabolam hanc.⁊ ideo cum ieſus di
miſiſſet turbas ⁊ rediſſet domum.⁊ eſſet cū
diſcipulis ſingularis vt dicitur matth. iiij.

interrogauerunt eum vt diſſereret eis ſimili-
tudinem iſtam ⁊ intellectum eis oſtenderet
Ubi habemus exemplum q̄ nõ intelligim⁹
interrogare debere. ¶ Conſequenter tercio
ieſus oſtendit cauſam quare quibuſdam in
parabolis loqueretur. ⁊ quibuſdam dei mi
ſteria reuelaret dicēs. Uobis datū ē noſſe
miſterium regni dei. quaſi diceret. Ideo co
ram turbis parabolam propoſitam non ex-
poſui. quia meritum eorum nõ exigit. quia
⁊ ſi aure audiunt. corde tamē non credunt
quod audiunt. Uos autem tales non eſtis
⁊ ideo vobis expono. quia vobis eſt datū
noſſe miſterium regni dei. id eſt ſecreta ſa-
cre ſcripture que regnum dei dicitur. quia
regnum dei docet. ⁊ in ea regni iuſticia con
tinetur ⁊ gloria. Ceteris autem qui foris
ſunt vt dicitur matthei. iiij. id eſt qui neq̃
intrant per fidem neq̃ curant cognoſcere
veritatem in parabolis ſup. occultandum ē
miſterium regni dei. Lucas. Auferetur a
vobis regnum dei. id eſt ſacra ſcriptura. et
dabitur genti facienti fructus eius. Et quā
re hoc. vt videntes id eſt videre ⁊ intellige-
re ſe putantes. nõ videant ſm veritatem. et
audientes verba nõ intelligant intellectum
eorum. Iſtud autem vt cauſatiuū eſt. ſed
non cauſatur ex improbitate doctoris ſiue
dñi. ſed ex malicia ⁊ indignitate eorū. Sap.
ij. Excecauit eos malicia eorum. Ex parte
ergo eorum ponitur cauſatiue. ex parte ve-
ro dñi permiſſiue. yſa. vj. Exceca cor popli
huius. id eſt excecari permitte. In hoc eti-
am miſericorditer agit cum eis. quia ſi cog-
noſcerent non tamen propter hoc bene age
rent. Ro. j. Qui cum cognouiſſent deū nõ
ſicut deū glorificauerūt aut gratias egerūt
Si ergo cognoſcerent ⁊ male agerent ma-
gis peccarent. Lu. xij. Seruus qui cog. vo
do. ſ. ⁊ nõ fa. pla. va. ml'. Ul' vt videtes for̄
hūanitatē ñ vidēat. i. ñ ꝯgnoſcāt it⁹ diuitatē
⁊ videtes foris mirabilia nõ videāt int⁹ vir
tutem diuinā operantem. Item audientes
foris verbum. nõ intelligant interius ſpūa-
lem ſenſum. Et ſic patet ſecundum ⁊ terciū
¶ Quarto parabola ipa a chriſto per or-
dinem. aperitur. Et hoc eſt. Eſt autem hec

parabola. id eſt talis eſt intellectus iſtiūr
parabole. Quia ſemen eſt verbum dei per
quod homines regenerātur in filios dei. et
in quo electi creſcunt ⁊ multiplicātur. Jo
hānis. j. Dedit e. po. fi. dei fi. ⁊c. Actuū. vj.
Numerus autē fidelium creſcebat ſcꝫ per
verbū predicationis. Quod autē ſecus viā
hi ſunt id eſt per. ſemen quod cecidit ſecus
viam intelliguntur hi qui audiunt. deinde
venit dyabolus ⁊c. Nam qui ſupra petram
id eſt hi ſunt qui intelliguntur per petram.
ſupra quam cecidit ſemen. Quod autem in
ſpinas cecidit hi ſunt. id eſt per ſemē quod
cecidit inter ſpinas intelliguntur hi ⁊c. Et
ſic patet q̄ hec expoſitio eſt breuis ⁊ aperta
Et ideo propter honorem dñi nichil adda-
mus vel minuamus. prouer. xxx. Ne addas
quicq̄ verbis illius. Et glo. hic dicit. No-
ta hanc primam eſſe parabolam que cū in-
terpretatione ſua poſita ſit. ⁊ cauendum eſt
vbicūq̄ dominus interrogatus a diſcipulis
ſuis ſermones ſuos diſſerit ne vel aliud vl'
plus velimus intelligere q̄ ab eo expoſituꝫ
eſt. Aliud autem vel plus dicit id eſt cõtra
rium vel ſuperfluum. Superfluum autem
non dicitur quicquid ad fidelium vtilitatē
cedit. Ideo autem hanc parabolam per ſe
ipm dignatus eſt exponere. vt ſe figurate
loqui innoteſceret ⁊ rerum ſignificationes
etiam in his que exponere voluit querēdas
eſſe doceret. Et quia ipe hoc nõ expoſuit. ſ.
quare diuitie per ſpinas ſignificentur cum
ille delectent ⁊ iſte pungāt. ideo hoc ſolum
in hac parte queramus. ¶ R. Notādum
ergo q̄ diuitie dicūtur ſpine. quia quantum
ad quinq̄ ſpinis cõparantur. Primo dicū
tur ſpine ratione punctionis. Nā ſpine ſub
folijs habent aculeos de quibus pungunt.
Sic diuitie ſub folijs mundane glorie men
tem tripliciter pungunt. ſcꝫ per laborem in
acquirendo. per timorem in conſeruando.
⁊ per dolorem in perdendo. Grego. Diui-
tie ſpine ſunt. quia cogitationum ſuarum
punctionibus mentem lacerant. ⁊ cū vſq̄
ad peccatum pertrahunt quaſi inflicto vul
nere cruentant. Et quia diuitie ſub folijs
glorie mundane pungunt. ideo a dño falla-



ces diuitie vocantur. nam homines fallunt
quia promittunt abundantiam. ⁊ immittūt
penuriā ⁊ ſitim. Luc. j. Diuites dimiſit ina-
nes. Promittunt quidem quietem et dant
inquietudinē. Eccs. v. Saturitas diuitis ñ
ſinit eū dormire. Hic cadit exēplum de illo
paupere qui tota die cantabat ⁊ poſtq̄ in-
uenit marſupiū denarijs plenū non cātauit
plus. ¶ Secundo rõne veſtiū lacerationis.
quia ſicut inter ſpinas nõ poteſt veſtes ſu
as illeſas ſeruare. ſic diuitie hominis ſecuꝫ
cõuerſantis lacerāt veſtem interiorē ſcꝫ ve
ſtem virtutū. Sen. Diuitie ipm cor lacerāt
que ſi aliter extrahi nequirēt ipm cor auel-
lendum eſſet. Abac. ij. Ve qui multiplicāt
nõ ſua. Et ſubditur. Nunquid nõ repente cõ
ſurgent qui mordeāt te. ⁊ ſuſcitabūtur qui
lacerabunt te. ¶ Tercio rõne latitationis.
nā ſub ſpinis latitāt ſerpētes ⁊ ſepē tangē-
tes mordent. Eccs. x. Qui diſſipat ſepem
mordebit eū coluber. ſic ſerpētes infernales
ſub diuitijs ſe abſcondunt. ⁊ ibi laqueos tē
dunt ⁊ hoībus inſidiātur. j. thi. vj. Qui vo
lunt diuites fieri incidunt in tēptationem ⁊
in laqueū dyaboli. ¶ Quarto ratiõe liga-
tionis. ſpine eñ ita cõplectūtur ⁊ conſtrin-
guntur ad inuicem vt vix poſſint ab inuicē
ſeparari. Sic diuitie ita ligāt ⁊ conſtringūt
affectū hoīs. vt vix poſſit eas excutere. ido
chriſtus dixit Lu. xviij. Quā difficile q pe
cunias habēt intrabunt in regnum dei. Et
ideo qui vult perfectus eſſe ven. om q h
⁊ det paupe. vt dicitur matth. xix. ¶ Quin
to ratiõe nutritionis. nā ſicut ſpine ſunt ma
teria ignis ⁊ pabulum. ſic diuitie ſunt mate
ria ⁊ pabulum cupiditatis. qui ignis eſt in-
fernalis. yſa. xxxiij. Spine congregate igne
cõburentur. Jaco. v. Diuitie veſtre putre-
facte ſunt. ⁊ erugo eorum erit vobis in te-
ſtimonium. ⁊ manducabit carnes veſtras ſi
cut ignis. Et nota q̄ diuitijs duo adiungit
ſcꝫ ſolicitudinem ⁊ voluptatem. quia hec
duo mala diuitias comitantur. Et ſic patet
totum.

¶ De epiſtola ſermo. xxix.

Libenter ſuffertis inſipiētes. cū
ſitis ipſi ſapientes. ij. corin. xj.
Iſta epla valde magna ē ⁊ q̄-
titate verborū ⁊ põdere ſentē-
tiarū nec paucis verbis valet aliquatenus
explicari. Nā ſemiator iſte brūs multa i ea
ſemiat fidelibus ſalubriter colligenda. In
qua q̄dē epla ſūmarie q̄nq̄ facit. Primo i[n]
oñdit q̄ mūdani miſtros eccīe diſcolos atq̄
malos q̄ ſapiētes ⁊ bonos libēti⁹ āplectūt
i pricipio eple. Scdo oñdit q̄ boī miſtri et
ꝯi fui xpi multos labores ⁊ aduerſa i pñti
ſeclo patiūt. ibi. i laborib⁹ plimis. Tercō
oñdit d quo ⁊ i quo i hac vita pfecti hoīes
gloriātur ibi. Si gloriari oportet q̄ infirmi
tatis mee ſūt gl'abor. Quarto oñdit q̄ deus
qñq̄ ſuis ſuis permittit euenire aduerſa.
vt in hac humilitate ⁊ gratijs cõſeruentur
ibi. Et ne mag. reuel. extoll. me da. eſt mihi
ſtimu. car. ⁊c. Quito oſtendit q̄ deus inter
dum ſeruos ſuos nõ exaudit ad votū vt ad
ſalutis bonū exaudiantur ibi. Propter qd
ter dñm rogaui. ¶ Primo ergo oñdit corin-
thios ⁊ in perſona eorū mundanos libēti⁹
⁊ patientius miniſtros diſcolos ſuſtinere q̄
ſapiētes ⁊ bonos. Et hoc eſt qd dicit. o co-
rinthi ⁊ mundani libenter ſuffertis inſipiē-
tes miniſtros ⁊ pſeudo aplos in operibus
ſuis incõgruis atq̄ malis. cū ſitis ipi ſapiē-
tes. i. eſſe debeatis. exēplificat. d. Suſtinetis
eñ quadā mala patientia ſiquis ex libertate
q̄ eſt in xpo in ſeruitutē ve. le. vos redigit. i.
reducit. Cõtra quos galath. iiij State ⁊ no
lite iterū iugo ſeruitutis contineri. Itē ſu-
ſtinetis ſiquis deuorat id eſt veſtra tanq̄ de-
uorans ſubito conſumit. mat. xxiij. Qui de
uorant domos viduarum ſub obtētu plixe
orationis. Itē ſuſtinetis ſiquis cupit blande
⁊ paulatim procurādo vt ei porrigatis ma
num dando. ab iſta acceptiõe etiā dicuntur
accipitres. Talis enim acceptio omnino ſi-
ne rapina non eſt. Gregorius. Aues que ra
piunt accipitres dicuntur. Unde paulus.
Si quis accipit. Si enim in accipiendo
malum non eſſet et quodammodo rapina
ſcriptura non diceret. Ignis deuorabit ita-

bernacula eorū qui munera libenter accipi
unt. Iob.xv. Hoc eſt valde cōtra q̄ſtuari-
os hoſpitaliorū ⁊ templariorū qui per oēm
modum ⁊ per phas ⁊ nephas pecuniam ex
torquere nitūtur. ⁊ tamen mundus ſuſtinet
eos ⁊ libentius dat eis q̄ ſanctis viris ve-
ris miniſtris xpi. Vñ hoc per omnia veri-
ficatur mō apud xpianos. Itē ſuſtinetis ſi
quis extollitur de bonis que nō habet ſe ia
ctando ⁊ vobis ſuperbe loquendo ⁊ domi-
nando. Cōtra quos ecc.xxxij. Rectorem te
poſuerunt noli extolli. ſed eſto in illis quaſi
vnus ex illis. Item ſuſtinetis ſiquis in fa-
ciem vos cedit. In faciem cedere appellat
in pñtia opprobriū inferre. glo. Nō appel-
lo in faciem cedere niſi ignobilitatē vobis
obijcere. obijciebant em̄ pſeudo apl̄i corin-
thijs ꝙ ignobiles erant ⁊ nō de genere ab-
rae. Et hoc eſt quod ſubditur. Scdm̄ igno
bilitatem dico. id eſt dico illos vos cedere
in faciem dū ignobilitatē vobis imprope-
rant quaſi nos veri apoſtoli infirmi fueri-
mus in hac parte. id eſt nō poſſemus de ge
nere carnis gloriari ſicut ipi. Sed falſum ē
quia veri miniſtri xp̄i ſunt nobiliores omni
bus alijs. quia filij ſunt regis eterni. Io.j.
Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Sunt
etiā filij abrae. quia ex fide abrae ſūt ⁊ ope
ra abrae faciunt. ⁊ cū fideli abraam bene-
dicentur. vt dicit apl̄us ad galath.iij. Erat
etiā ſm carnem de tribu beniamin apl̄us. ⁊
ideo de tribu abrae. Vñ etiam ſm carnem
nō poterant illi pſeudo apoſtoli ſupra pau
lum gloriari. Et hoc eſt quod ſubdit. In
quo ſ. eſt in qua ⁊ de qua nobilitate quis
illorum audet gloriari audeo ⁊ ego. hoc tū
in inſipientia dico q̄tū ad materiā gloriādi.
neq̧ enim mihi neq̧ eis eſſet gloriādum in
hoc. ſed non quātum ad finem ex parte no
ſtri. quia bono fine hoc dico vt oſtendā il-
los nō eſſe nobis preferendos propter gene
ris nobilitatē. Gre. Iuſti ⁊ perfecti glori-
am laudis fugientes ⁊ animarū lucra que-
rentes. aliqñ virtutes ſuas predicāt. nō vt
ipi apud homines oſtenſione ſua proficiāt.
ſed aliorū prouideāt vite. cum exemplo ſuo
eos ad vitā ſpūs trahūt. Et ꝙ ipi de nullo

ſupra me poſſint gloriari. patet quia hebrei
ſunt lingua ⁊ natione ⁊ ego ſimiliter. Iſra
elite ſunt id ē de populo iſrael. ⁊ ego ſimilit̄
Semen abrae ſūt. id ē de abraā nati ⁊ ego
ſimiliter. Miniſtri chriſti ſunt de facto ⁊ ñ
de iure. quia vſurpāt ſibi officiū ſicut que-
ſtuarij officiū predicatiōis. Oſee.viij. Ipſi
regnauerūt ⁊ non ex me. et ego ſimiliter ſū
legitimus miniſter chriſti. ⁊ nō vſurpo mi
hi officium predicatiōis. quia a xp̄o ſuȝ vo
catus. ⁊ ideo ſuȝ ego magis miniſter xp̄i q̄
ipi q̄uis nō deberem me de hoc collaudare
Et hoc eſt quod ſubdit. Vt minus ſapiēs
dico plus ego. i. magis ſuȝ ego miniſter xp̄i
q̄ ipi. Et ſic patet primū. ¶ Secundo oſten
dit ꝙ boni miniſtri ⁊ veri ſerui xp̄i multos
labores ⁊ anxietates. ⁊ multa aduerſa pati-
untur in vita iſta. Et hoc eſt. In laborib9
plurimis ſup. fui ego ⁊ mei ſimiles. ſimiliter
fui in carceribus abundātius quaȝ pſeudo
apoſtoli. ⁊ ego ſimiliter fui in plagis etiam
ſupra modum. ⁊ in mortibus frequēter id ē
in periculis ducentibus ad mortē ſimiliter
fui. quia vt dicitur.ij. Thi.iij. Omnes qui
pie vo. vi. in chri. ieſu perſe. pa. Mali autē
proficient in peius errantes ⁊ in errorē mit
tentes. actuū.xiiij. Per multas tri. oportet
nos intrare in reg. dei. Conſequenter quod
dixerat de plagis in generali ⁊ mortibus ex
emplificat in particulari d. A iudeis qnqes
quadragenas percuſſiōes vna percuſſione
minus accepi. i. xxxix. tanq̄ malefactor. Si
cut in lege mandabatur deu.xxv. Pro mē
ſura peccati erit ⁊ plagarū modus. Ita dū
taxat ꝙ quadragenariū numerū nō excedat
Et dicit glo. ꝙ vnū ictū dimittebant de. xl.
plagis ne immiſericordes viderentur. exue-
bant em̄ aplm̄ ⁊ ligabāt ⁊ ſic. xxxix. plagas
cū duris flagell' inferebāt ſicͦ malefactorib9
fiebat. ſicͦ etiā factū fuit xp̄o ad columnā li
gato. Itē t̄ vgis ceſus ſū ſ. a gētib9. act. xvj
ingrāt9 ſciſſis tunicis eoꝝ iuſſerūt eos vgis
cedi. Itē ſel' lapidat9 ſū, ac. xiiij. Lapidātes
pau. extraxerūt eū añ citatē exiſti. eū eē mor.
Cōſeqñt exēplificat qud̄ fuit i mor. freq. d.
Ter naufragium. feci. i. ſuſtinui rupta na-
ui in mari. et non tantum ter naufragium



pertuli imo nocte et die in profundo maris
fui. ſcȝ rupta naui ⁊ dei gratia protegente
euaſi. Vnde dicit haymo. Non eſt amplius
mirandum petrum ſuper vndas maris ſic
ſis veſtigijs ambulaſſe q̄ paulum nocte ac
die in profundo maris fuiſſe ⁊ dño protegē
te ad terrā liber perueniſſe. Et rurſū. Qui
ſeruauit ionā in ventre ceti ⁊ militem ſuuȝ
egregium in mari conſeruauit. Itē in itine
ribus fui ſepe. imo quaſi totū mundū circui
uit apl̄s p̄dicando euangeliū xp̄i. Rom.xv.
A hieruſalem per circuitū vſq̧ illiricū re-
pleuerim euangeliū xp̄i. Conſequenter am-
plius exēplificat idē. ſcȝ quō fuit in morti-
bus frequēter. In periculis fluminum ſcȝ
fui. ⁊ in periculis latronū volentiū me oc-
cidere. Periculis ex genere. i. ex gēte mea.
Actuū.xxiij. Collegerunt ſe quidā ex iudeiſ
⁊ deuouerūt ſe dicētes. neq̧ māducaturos
neq̧ bibituros donec occiderent paulum.
Erāt autē pluſq̄ quadraginta qui hanc cō
iurationē fecerāt. Periculis ex gētibus p
pter deſtructionē ydolorū ⁊ aſſertionē vni-
us dei. actu.xix. Cōcitauerūt demetrius ad
uerſarius ⁊ qui cū illo erāt artifices ſediti-
onem dicētes. magna dyana epheſiorū. Pe
riculis in ciuitate ex cōmotiōe illorū cōtra
me. Actuū. Diuiſa eſt multitudo ciuitatis.
⁊ quidā erant cū iudeis. quidam cum apl̄is
In ſolitudine a beſtijs ⁊ ſerpētibus. actuū
xxviij. Vipera inuaſit manū eius. Pericul'
in mari a piratis ⁊ fluctibus. Periculis i
falſis fratribus. ſcȝ hereticis qui ſimulāt ſe
chriſtianos. ⁊ ſunt perſecutores eorū. gala.
ij. Propter ſubintroductos falſos fratres
qui ſubintroierūt explorare libertatem no-
ſtram quā habemus in xp̄o ieſu. ⁊c. ¶ Mo
raliter ad edificationē noſtrā nota ꝙ octo
ponit genera periculorū corporalium octo
pericula anime ſignificantia. ¶ S. Pri-
mum eſt periculum fluminū. i. carnaliū vo
luptatum. que homines in aquis concupi-
ſcentie demergunt. quod figuratum eſt Exo.
ꝙ pharao id ē dyabolus oēs paruulos he-
breorū in flumen proijci mādauit. vt patet
Exo.j. Et ideo deus oēs voluptuoſos p̄ie
tatis in aquis diluuij ſubmergi mandauit

Contra hoc periculum eſt temperantia. q̄
habet ſubmerſionem voluptatum cauere.
Secundum eſt periculum latronū. id ē tem
ptationum occultarū dyaboli. qui a dextris
⁊ a ſiniſtris nobis inſidiatur ⁊ in angelū lu-
cis ſe transfigurat. vt dicit apl̄s. ij. corin. xj.
Contra hoc periculum eſt prudentia. que
habet cauere pericula in prelio ſpūs. math.
x. Eſtote pru. ſicut ſerpētes. Tercium peri-
culum eſt ex genere. id eſt amore parentum
⁊ propinquorum. qui nō curant animā peri
re imo ipſam frequētius faciunt perire. mi-
chee.vij. Inimici hominis domeſtici eius.
Propter quod dixit dominus abrae. Egre
dere de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de
domo patris tui. Geñ.xij. Contra hoc pe-
riculum eſt obedientia qua hō obedit deo.
omnibus alijs cōtemptis. ⁊ ipſum ſequitur
math.xi. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ ſe-
cuti ſumus te. Quartum eſt periculum ex
gentibus id eſt odium inimicorū. quo quis
nō parcit iniurias. imo vellet inimicū ſuuȝ
occidere. j. Ioh.iij. Qui odit fratrem ſuuȝ
homicida ē. Contra hoc periculū eſt cari-
tas dei ⁊ proximi qua hō propter deū dili-
git etiā inimicū, math.v. Diligite inimicos
veſtros. Quintū eſt periculum in ciuitate.
i. cupiditates q in mercatiōibus ciuiū exer
cētur. vnuſquiſq̧ em̄ nititur aliū decipere.
Hiere.ix. Vnuſquiſq̧ a proximo ſuo ſe cu
ſtodiat ⁊ in omni frē ſuo nō habeat fiduciā
quia oīs vir ſupplantās ſupplātabit. ⁊ oīs
amicus fraudulenter incedet. ⁊ vir fratreȝ
ſuum deridebit. Contra hoc periculum eſt
iuſticia. qua homo reddit vnicuiq̧ qd̄ ſu-
um eſt. Ro. Reddite omnibus debita. cui
tributū tributū. cui honorem honorem. cui
vectigal vectigal. Sextū periculum eſt in
ſolitudine. i. in accidia clauſtraliū. qui ſerui
cium dei accidioſe ⁊ cum triſticia faciunt.
reſpicientes retro poſtq̄ ad aratrum miſe-
runt manum. ſimiles filijs iſrael. qui poſtq̄
de egipto exierant redire cupiebant ⁊ freq̄n
ter vellent propter accidiam mori. Quod
figuratum eſt in eo ꝙ helyas iuit in deſer-
tum ⁊ ex triſticia obdormiuit ſubter vnam
iuniperum

et petiuit anime ſue vt morereſur. vt patet
iij. Regum. xix. Contra hoc periculum eſt
alia virtus. ſcʒ gaudium ⁊ leticia ſpũalis.
phil. iiij. Gaudete in dño ſem. iter. di. gau.
Septimũ periculum eſt in mari. i. i piratis
⁊ fluctibus maris. per quos deſignãtur op
preſſiones ⁊ rixe magnatorũ qui totã con-
cordiam cõturbant ⁊ pauperes depdantur.
Cõtra quos dicit iohãnes baptiſta. Nemi-
nem per calumniã cõcutiatis. ⁊ cõten. eſto.
ſti. ve. Lu. iij. Cõtra hoc periculum ẽ pax
⁊ cõcordia. Ro. xij. Si fieri poteſt ꝙ ex vo
bis ẽ cũ om. ho. pa. ha. Octauũ periculum
eſt in falſis fratribus. i. ypocriſi hereticorũ.
qui ſimulant ſe fratres. ⁊ ſub veſtimentis
ouium cupiũt agnos xpi deuorare vt lupi.
mat. vij. Attẽdite a falſis prophetis qui ve
niunt ad vos in veſti. ouiũ intrin. aut. ſunt
lupi rapaces. Cõtra hoc periculum eſt ve-
ritas fidei ⁊ doctrine. vt hõ in vera fide et
doctrina conſiſtat ⁊ omni ſpũi nõ credat. j.
Joh. iiij. Nolite omni ſpũi credere. ſed pro
bate ſi ex deo ſpũs ſit. ¶ Deinde cũ dicit. in
labore ⁊ erumna. oſtẽdit ꝙ ſerui dei nõ ſo-
lum habent labores ⁊ penas aſſumptas et
inflictas. ſed etiã ex natura cõtractas dicẽs
In labore ſup. fui ex natura contracta. et
erumna que eſt quidam morbus ⁊ quaſi ſẽ
ſuum contabeſcentia. quã homo ex natura
corrupta habet. Sap. ix. Corpus qd corrũ
pitur aggrauat animã ⁊ deprimit terrena i
habitatio ſenſum multa cogitantẽ. Item i
vigilijs multis ſup. fui. quia aliqñ protra-
hebat ſermonẽ vſqʒ ad mediam noctem. vt
patet actuũ. xx. Vel laborabat manibus ꝓ
victu quotidiano. vt gratis euãgelium pre
dicaret ⁊ nullum grauaret. ij. Theſſal. iij.
Neqʒ panem gratis mãducauimus ab ali-
quo. ſed in labore ⁊ fatigatiõe nocte et die
operantes ne quẽ veſtrũ grauaremus. Itẽ
fui in fame ⁊ ſiti ⁊ in ieiunijs multis ⁊ i fri
gore ⁊ nuditate. Sed contra dicitur in ps.
Nõ vidi iuſtum dere. nec ſe. eius q̃ panem.
Et math. vij. Primũ que. regnũ dei ⁊ iuſti.
eius ⁊ hec om. adij. vo. Soluit grego. i mo
ralibus expones hunc locũ d. Sanctus qui
mente ſuper mentẽ rapitur pauper inopia
non anguſtiatur. oppreſſus nihil patit. Et
licet verum eſt ꝙ vere iuſtus aliqñ patiat
defectũ temporaliũ. ipe tamẽ defectus ẽ illi
loco delitiarũ. Deinde cum dicit. preter illa
que exterinſecus ſunt. oſtẽdit ꝙ ſerui dei mi
niſtri chriſti nõ ſolum habẽt penas ⁊ labo
res exteriores tã aſſumptos q̃ʒ afflictos. ſʒ
etiam habent anxietates interiores in ſoli-
citudine ⁊ cõpaſſione fidelium d. Preter il
la que extrinſecus ſunt. id eſt preter illa q̃
ſuſtineo exterius in corpore vrget me ma-
gis quod intrinſecus eſt in mente. ſcʒ ſolici
tudo omniũ eccleſiarũ. id eſt quã habeo de
omnibus eccleſijs. pro eis orãdo. ipas docẽ-
do. ipas ordinando. ⁊ omnibus cõpatiendo
De primo ad ephe. iij. Huius rei grã flecto
genua mea ad pa. do. no. ie. xpi vt det vobis
ſm diuitias glorie ſue habitare xpm per fi-
dem in cordibus veſtris in charitate radi-
cati ⁊ fundati. De ſecundo actuũ. xxij. Nõ
ſubterfugi quo minus ãnunciarem vobis
omne conſilium dei. De tercio. j. corin. xiiij.
Omnia honeſte ⁊ ſm ordinẽ fiãt in vobis
De quarto exemplificat hic dicẽs. Quis i
firmatur in fide vel i virtute aliqua. ⁊ ego
nõ infirmor. id eſt de illo ſicut de meipo nõ
doleo. Quis ſcandalizatur in aliquo ⁊ ego
non vror igne zeli ⁊ charitatis. ¶ Et. In
fine iſtius ſecundi membri notã ꝙ propter
decem deus iuſtos affligit ⁊ affligi permit-
tit. Primo vt purgẽtur a puluere vel ru
bigine peccatorũ. Lu. xxij. Simon ecce ſa-
than expetiuit vos vt cribraret ſicut triti-
cum. Grego. Quod flagellum grano. qd li
ma ferro. quod fornax auro hoc facit tri-
bulatio viro iuſto. ¶ Secundo vt non ad-
hereant terrenis ⁊ deſiderio mundanorum
quia ſi adherent terrenis amittunt pulcri-
tudinem ⁊ ſaporem. quia dum terrenis con
glutinantur terrena ſapiunt. ps. Congluti-
natus eſt in terra venter noſter. Si ergo
cor hominis aduolet vt cogitet de terrenis
non tamen debet adherere. ſed cito ad ſe re
dire. Hoc autem maxime habet facere tri-
bulatio. quia quando homo tribulatur nec
i mundanis inuenit requiem anhelat ad de
um in quo credit ſe requiẽ inuenire. Aug.



Feciſti nos domine ad te. et inquietum eſt
cor noſtrũ niſi requieſcat in te. Unde geñ.
viij. dicitur de columba per quã vir iuſtus
intelligitur ꝙ cum non inueniſſet pes eius
vbi quieſceret reuerſa eſt ad archam. Ter-
cio vt nõ corrumpantur in delectatiõibus
⁊ quiete bonorum. Aqua eim putreſcit niſi
moueatur. Hiere. xlviij. Requieuit moab
in fecibus ſuis. nõ eſt tranſfuſus de vaſe in
vas. Sic eñ corruptus eſt dauid tẽpore ge
tis ⁊ pacis. qui tpe aduerſitatis cõſeruatus
eſt illeſus. Quarto ne extollantur in mag-
nitudine gratiarum ⁊ donorũ. Et hoc innuit
hic apls d. Et ne magni. re. ex. ⁊c. Quinto
vt magis illuminẽtur in cognitiõe verorũ
yſa. xxviij. Et tãtũmodo ſola vexatio dabit
intellectum auditui. Hiere. Per omne fla-
gellum ⁊ dolorẽ erudieris hieruſalem. Uñ
melius cognouerunt apli xpm in aduerſis
dum ab eo ſeparati fuerant. q̃ʒ in proſperis
dũ eum pñtem habuerũt. Sexto vt augeat
in eis gratia et gloria premiorũ. Et hoc in-
nuitur cũ dicitur. Uirtus i infirmitate pfi
citur. Nã dicit hiero. Sicut ignis dũ flatu
premitur creſcit. ſic dũ iuſti premuntur ad-
uerſis creſcunt in meritis. ps. Dũ ſuperbit
impius in affligendo. incẽditur pauper. in
caritate creſcendo. Qd figuratũ eſt in eo
quod ſcriptura refert ꝙ ſalomõ coronatus
eſt in regẽ in gyon. iij. Regũ. j. qd interptã
tur luctatio. et ſignificat tribulationem in
qua opus eſt lucta vel patientia. Sic affli-
ctus eſt thobias et iob. Septimo vt velo-
cius gradiãtur ad rgnũ celorũ. Sicut enim
equus calcaribus pũctus velociter currit
ad brauiũ. ſic iuſti vite pñtis mal pũctiſ ad
deũ ire cogũtur. Grego. Mala que nos h
premũt ad deũ ire cõpellunt. Hiere. xxvi.
Stimulator ab aquilone veniet ei. Octa-
uo vt peccatores ad cogitandum quid de
eis fiet excitentur. ſi iuſtis irrogãtur tot ge
nera aduerſorum. prouer. xj. Si iuſtus in
terra recipit q̃tomagis impius ⁊ peccator
Luce. xxiij. Si in viridi hoc faciũt i arido
quid fiet. id eſt in ſiccis ab humore gratie. j
pe. iiij. Si iuſtus vix ſaluabitur impius et
peccator vbi parebit. Nono vt flagella nõ
ſemper venire putẽtur ex merito peccatoꝝ
ſicut dixerũt amici iob. Recordare inquiũt
quis vnq̃ʒ innocẽs perijt. Job. iiij. Et ideo
ipe oſtendit ꝙ nõ propter demerita ſua ipſe
flagella patiebatur. Uñ ait. Nõ peccaui et
in amaritu. mo. ocu. me. in eodem. xvij. glo.
Culpã non feci ⁊ flagella recepi. Si ei ſem
per propter demerita flagella irrogarentur
tunc omnẽ flagellatũ homines cõdemnarẽt
⁊ abominarẽtur. ſicut abominãtur ſuſpen-
ſum. quod eſſet materia multorũ malorum
Decimo vt minores videntes maiores me
ritis ⁊ dignitate tribulari non anxientur in
afflictione aduerſorũ. qñ eñ homines par-
ui meriti audiũt per ſcripturã xpm ⁊ aploſ
⁊ magnos ſanctos tot aduerſa paſſos fuiſ-
ſe debent omnino conſolari. Ro. xv. Que-
cunqʒ ſcripta ſunt ad no. doct. ſcrip. ſunt vt
per pa. ⁊ conſo. ſcrip. ſpem habe. Et ſic ptẽt
ſecundum. Tercio oſtẽdit de quo ⁊ in quo
hõ in vita iſta ſi gloriari velit. debeat glari.
Uult hic dicere apls ꝙ in quocũqʒ ſtatu ⁊
conditione hõ ſit in vita iſta nõ debet glori
ari nec expedit. ⁊ hoc propter quinqʒ. ¶ P
¶ Primo quia nõ eſt in tuto. ſed in conti
nuo prelio. ⁊ multa aduerſa eũ circumſtant
Unde poſtq̃ʒ apls ad celum raptus fuerat
proteſtatus eſt ſpũſſanctus quõm vincula
⁊ tribulationes eũ hieroſolimis manebant
vt patet actu. xx. Sẽper etiã habebat ange
lum ſathane qui eũ torquebat. Nõ ergo ei
gloriari expediebat. ⁊ multominus nobis q
paucioribus gratijs ſubleuamur. ⁊ pluri-
mis malis replemur. Secundo nõ eſt glori-
andum. quia multi gloriando miſerabiliter
euaneſcunt. ⁊ deuotio cordis effunditur.
Ecc. xliiij. Aperti ſunt theſauri ⁊ euolaue-
runt nebule quaſi aues. Tercio quia inimi
ci noſtri ſcʒ demones ꝓpt gloriationẽ om
nia bona noſtra depredantur. In cuius fi-
gura dicitur yſaie. xxxix. ꝙ ezechias poſtq̃
theſauros omnes oſtenderat nuncijs pala-
dan regis babylonis dixit yſaias. Ecce dies
venient ⁊ auferentur omnia que in domo
tua ſũt. ⁊ q̃ theſaurizauerũt pres tui vſqʒ ad
diem

hanc in babilonē dicit dñs. Hiere. Deſiderari
deſiderat qui theſaurum pub. in via portat
Quarto quia gloriatio ⁊ iactantia multos
turbat. prouer. xxviij. Qui ſe iactat ⁊ dila/
tat iurgia concitat. Quinto qꝛ gloria hoīs
nihil eſt. Iob. ¶ Si ego glorią meā ꝗro
gloria mea nihil eſt. Hiere. ix. Non gloriet
fortis in fortitudine ſua. nec ſapiēs in ſapi
entia ſua nec diues in diuitijs ſuis. ¶
¶ Sed ſi gloriari vult aliquis in vita iſta.
de duobus gloriari debet. Primo de infir/
mis ⁊ aduerſis q̄ patitur pro deo ⁊ dei iuſt
cia. Secūdo de gratijs ⁊ donis q̄ recipit a
deo. Et hoc facit ibi. Si gloriari oportet
ſcio hoīem in chriſto. Primo ergo oſtēdit
ꝙ pro infirmis ⁊ aduerſis q̄ pro deo pati/
mur gloriari debemus d. Si gloriari opor/
tet q̄ infirmitatis mee ſunt gloriabor. Et h
propter tria. Primo propter multa bona
q̄ aduerſa ⁊ infirma efficiūt in hoīe q̄ ſupra
immediate dicta ſunt. Secundo qꝛ infirma
⁊ aduerſa patiētes eligit deus hic ad grām
⁊ in futuro ad gloriā. De primo. j. corint. j.
Infirma mūdi elegit deus ſcꝫ ad grām ſuā
De ſecundo Lu. xiiij. Exi in vicos ⁊ plate
as ciuitatis ⁊ pau. ⁊ de. ⁊ ce. ⁊ cla. int. huc
Nō em̄ eſt deus noſter vt dij gentiū ⁊ prin/
cipes mūdi qui ſolum potētes ⁊ diuites ad
ſui eligunt comitiuā. Tercio quia tales ſic
infirmi ⁊ diſciplinati oſtendūtur eſſe filij dj
Hebre. xij. Qꝺ ſi extra diſciplinā eſtis er/
go adulteri ⁊ nō filij eſtis. Pro huiuſmodi
ergo eſt gloriādum. Et de hoc ponit exem/
plum de quodā aduerſo qꝺ ſuſtinuit ꝓ xpo
dicēs. Deus ⁊ pater dñi noſtri ieſu xpi qui
eſt benedictus in ſecula ſcit ꝙ nō mentior.
id eſt ipm qui oīa nouit inuoco teſtē ꝙ ve/
rum eſt qꝺ dico. Damaſci ꝓpoſitus gentis
arethe regis voluit me comprehendere ⁊c.
Littera plana eſt. Secundo cum dicit. Si
gloriari oportet. vbi incipit. xij. ca. oſtendit
ꝙ de gratijs ⁊ donis que hō recipit a deo ē
gloriandum. Et circa hoc duo facit. Prio
oſtendit ꝙ pro huiuſmodi ſit gloriandū. Se
cundo oſtendit congruū modū gloriandi. ⁊
cauſam quare in talibus ē gloriandum. ibi
Nā ſi voluero gloriari nō ero inſipiens.

¶ Primo ergo oſtendit ꝙ de gratijs ⁊ do
nis eſt gloriandum que homo recipit a dō.
Et hoc eſt. Si gloriari oportet. qꝛ oportet
propter pſeudo apłorū rephenſionē. vt ipſi
mendaciter nō glorientur. pro huiuſmodi q̄
dixi ⁊ q̄ dicā ē gloriandū. ſed veraciter non
expedit gloriari. vt patet per ea q̄ dicta ſūt.
ſupra. Ponit ergo materiā ſue gloriatiōis
quantū ad donū qꝺ recepit a deo in duplici
raptu mētis. Primus fuit in terciū celum
Secūdus in paradiſum ibi. Et ſcio huiuſ/
modi hominē. Dicit ergo. Veniā ad viſio/
nem ignotorū ⁊ reuelatiōes occultorū dñi.
id eſt a dño mihi factas ⁊ oſtēſas. Scio ho
minem in xpo ſicut mēbrum in corpore ſuo
⁊ ſicut locatū in loco. actuū. xxvij. In ipſo
em̄ viuimus mouemur ⁊ ſumꝰ. Ante ānos
xiiij. i. in āno. xiiij. añ hoc tps. Et nota ꝙ lo
quitur h de ſe tanq̄ de alio. qꝛ hoc ad cōmē
datione ſui pertinebat. in his aūt q̄ ad accu
ſationē ſui pertinēt loquitur de ſe tanq̄ de
ſe d. j. Thi. j. Qui prius fui blaſphemus ⁊
perſecutor ⁊ contumelioſus. prouer. xviij.
Iuſtus prior accuſator eſt ſui. Sequit. Si
ue in corpe ſiue extra corpus neſcio deꝰ ſcit
id ē neſcio ſi in illo raptu aīa fuit extra cor
pus an in corpore deus autē ſcit. q̄ hoc fa/
cere potuit. Et addit de termino ad quē fu
it raptus. d. Raptū huiꝰmodi vſq; ad terci
um celū. Primū ē celū aereū. mat. xiij. Vo
lucres celi comederūt illud. Secundū ē ſide
reū. ſ. firmamētū. geñ. j. Vocauitq; deus fir
mamentū celū. Terciū eſt empireū qꝺ ſtatī
conditū ſāctis āgelis ē repletum. geñ. j. In
prin. cre. de. ce. ⁊ ter. Sed cōtra aut hoīem
appellat cū dicit. ſcio hominē. hoīem integꝝ
ex aīa ⁊ corpore. ⁊ ſic ſciebat hoīem raptū
in corpore. aut pro ſola anima dicit hoīem
per ſinodochen. ⁊ ſic ſciebat raptū ſine cor/
pore. Reſpondeo eſſe raptum ſine corpore
dupliciter intelligendum eſt. Vel corpore
non ſimul rapto. ⁊ hoc bene ſciebat. quia
cum corpore non fuit raptus. Vel corpore
ab ipſa anima ſimpliciter ſeparato. et hoc
neſciebat. Neſciebat enim vtrum anima
in illo raptu fuit a corpore ſeparata.
Sed cōtra. ſi anima pauli fuit rapta ſupra



firmamentū vt dictum ē. ⁊ certū erat ei ꝙ
anima ſua nō poterat eſſe ſimul extra cor/
pus ⁊ in corpore. quō ergo potuit ignorare
an eſſet a corpore ſeparata vel nō. Reſpon
ſio duplex ē raptus. vnus localis. alius per
mētis cōtuitum. Primo mō nō fuit raptꝰ
paulus. nō enim fuit anima ſua localiter i
celum tranſlata. ſed ſecundo mō fuit raptꝰ
Et vtrum in illo cōtuitu mētis anima fue
rit ſeparata a corpore ignorabat. Et ſi ali/
quis opponat qꝺ glo. dicit ꝙ vltra omnia
ſidera fuerit raptus: ⁊ ſic videtur raptus fu
iſſe localiter. Dicendum ē ꝙ vltra omnia
ſidera potuit rapi ſm intelligētiam. qꝛ deus
oſtendit ei vitā eternā. Itē ſi ad dei viſionē
raptus ē. ergo vidit deū facie ad faciē. id eſt
per eſſentiā. Sed exo. xxxiij. dicitur. Nō vi
debit me hō ⁊ viuet. Et prima Iohā. xiiij.
Deum nemo vidit vnq̄. Paulus aūt bene
ſciebat ſcripturas ergo ſciebat ꝙ qñ vidit
deū viuus nō fuit. ⁊ per conſeqñs fuit aīa
a corpore ſeparata. Ad qꝺ dicendū ꝙ vidit
deum facie ad faciē eo mō quo anime ſepa
rate ſanctorū vident. Ad hoc autē qꝺ obij/
citur dicendum. nō videbit me hō ⁊ viuet.
id eſt non videbit me hō ſenſibus corporis
vtendo ⁊ imaginatiōe. Et eodem mō dicēd
eſt ad aliud ſcꝫ. deū nemo vidit vnq̄ ſcꝫ ſen
ſibus corporis vtendo. Hoc autē bene ſci/
uit paulus. qꝛ bene ſciuit ꝙ qñ anima vidit
deū non eſt vſa ſenſibus corporeis vel ali/
qua imaginatiōe alicuius rei. ſed per viole
tiam ſpūs fuit tota ad celeſtia eleuata. ⁊ de
um per eſſentiā vidit. nō tamē in manendo
ſed in tranſeundo. ⁊ ideo in quodam raptu
deū vidit. Sꝫ ꝯtra quō ſi deū vidit i quo ſūt
omnia nō vidit etiā modū raptus ſui. ⁊ ne/
ſciuit an anima ſua eſſet a corpore ſepara/
ta vel nō. Reſpondeo deus eſt ſpeculum in
quo omnia videntur. eſt tamē ſpeculum vo/
luntariū. ⁊ ideo operit ſe ſicut vult. Nam ⁊
plura ibi videt vnus q̄ alius ſicut deo pla
cet. noluit ergo deus ſibi oſtēdere modū ra/
ptus ſui ⁊ tñ ei multo maiora oſtēdit. ¶ De
inde dicit. Et ſcio huiuſmodi hominē. Vbi
ponit ſecundum raptum. Primus raptus
creditur fuiſſe in domo Ananie. qñ tribus

diebus nō manducauit neq; bibit q̄ fuerat
ante ānos. xiiij. qñ hoc dixit. Secūdus autē
quando factus eſt in extaſi in tēplo in hie/
ruſalem. vt patet actuū. xxj. de quo nō dicit
quādo fuit. ſed ait. Et ſcio huiuſmodi ho/
minem. id eſt eundem qui ſupra raptus eſt
⁊ etiam in chriſto exiſtentem tunc ſicut pri
us ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio.
deus ſcit: Expone ſicut prius. quōm raptus
eſt in paradiſum. id eſt in dulcedinem ſuper
ne contemplationis. Glo. in eā tranquilli/
tatem qua fruuntur iſti qui ſunt in celeſti
hieruſalem. Quod ſupra dixit terciū celū
hic dicit paradiſum. nō enim fuit raptus i
paradiſum delitiarū. ſed in paradiſum ange
lorum. Et audiuit nō aure corporis. ſed au
re mētis id eſt mente percepit. archana ver
ba. i. intimatione quadam percepit de ſacra
tiſſima dei eſſentia ⁊ gloria beatorū ⁊ in tā
tum ſecreta verba audiuit ꝙ non licet hoī
loqui. id eſt verbis explicare. Augu. Dixit
quidem qꝺ poſſet hominibus dici. ⁊ tenuit
apud ſe qꝺ non poſſet dici. Ergo ⁊ audiat
ad qꝺ poſſumus pertingere. Illa ergo ar/
chana ⁊ ſecreta que de gloria dei ⁊ beatoꝝ
in mente percepit nec ab homine mortali
dici poſſunt. nec homini mortali lingua
intimari nec aure audiri vel corde cogitari
yſa. lxiiij. Oculus nō vidit de. abſ. t. q̄ ꝑpa.
ex. te. Concludit ergo. di. Pro huiuſmodi
ergo viſione ⁊ reuelatiōe a deo receptis glo
riabor. quō cōgruū eſt pro huiuſmodi glo/
riari. cū ſint bona ſpūalia ⁊ ad dei honorē
tendentia. Et ſic qui gloriatur in his hono
rem dei querit ⁊ in dño gloriatur. ij. cori. x.
Qui gl'atur in dño gl'etur. Per me aūt ni/
hil ſup. gloriabor. id eſt pro his q̄ pertinent
ad me. vt eſſe de genere abrae. ⁊ huiuſmodi
ad carnē pertinētibus. niſi i infirmitatibus
meis ſcꝫ corporalibus afflictionibus. quia
virtus i infirmitate perficitur. ¶ Deinde
cum dicit. Nā ⁊ ſi voluero gloriari. oſtēdit
congruū modū ⁊ cauſam gloriādi dicēs. Si
voluero gloriari propter reprimendā auda
ciam pſeudo apoſtolorum non ero inſipiēs
quia bono zelo faciam ad edificationem au
dientiū ⁊ depſſionē malorū. ⁊ iō veritatē dicā

ſo eſt pro veritate dicam. quod dicere veri
tatem interpretatur haymo. Siquis inquit
pro vtilitate ⁊ edificatione aliorum factuȝ
diuinitus ſibi conceſſum cū humilitate nar
rat non eſt inſipiens. quia loquitur veritatē
Iob. xiij. Uos vocatis me magiſter et dñe
⁊ bene dicitis. ſum etenī. glo. Qui neceſſita
te vrgente vera de ſe loquitur. tantomagis
humilitati cōiungitur ꝙ̄tomagis veritati
ſociatur. Hic eſt ergo cōgruus modus glo
riandi qn̄ homo neceſſitate vrgente ad edi
ficationem proximorū ⁊ ad depſſionē pſum
ptuoſorū gloriatur. ⁊ ſic gloriabatur aplus
Marco aūt. q. d. ꝙ̄uis ſic poſſem gloriari. et
ſic poſſem me laudare. tamen parco. id eſt
parcere volo. laudibus ⁊ glorie me laudan
do ⁊ gloriando. Et hoc ne aliquis exiſtimȝ
me eſſe aliquid ſupra illud quod videt eſſe
proprijs oculis. aut audit ab alijs aliquid
ex me. id eſt de me. cū non niſi infirmitas vi
deatur in me. vel ab alijs qui vident me au
diatur. Si autē de me magna referrē ⁊ plu
ra. putarēt forte ſimplices ⁊ infirmi me nō
eſſe infirmū ⁊ mortalem. ſed hominem im
mortalem vel angelum vel huiuſmodi. ideo
ergo parce de ſe loquitur ne quis exiſtimet
eum eſſe ſupra illud qd̄ videt vel audit. vt
ſcȝ pro magnis illis illis non eſſe hō morta
lis ⁊ fragilis videatur. Et ſic patet tercium
Quarto oſtendit ꝙ deus ſeruis ſuis ꝙ̄
tumcūqȝ perfectis permittit ⁊ infert aduer
ſa vt in gratijs ſemper in humilitate cōſer
uentur. Et hoc eſt. Et ne mag. reue. extol.
me in ſuperbiā. datus eſt mihi. id ē ad meaȝ
vtilitatē. qꝛ temptatio cui non conſentitur
prodeſt ad coronam ſtimulus carnis mee.
id eſt temptatio carnalis concupiſcentie. qꝛ
illa temptatio carnem pungebat. qui ſtimu
lus eſt angelus malus ſathane qui eſt mini
ſter illius temptationis a dyabolo miſſus ⁊
a deo permiſſus. qui me colaphiſet. i. affli
gat. Et ſic deus et dyabolus conueniunt ad
hominē temptandum. ſed deus vt probet ⁊
coronet. dyabolus vero vt vincat et vinctū
ad infernū deducat. Et ſic patet quartum.
Quinto oſtēdit ꝙ deus interdum ſeruos
ſuos non exaudit ad votum vt exaudiat ad
ſalutem. quia paulus tantus et talis nō eſt
exauditus ad votū vt exaudiretur ad ſalu
tem. Unde augu. dicit ꝙ exauditur dyabo
lus petens iob tēptandum. et nō exauditur
paulus apl̄s petens ſtimulum remouendum
Exaudiuit eū quem diſpoſuerat damnare.
et nō exaudiuit eū quē voluerat ſanare. nā
et eger multa petit a medico que medicus
non dat. Nō exaudit ad voluntatē vt exau
diat ad ſanitatē. Item ⁊ dñs nō exaudiuit
paulum ad voluntatē vt exaudiret ad ſalu
tem. Et hoc eſt qd̄ dicit. Propter quod id
eſt pro amotiōe ſtimuli carnis. ter dominū
rogaui vt diſcederet a me. neſciens eū mihi
vtilem. ⁊ dixit mihi vel interius inſpirādo.
vl̄ exterius vocē in aere formādo. Sufficit
tibi gratia mea. q. d. remedium habes ſuffi
ciens ſcȝ gratiā meā per quā potes omnem
temptationem vincere ⁊ in bono conſiſtere
Nam virtus in infirmitate perficitur quia
in infirmitate certat ⁊ per gratiam vincit.
Sine infirmitate autē non certaret. ⁊ per
conſequēs nō coronaretur. j. Thi. ij. Nemo
coro. niſi qui legiti. cer. Cōcludit ergo dicēs
Libēter ergo gloriabor ī infirmitati. meis
vt virtus ⁊ gratia chriſti habitet in me Et
ſic patet totum de epiſtola.

## Dominica in quinquageſima de euangelio ſermo. xxx.

Aſſumpſit ieſus duodecim diſci
pulos ⁊ ait illis. Ecce aſcendi
mus hieroſolimā ⁊c. Lu. xviij
Quia iſtis diebus cōſueuerūt
fideles multū diſſolui ⁊ ludis ⁊
cōmeſſationib⁹ vacare. et gaudiū mūdi eſt
aduerſorum memoria tēperandū. iuxta illō
Ecc. In die bonorum ne immemor ſis ma
lorum. Ideo eccleſia chriſti paſſionem pa
tris noſtri predicat. que fuit multa amari
tudine celebrata. Et quia per chriſti paſſio
nem humanum genus eſt ſanatum ⁊ illumi
natū. ideo poſt predicationē paſſiōis ſtatim
xp̄s quendā cecū ſanauit p quē gen⁹ hūanū
figuratur. Et ſic in euangelio hodierno duo
principaliter continētur Primo enī chriſti
paſſio ab ipo chriſto diſcipulis prenunciat
in principio euangelij. Secundo quidam ce
cus publice coram turbis illuminatur. ibi.
Factū eſt autē dum appro. hierico ⁊c. qui
dam. In primo autē membro duo implicā
tur. Primo chriſti paſſio ſicut fuerat pro
phetata fore cōplenda chriſto diſcipulis p
nunciatur in principio euāgelij. Secundo
verborum intellectus penitus a diſcipulis
oſtenditur fuiſſe ignoratus ibi. At illi nihil
horum intellexerunt. Primo ergo chri
ſti paſſio ſicut fuerat prophetata fore com
plenda. a chriſto aplīs prenūciatur. Et hoc
eſt. Aſſump. ieſus duodecim diſ. In quo in
ſtruimur ꝙ ſecreta noſtra ⁊ maxime q̄ ad
ſalutem anime pertinent paucis reuelare d
bemus. quia multi ⁊ multe ſalutē impedire
nituntur. Ecc. vj. Multi pacifici ſint tibi. cō
ſiliarius autē ſit tibi vnus de mille. Et no
ta ꝙ apoſtolis xp̄i. i. viris ſanctis facta no
ſtra ſecreta reuelare debemus. qꝛ ſi ſunt ma
la ſuadebunt nobis ea relinq̄re ⁊ viā ⁊ mo
dum relinquendi oſtendēt. ſi autē ſunt bona
ſua perſuaſione ⁊ interceſſione ea aggredi ⁊
perficere nos iuuabūt. Unā de augu. dicit ꝙ
deus miſit in mentē eius vt iret ad ſimplici
anum ſeruum dei. ⁊ ei geſtus ſuos pferret.
⁊ ille ſibi quis eſſet aptus modus viuendi
indicaret. Sic beatus Benedictus iuit ad
quendam monachum nomine romanum. ⁊
ei propoſitum ſuum indicauit quod et ſecre
tum tenuit. ⁊ inquātū licuit miniſtrauit. vt
dicit grego. in dyalogo. Sed attēde vt dici
tur ecci. xxxviij. Noli inquit conſiliari cum
ſocero tuo ⁊ a zelantibus te abſconde con
ſilium. Socer enī ſolum reſpicit bonū filie
vxoris petētis conſiliū. ⁊ zelantes homineȝ
reſpiciunt ſolum bonū eius corporale. Et
ideo cum talibus ſecretū ſalutis anime no
ſtre nō debemus habere. qꝛ impediēt ⁊ non
iuuabūt. propterea chriſt⁹ ait. Inimici ho
minis domeſtici eius. matthei. x. Hec ē illa
turba de qua dicitur hic inferius. que cecū
ſalutem petentem increpauit vt taceret. ſed
cecus fortis ⁊ conſtans non curauit turbā
ſed magis clamauit. et ideo ieſus iuſſit eum
venire ad ſe. ⁊ ipm ſanauit. quia ſi hō facit
quod in ſe eſt. deus iuuat eum ⁊ ad ſaluteȝ
perducit. Unde amicos ⁊ qui nos ſolū car
naliter affectant. debem⁹ viriliter increpa
re. ⁊ eorū blandicias non curare. Sic etiaȝ
chriſtus in hoc loco petrum blandiētem ſi
bi increpauit. quia ſymon petrus qui xp̄m
carnaliter tunc diligebat dum audiuit ipm
dicentem. Oportet filium hominis ire hie
roſolimam ⁊ reprobari a ſenioribus ⁊ tra
di ⁊ crucifigi ſtatim ait. Abſit a te domine
quia nō erit tibi hoc. propicius ſis tibi. cui
chriſtus reſpondit. Uade poſt me ſathanaſ
non ſapis ea que dei ſunt. matthei. xvj. Di
cit ergo. Ecce aſcendimus hieroſolimam.
Ecce in ſcriptura nota eſt ammirationis.
Et que maior ammiratio chariſſimi ꝙ̄ vt
dominus pro ſeruis. amicus pro inimicis. i
nocens pro peccatoribus. deus pro homini
bus voluntarie ad patibulum crucis aſcen
dat. Ro. v. Cōmendat deus charitatem ſu
am in nobis. quō cum inimici eſſemus re
conciliati ſumus per mortem filij ei⁹. Vix
enī pro iuſto quis moritur. ſed pro impijs
⁊ peccatoribus quis audeat mori. Quinqȝ
autē circa ſuam paſſionem pdixit. ſcȝ ꝙ tra
deretur. illuderetur. flagellaretur. ꝯſpuerēt
⁊ occideretur. Ecce magna āmiratio. Naȝ
ille traditur qui ē virtus omnipotētis pa
tris oia regēs ⁊ oia gubernās Hebre. pmo
Portans omnia verbo virtutis ſue. Ille
illuditur qui eſt perfecta dei ſapiētia. omia
ordinans ⁊ diſponens in numero pondere ⁊
menſura. Sap. xj. Ille flagellatur qui eſt
omnimoda ⁊ pura innocentia. qui peccatū
nō fecit. nec do. inuē. eſt in ore eius. j. pe. ii.
Ille conſpuitur qui eſt perfecta dei gloria
⁊ cādor lucis eterne ⁊ ſpeculum ſine macla
Sapientie. vj. In quem etiam deſiderant
angeli proſpicere. vt dicitur prima. petri. j.
Ille occiditur qui eſt beata vita animarū
vt dicit Auguſtinus. Moraliter au
tem ad edificationem noſtram nota ꝙ iſta
quinqȝ que tunc chriſtus paſſus eſt in cor
pore ſuo quottidie patitur in membris

ſuis..quia ipe eſt caput noſtrum .nos vero
membra eius.Et etiam a miniſtris ⁊ fideli
bus ſuis.¶ Primo patitur in membris ſu
is.Nam ſerui dei quotidie traduntur occi
piuntur ⁊ expelluntur.Luce.xxj.Trademi
ni au em a parentibus ⁊ fratribus ⁊ cogna
tis.Item a mundo deridentur.Sap.v.di
cunt damnati.Hi ſunt quos habuimus ali
qn̄ in deriſum ⁊ in ſimilitudinē improperij.
Exemplum de heliſeo aſcendente in bethel
quem pueri ciuitatis deridebant dicentes .
aſcende calue .aſcende calue. Sed vide qd
ſequitur.quia vrſi duo egreſſi de ſaltu lace
rauerunt ex eis.xlij.pueros.vt patet.iiij.re
gum.ij.Itē a tyrānis ⁊ predonibus flagel
lantur.Yſa.x. Ve aſſur.virga furoris mei
⁊ baculus ipe eſt.Ubi dicit angn.Quid ſu
perbit impius ſi de ipo flagellum fecit pat
meus.pater filium flagello corripit.et poſt
flagellum in ignem mittit.Itē conſpuun
tur.dum in contemptu ⁊ vilipenſione habē
tur.j.corinth.iiij.Uſqꝫ in hanc horā eſuri
mus ⁊ ſitimus et nudi ſumus .⁊ collaphis
cedimur.Et ſequitur. Tanq̄ purgamenta
huius mundi facti ſumus omniū peripſima
vſqꝫ adhuc.Item occiduntur.ps. Prop
ter te mortificamur tota die eſ.ſ.ſicut o.oc.
¶ Secundo eadem quinqꝫ chriſtus quoti
die patitur a miniſtris ⁊ fidelibꝰ ſuis.Pri
mo enim patitur traditionem,fuit em̄ tradi
tus a iuda.ſalutando.āplexando.oſculādo.
comedēdo.Sic multi in iſta quadrageſima
chriſtum ⁊ matrem eius ſalutabunt dū pa
ter noſter ⁊ aue maria dicent chriſtum am
plexabuntur ⁊ oſculabuntur extenſis bra
chijs.Chriſtum comedent dum corpus xpi
ſument.⁊ poſt paſcha chriſtum ſic ſaluta
tum ſic amplexatum ⁊ oſculatum ⁊ ſic i mē
ſa anime receptum turpiter perdunt.ipſum
de anima per mortale peccatū expellendo.
⁊ dyabolum eius aduerſarium intromitten
do.Secundo a ſuis miniſtris ⁊ ſeruis pati
tur illuſionem.Nam duri corde ⁊ obſtinati
chriſto illudere videntur.dum toto die cla
mat per ſcripturas ⁊ predicatores.conuerti
mini ad me ⁊ ipi deſpiciunt.prouer. primo
Uocaui ⁊ renuiſtis.extendi manū meam ⁊

non fuit qui aſpiceret.Et quid ſequitur.Ego
quoqꝫ in interitu veſtro ridebo ⁊ ſubſanna
bo .cum vobis quod timebatis aduenerit.
Tota die minatur penas eternas ⁊ ipm nō
timent.Tota die repromittit premia inau
dita.⁊ ipi non curant.¶ M. Et nota hic
q̄ quater chriſtus illuſus fuit.Primo i do
mo cayphe ſacerdotis cum velamine capi
tis.Luce.xxj.Illudebāt ei cedentes ⁊ ve
lauerunt eum ⁊ percutiebant faciem eius.
Secundo in domo herodis cum veſte alba
Luce.xxiij. Tercio in atrio pylati cum ve
ſte purpurea.Iohā.xix. Quarto in cruce
Matthei.xxvij. Principes ſacerdotuꝫ cū
ſcribis ⁊ phariſeis ⁊ ſenioribus illudentes
dicebant.Si rex iſrael eſt deſcendat nūc de
cruce.¶ M. His quattuor modis hodie
mali ſacerdotes videntur chriſto illudere.
Primo cum caypha cum velamine capi
tis dum amictum habent in capite qui ſig
nificat ſpem celeſtium.⁊ ipi pro tēporalibꝰ
⁊ non pro celeſtibus in eccleſia ſeruiūt. Se
cundo cum veſte alba ſibi illudunt. qui ca
miſiam albam induentes per quā mundicia
cordis et corporis ſignificatur. ipſi mūdici
am non ſeruāt.Tercio in purpura cuꝫ mili
tibus ſibi illudunt.qui caſulam vel veſtem
purpuream ſiue rubeam induunt. per quaꝫ
feruor ⁊ latitudo charitatis ſignatur. ⁊ ipi
non habent purpuream veſtem charitatis
ſed ſanguinolentam odij ⁊ rancoris.Quar
to in cruce eum derident cum iudeis.q eius
verba peruertebant.⁊ fidem deridebant cū
verba dei contemnunt ⁊ indigne predicant
¶ Tercio chriſtus a ſuis fidelibus patitur
flagellationeꝫ cum ipm quotidie verbis la
cerant.⁊ ipm tanq̄ ſignum ad ſagittam per
cutiunt.Hiere.xviij.Percutiamus eū lin
gua.Luce.ij.Poſitus eſt hic in ruinam et
in ſignum cui contradicetur.¶ Quarto xps
patitur conſpuitionem.Conſpuitio iſta ſig
nat malam vilipenſionem ⁊ vilificationem
quam quidam habent ad deum ⁊ ad ſacra
menta eccleſie.que ita tractant quaſi quaſ
dam immundicitias.⁊ tamen deus ex beni
gnitate ſua ſuſtinet eos.yſa.l.Faciem meā
non auerti ab increpātibus ⁊ conſpuiī me.



¶ Quinto chriſtus patitur occiſionē.quia
dum fideles pro quibus ſemel mortuus eſt
vt eos a peccatis mūdaret quotidie ad pec
cata redeunt ⁊ quotidie peccatis ſe macu
lant quantum in ſe eſt iterum chriſtū occi
dunt.dum peccatum perpetrant .quod per
ſolam chriſti mortem poteſt deleri ⁊ ꝓ quo
fuit neceſſarium filium dei mori. Hebre.
vj.Rurſum cruci filium dei in ſemetipſis
⁊ oſtentatui habentes. Secundo oſtēditur
q̄ intellectus verborum chriſti a diſcipl'is
fuit penitus ignoratus.Et hoc eſt. At illi
nihil horum intellexerunt.Et ſic patet pri
mum.¶ Secundo principaliter quidam ce
cus a chriſto coram turbis illuminatur Et
hoc eſt.Factum eſt dum appro.hierico ⁊c.
In quo quidem miraculo tria apparent.ſ.
magna miſeria ex parte ceci ſedentis ⁊ mē
dicantis.⁊ magna miſericordia ex parte xpi
vocantis ⁊ ſanantis.⁊ magna gratiarū ac
tio ex parte deum laudantis.¶ C. Circa
vero hoc miraculum ſciendum eſt q̄ per
iſtum cecum allegorice genus humanū cō
grue poteſt intelligi.quod ante chriſti aduē
tum quattuor mala patiebatur.que in iſto
ceco apparent.a quibus omnibus chriſtus
ipm plenarie liberauit.¶ Primo ergo erat
cecum. nec creatorem ſuum cognoſcebat.
ſed creaturas pro deo colebat. Sapiē.xiij.
Aut ſolem aut lunam aut girum ſtellarum
rectores orbis deos eſſe putabāt.propterea
petebat zacharias dicēs.Illuminare his q
in tene.⁊ in vm.mortis ſedent. Et hoc eſt
quod hic dicitur.Cecus quidam.Chriſtus
autem ipm illuminauit di.Ioh.j. Erat lux
vera q̄ illumi.omnē ho.ve.in hūc mundū.
¶ Secundo erat totaliter terrenis intētū.
⁊ eius merces terrena erat.yſa.j.Si volue
ritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis
Unde pro omnibus bonis operibus ſuis
ad deum non aſcendebat. Et hoc eſt quod
hic dicitur.Sedebat id eſt in terrenis bōis
quieſcebat tanq̄ in vltimo fine.Sed chri
ſtus iuſſit ipm duci ad ſe.vt ipm ſecum ad
deum duceret celeſtia percepturum. Io.x.
Per me ſiquis introierit ſaluabitur ⁊ igre
dietur ⁊ paſcua inueniet.¶ Tercio erat ex

tra viam iuſticie et veritatis. quia ex quo
recta fide carebat.non poterat in via iuſti
cie ambulare.quia vt dicit Augu.Omnis
actio infidelium mala.Hebre.xj.Sine fid
impoſſibile eſt placere deo. Et ideo dicit in
ps.Omnes declinauerūt nō eſt qui fa.bo.
nō eſt vſqꝫ ad vnū.Et hoc eſt quod hic di
citur.q̄ ſedebat non in via ſed ſecus viam.
ergo erat extra viam.Sed chriſtus per lu
men fidei ⁊ per donum gratie fecit ipſum
poſſe in via iuſticie ⁊ veritatis ambulare.
Et hoc eſt quod hic dicitur q̄ illuminatꝰ
factus ſequebatur chriſtum. magnificans
deum. Dum enim ei oſtendit viam ⁊ dedit
virtutem eundi per viam. ipm dicitur am
bulare feciſſe.¶ Quarto erat veris diuitijs
pauperrimum ⁊ egenum.quas veras diui
tias ſcꝫ virtutes ⁊ dona ſpūſſancti paucas
habebat.Apoca.iij.Neſcis quia tu es mi
ſer ⁊ miſerabilis ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudꝰ.
Et hoc eſt quod dicitur hic.quia ſedebat
mendicans.Chriſtus autem genus huma
num omnibus bonis replebat. quia pater
dando nobis filium omnia bona nobis cū
ipo donauit. Ro.viij. Quō non etiam cuꝫ
illo omnia nobis donauit. Io.j. De pleni
tudine eius nos omnes accepimus gratiaꝫ
pro gratia. Reliquit nobis etiā theſaurum
ſue paſſionis hominibus diſpenſanduꝫ.Et
hec omnia fecit dum appropinquaret hie
richo.id eſt ad penam mortalitatis noſtre.
Hiericho em̄ interpretatur luna. que pro
defectu ponitur.que omnia omnis plebſ vt
vidit dedit laudem deo.Et hoc eſt qđ dicit
aplus.j.corinth.j.Qui factus eſt nobis ſa
pientia a deo ⁊ iuſticia ⁊ ſanctificatio ⁊ re
demptio.Sapientia quantum ad primum.
iuſticia quantum ad ſecundum.ſanctifica
tio quantum ad tercium.redemptio quātū
ad quartum. ¶ Et ſic patet miſeria
generis humani. ⁊ miſericordia chriſti .et
gratiarum actio plebis ⁊c.¶ Moraliter au
tem ad edificationem noſtram nota q̄ per
hunc cecum peccator intelligitur qui tota
liter in mente eſt cecus.Circa quod tria vi
deamus ſcꝫ ex quibus cecitas inducitur.in
quibus cecitas ſpūalis eſt periculoſior q̄

corporalis. ⁊ ex quibus cecitas reparetur. ¶ Primo ergo videamus ex quibus cecitas inducatur. ¶ P. Ubi nota ꝙ octo ſūt cauſantia ⁊ inducentia cecitatem corporalem ⁊ ſimiliter ſpūalem. ¶ Primum eſt magni luminis inſpectio. vt patet ſi aliquis inſpiciat rotam ſolis que diſſoluit oculos et excecat. Quia vt dicit philoſophus. Excellentie ſenſibilium corrumpunt ſenſum. Et ideo illi qui tranſeunt montes vbi ſunt cōtinue niues deferunt in manu ramū oliue. ne videndo ſolum niues excecentur. Hoc etiam ſignat peccatum preſumptionis. Preſumptuoſus enim vult figere oculum in rotam diuinitatis dei. dum vnitatem eſſentie ⁊ trinitatem perſonarum ac eius pſcientiaʒ inueſtigare nititur et preſumit. ⁊ ideo opprimitur ⁊ excecatur. prouer. xxv. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a glīa. Propterea dicit apl̄us ad Ro. xij. Non plus ſapere q̃ͦ oportet ſapere. ſed ſa. ad ſobrietatē. ¶ Secundum eſt longa in tenebris habitatio. quia vt dicit philoſophus. Opus nature eſt opus intelligentie. ⁊ ideo natura non mittit virtutem ſuam ad membrum qḋ nō operatur. ⁊ ideo virtus viſiua in oculo nō vidente deficit. ⁊ ad membrū qḋ inuitum operatur multam virtutem mittit. Vn̄ phs dicit ꝙ ſcriptores habent oculos meliores ⁊ fabri habent brachia alijs fortiora. ⁊ curſores crura alijs duriora ⁊ fortiora. Et ad idem vadit ꝙ hō aliqn̄ propter ſeniū amittit viſum. gen̄. xxvij. Senuit yſaac ⁊ caligauerunt oculi eius. ⁊ videre nō poterat. quia organum viſus ſcʒ oculus eſt debilitatum. ⁊ non poteſt recipere lumen. ⁊ ideo natura non tranſmittit virtutem. Hoc ſignificat peccatum conſuetudinis. quādo em̄ homo inueteratus eſt in tenebris peccatorū omnino eſt excecatus. quia ſuprema intelligētia aufert ei gratiam. per quam poſſet videre. ex quo ip̄a non vtitur. Luce. xix. Auferte ab eo mnam ⁊ date illi qui decem mnas acquiſiuit. quia omni habenti dabitur ⁊ abūdabit. ab eo autem qui non habet etiam qḋ habet auferetur ab eo. ¶ Terciū eſt multi fumi perceptio que nimis oculis cōtrariaſ

Hoc ſignat peccatum ire. Sicut em̄ fumꝰ generatur ex collectione lignorū circa ignē ſic ira ex collectione ſanguinis circa cor. vt dicit philoſophus que excecat hominem. ſicut em̄ cecus non poteſt videre. ſic ira impedit animum ne poſſit diſcernere veruʒ. Itē ſicut cecus percutit quenq̃ʒ. ſic iratus percutit amicum ⁊ inimicum. parentes ⁊ filios. ⁊ aliquando ſcip̄m occidit. Exemplum de achitophel. ij. re. xvij. ¶ Quartum ēuentꝰ pulueris immixti in oculos ī ſufflatio. hoc ſignat peccatum vane glorie ſuperbie ſociatum. Si em̄ cecus dum ſe credit aſcendere cadit. ſic vane glorioſus ⁊ ſuperbus. Exemplum de lucifero ⁊ primis parentibus. yſa. xiiij. Qui dicebas in corde tuo. in celū aſcēdam ⁊c. Et ſequitur. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum lacꝰ. ¶ Quintum eſt nimia ad lumen vigilatio. ex hoc eī oculi cōturbantur. Hoc ſignat nimiam ſolicitudinem. quam homo habet pro tēporalibus acquirendis ⁊ obſeruandis. Eccl. v. Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Pro quibus excecatur ⁊ vendit animam ſuam dyabolo. quod eſt maxima cecitas. Ecc. x. Nihil eſt ſceleſtius q̃ʒ amare pecuniam. Hic enim animam ſuam vēalem habet. Deut. xvj. Excecant oculos ſapiētum munera. Contra quod chriſtus ait mat. vj. Nolite ſo. eſſe in craſt. quid mā. aut q̄o bi. ⁊c. Querite primū regnū dei ⁊ iuſti. eius ⁊ hec om. ad. vo. ¶ Sextum eſt malorum humorum ad oculos deſcenſio. ac etiā nimius calor. Unde in ethiopia propter calorē mlī̄ti perdunt viſum. Similiter ad peluim ferꝰuentem excecātur homies. Hoc ſignat peccatum luxurie que ex abundanti calore et ſanguine conſurgit. ex quibus magnus calor in carne generatur. luxuria enim vere ē ignis. Job. xxij. Ignis eſt vſqʒ ad conſumptionem deuorās. que totaliter excecat hominem. Si enim cecus non diſcernit inter pulcrum ⁊ turpe. ſic luxurioſus habet frequenter pulcram vxorem ⁊ nobilem. ⁊ dimittit eam propter turpem ⁊ viliſſimam. ⁊ frequenter vadit ad mortem habēs oculos faſciatos ſicut ille qui vadit ad ſuſpēdiumꝰ

plures enim iam interfecti ſunt. ſic excecatus fuit ſampſon de dalida. que pluries voluit eum prodere. ⁊ ille tamen ſemper dormiebat in gremio eius. tandem aūt decepit eūm ⁊ prodidit. propter quod ab inimicis exoculatus fuit. vt patet iudicū. xvij. ¶ Septimum eſt organi deuaſtatio. vt qn̄ oculus perforatur vel eruitur. quedam enim potētie anime ſunt omnino alligate organis. ita ꝙ corrupto vel impedito organo anima nō poteſt actus illarū potentiarū operari de q̄bus eſt viſus. Hoc ſignat peccatū odij vel inuīdie in quo anima moritur ⁊ a deo ſeparatur qui eſt beata vita animarum. j. Job. iij. Qui non diligit manet in morte. Et iterum. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt Et ſcitis quō omnis homicida non habet parteʒ in regno chriſti ⁊ dei. Sicut em̄ oculus eſt organum videndi. ſic amor dei ⁊ proximi eſt organum viuendi. qui tollitur ⁊ deuaſtatur per odium ⁊ inuidiam. ¶ Octauū eſt lucis coopertio. vt qn̄ quidam pānicilꝰ ſuperꝰ lucem generatur. ita ꝙ lux ē coopta ⁊ intus abſcondita nec videri poteſt. Hoc ſignat peccatum accidie ⁊ pigricie. quando homo talentum a deo ſibi traditum abſcondit. ⁊ nihil operatur in eo. propter qḋ a dn̄o condēnatur. vt patet Luce. xix. Domine ecce mna tua quā habui repoſitaʒ in ſudario ⁊c. Et ſequitur. De ore tuo te iudico ſerue neq̃ʒ. quare nō dediſti pecuniam meā ad mēſam ⁊c. prouer. xj. Qui abſcondit frumēta maledicetur in populis. ¶ Secundo videamus in quibus cecitas mentis cecitatē corporis magis periculoſa videatur. ¶ E. Et ſunt octo in quibus magis apparet cecitas mentis q̃ʒ corporis eſſe periculoſa. Primum quia in nobiliori ſubiecto ſcʒ in aīa. ⁊ nobiliori bono priuat ſcʒ lumine gratie. quod ſine cōparatione melius ē lumine corporis. Ex his em̄ duobus periculoſior infirmitas iudicatur. ſcʒ quia eſt ī nobiliori mēbro. vt quia eſt in corde vel in cerebro. q̃ʒ que eſt in oculo. ⁊ que eſt in oculo q̃ʒ q̄ eſt ī pede. ⁊ quia meliori bono priuat ſcʒ vita. q̃ʒ que priuat viſum. ⁊ que priuat viſum q̃ʒ que priuat auditum vel greſſum. ¶ Secundum eſt. quia cecus corporaliter conat omnino ducem habere. nec ſine duce audet ambulare vel baculo. cecus vero ſpūaliter de duce nō curat. ⁊ omnia facere ſine duce attemptat. Sen̄. Ceci ducem querūt. et nos ſine duce erramus. Immo ducem expellit. Job. xxj. Qui dixerūt deo. recede a nobis. ſci. vi. tu. no. ¶ Tercium eſt quia cecus corporaliter eligit pro duce videntem ⁊ fideleʒ perſonam. peccator autem cecus eligit cecum pro duce. dum ſcʒ accipit exemplum a malo alterius qui cecus eſt ſicut ip̄e. Tren̄. iiij. Errauerunt ceci in plateis. temuerūt lacinias ſuas. Et quod peius eſt peccator eligit pro duce illum qui pluries eū pcipitauit ſcʒ proprium ſenſum ⁊ propriā voluntatem Contra quod ecc. xviij. Poſt concupiſcentias tuas nō eas. ⁊ a voluntate tua auertere. ſi em̄ preſtes anime tue concupiſcentias eius. faciet te in gaudium inimicis tuis. Libentius etiā ſequitur dyabolum ducentem ip̄m ad mortem q̃ʒ chriſtum ducentem ip̄m ad vitam. ¶ Quartum eſt. quia cecus corporaliter cecitatem ſuam agnoſcit ⁊ confitetur ſe eſſe cecum. peccator vero cecus nō agnoſcit maximā cecitatem ſuā. imo multi peccatores reputant ſe valde videntes ⁊ ſapientes. ⁊ ideo magis peccāt. Johānis. ix. Si ceci eſſetis nō haberetis peccatū. nunc vero quia dicitis videmus. peccatū veſtruʒ manet. Ro. j. Dicentes ſe eſſe ſapiētes ſtulti facti ſunt. Ubi dicit augu. Si dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. dicas ergo te ſtultum ⁊ ſapiens eris. ¶ Quintū eſt quia cecus corporaliter omni ſtudio ⁊ conatu quo poteſt querit illuminari. peccator vero cecus non curat nec querit illumiari imo fugit audire verbum dei per qḋ poſſet illuminari. ps. Lucerna pe. meis verbū tuū. ¶ Sextum eſt quia cecus corporaliter quēcunqʒ cibum vnde viuat ſcit ponere in os. peccator vero neſcit cibū ponere in os anime. ſed ponit in auribus in oculis ⁊ in manibus dum in corporeis ſenſibus delectatur ⁊ totum conatum ſuum ad hoc tendit. vt ſenſus corporis paſcat ⁊ animaʒ fame perire permittat. Job. xxiiij. Pauit em̄ ſterilē

ex que non parturit ſcʒ carnem et vidue nō bene fecit ſcʒ anime que per peccatū ſeparata eſt a deo ſponſo ſuo. ¶ Septimū ē quia cecus corporaliter quod videre non poteſt palpat. Unde vulgariter dicitur. Qui non videt palpare debet. Sic yſaac qui non videre poterat palpabat iacob. gen̄. xxvij. Peccator vero cecus penas futuras quas oculo fidei non videt nec credit. nec oculo corporis videre poteſt. nec oculo cogitatiōis cogitat. non vult hic eas aliqualiter experiri immo omnē penā penitentie ſubterfugit. deberet enim experiri penam famis ſitis ⁊ frigoris ⁊ caloris. ad probādum ſi poterit eā in perpetuū ſuſtinere. yſa. xxxiij. Quis ex vobis habitare poterit cū ardoribus ſempiternis. Hic cadit exemplum illius heremite. q temptatus ð quadam muliere cuius formā aſſumpſerat dyabolus ⁊ ſibi apparuit. voluit experiri ſi ignem poſſet ſuſtinere quam pro peccato paſſurus erat. ⁊ accendit cādelam ⁊ cōbuſſit digitos ⁊ ſtatim temptatio receſſit. ¶ Octauum eſt quia cecus corporaliter felices reputat videntes ⁊ ſe iudicat infelicem. Thobie. v. Quale mihi gaudiū eſt qui in tenebris ſedeo ⁊ nullum lumē video. Peccator vero cecus iuſtos videntes contemnit. ⁊ irridet. prouer. xxix. Abominantur impij eos qui in recta via ſunt. Et ſe reputat beatum dum temporali felicitate fruatur. ps. Beatum dixerunt populum cui hec ſunt. ¶ De tercio ſcʒ ex quibus ſpiritualis cecitas reparetur. parum dicamus quia multa de alijs dicta ſunt. ¶ N̄ · Nota ergo ꝙ triplex eſt remediū cecitatis ſpiritualis prout ex ſcriptura habetur. Primum eſt amaritudo contritionis qd̄ figuratum eſt in thobia. cuius oculos āgelus felle liniri mandauit ⁊ viſum recepit. Secundum eſt ablutio confeſſionis. quod figuratum eſt in ceco nato. cui chriſtus mādauit ꝙ iret ad natatoria ſyloe ⁊ lauaret ſe. Qui abiit ⁊ lauit ⁊ vidit. vt patet Johānis. ix. Syloe interp̄tatur miſſus. aqua ergo ſyloe eſt confeſſio. que eſt vnum de lotorijs chriſti miſſi a patre. Tercium eſt collirium bone operationis. quod pertinet ad ſatiſfactionem. Apocal. iij. Collirio inunge oculos tuos vt videas. Collirium fit ex frumento frumentum eſt chriſtus. ſic opera bōa fiūt ex chriſto ⁊ ī chriſto ⁊ per chriſtū. yſa. xxvj. Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine. Et ſic patet totum.

¶ De epiſtola ſermo xxxj.

Si linguis hominum loquar ⁊ angelorum charitatem autem non habeam factus ſum velut es ſonās ⁊ cimbalum tinniēs. j chorinth. xiij. Sicut epiſtola dominice precedentis ſic ⁊ iſta eſt valde lōga. Nam totum. xiij. c. prime epiſtole ad chorin. continet. nec per pauca cōgrue expediri poteſt niſi ſuperficietenus ipſam tranſeundo. Omnino ergo ipſam breuiter percurrere intendo. quia dies hodierna longis ſermonibus non eſt apta. Intendit autē apoſtolus in tota preſenti epiſtola charitatem nobis pre omnibus alijs virtutibus cōmendare. ⁊ eius excellentiam demonſtrare. Et ideo in hac epiſtola quattuor facit. Primo enim oſtendit ꝙ omnes alie virtutes ⁊ dona ſine charitate ad ſalutem penitus nihil valent. in principio epiſtole. Secundo oſtendit ꝙ charitas omnium virtutum opera poſſidet ⁊ exercet ⁊ omnia mala cauet. ibi. Charitas patiens eſt benigna eſt ⁊c. Tercio oſtēdit ꝙ in futura vita omnes virtutes ⁊ dōa euacuata ceſſabunt. ſed charitas nunꝙ̄ excidet. ibi. Charitas nunꝙ̄ excidet ſiue prophecie eua. ⁊c. Quarto excellentiam ⁊ maioritatem charitatis quaſi concludendo ſubinfert ibi. Nunc autem ma. hi. ſp. chari. ¶ Primo ergo oſtendit ꝙ alie virtutes et dona ſine charitate nihil proficiunt ad ſalutem. Eſt autē charitas ordinatus amor dei ⁊ proximi. vt ſcʒ deus ſuper omnia diligatur. deinde debemus diligere proximum in deo ⁊ propter deum tanꝙ̄ noſipſos. Talis ergo amor charitas nominatur. Et hoc valde congrue propter quattuor. ¶ P̄ · Primo ergo talis amor dicitur charitas ratione ethimologie nominis. quia caritas id eſt cara res. Tranſcendit enim caritas omnia virtuoſa ⁊ valoroſa. et ſuper omnia cara magis valet. Sap. vij. Nec cōpare. illi. la. pci. q. o. a. in cōpa. illius are. ē exi. ⁊ argen. nihil ē in cō. illius. Etiā caritas res cara ē quia omne rarum carum. perfecta autē caritas raro inuenitur. Secundo talis amor dicitur caritas quia rem cui ineſt facit caram ⁊ precioſam. Homo enī per charitatē carus ē ⁊ precioſus deo ⁊ ſanctis ⁊ ſine ipſa eſt vilis ⁊ abominabilis. Et non ſolum hominem cui ineſt facit carum ⁊ precioſū. ſed omnia opera eius reddit cara. vtpote valētia vitā eternam. que ante nihil valebant. vnde paleas facit aurū. Tercio dicitur talis amor caritas quia cariſſime cōiungit rei ſcʒ deo. j. Jo. iiij. Deus caritas ē ⁊ qui manet in cari. in deo manet. ⁊ deus in eo. Per amorem enī homo in deum transformatur. ps. Ego dixi dij eſtis ſcʒ per amorē. Quarto talis amor dicitur caritas. quia ad rem caram ducit ſcʒ ad vitam eternā. qꝛ gloria correſpondet caritati. Tantū enim quiſqʒ habebit de gloria quantum habuit de caritate. Unde augu. dicit. Opera bona nō ex quantitate ſui. ſed ex caritate ſui plus vel minus proſunt. Impar quidem facultas eſt multum vel parum danti. ſed non impar caritas. Et ideo tantū eſt dare calicē aque quantū fuit zacheo dare dimidiū patrimonij. Huius ergo caritatis excellentiā apl'us hic demonſtrat. quod facit dū primo oſtendit ꝙ omnes virtutes ⁊ dona ⁊ omnia bōa opera ſine caritate nihil proficiunt ad ſalutem. Et hoc probat per inductionem. inducendo in actu locutiōis que eſt mediū inter actum interiorem ⁊ exteriorem. Locutio enī conſtituitur ex interiori intentiōe ⁊ exteriori prolatiōe. quia loqui eſt cū intentiōe proferre. Item inducendo in actu mentis interiori qui eſt prophetia ⁊ cognitio ⁊ ſciētia ⁊ fides ⁊ huiuſmodi. Et in actu operis exterioris vt eſt elemoſinam facere ⁊ ſeipſum martyrio exponere. Et per hoc vult intelligi omnia bona que ſine caritate haberi poſſunt. ¶ Primo ergo inducit in actu medio inter interiorem ⁊ exteriorem quod ē loqui dicens. Si linguis ho. lo. id eſt ſi habuero donum linguarum vt linguis omniū ſciam loqui vt apoſtoli. ⁊ angelorum qui lingua ſua loquuntur. ⁊ cōceptus ſuos ⁊ voluntatem dei ſibi indicant aliquibus nutis ⁊ ſignis. Vel linguam hominum appellat q̄cūꝙ̄ humano intellectu concipi poſſunt. ⁊ humana ratione inueſtigari. Linguam vero angelorum qua dicuntur quecūqʒ que nec ſenſu nec experimento nec humana ratione cōcipi poſſunt. ſed ſolo intellectu a dei gratia informato. Si ergo ſic mirabiliter loquar. caritatem autem non habeam. qua ſcilicet poſſum care ⁊ excellenter loqui. factus ſū velut es ſonās. quod alios excitat vt campana aut cimbalū tinniens quod alios dulciter delectat. quorum vtrūqʒ ſe conſumit. ⁊ alijs prodeſt. Et vide ꝙ duo tangit. ſcilʒ ſonum eris qui eſt groſſior ⁊ correſpondet lingue hominū ⁊ ſonum cimbali qui ē ſubtilior. ⁊ correſpondet lingue angelorū. Et iterum. ſicut es ⁊ cimbalum non ſonant motu proprio ſed impulſu alieno ad aliorū vtilitatem ⁊ delectationem ⁊ non ad propriā ſic qui predicat abſqʒ caritate monēte ſpū profert ea que aliis ſunt vtilia ⁊ eos ðmulcent. ſed ſibi non valent ad vitam eternam. Job. xl. Oſſa eius ſcʒ behemoth velut fiſtula eris. Dulciter enī aliquando ſonant. qui ſunt oſſa dyaboli. ſed ipſi ſunt ſine medulla deuotionis. ¶ Deinde inducit ī actu interiori dicens. Et ſi habuero prophetiam. id eſt futurorum reuelationem ad alijs nunciandum ſicut habuit balaam ⁊ ſaul. j. re. x. ⁊ caypbas. Jo. xj. ⁊ nouerim miſteria oīa veteris ⁊ noui teſtamenti. ita vt in ſapientia que eſt ſupra humanum intellectum perfectus exiſtam. vt iudas qui fuit de numero apoſtolorum. quibus dominus dixit mathei. iiij. Uobis datum eſt noſſe miſterium regni dei. Ipſe etiam dyabolus miſteria dei ſciuit. Ezech. xxviij. Omne ſecretum nō eſt abſconditum a te. Et omnem ſcientiā habuero ſup. que eſt de eis ad que poteſt attingere humanus intellectus. Et ſi habuero omnem fidem. id eſt perfectam fidem ð omnibus que ſunt neceſſaria ad ſalutem vt de

creatore et creaturis. de angelis et anima-
bus ꝺ inferno ⁊ paradiſo. ita vt mõtes trã-
ferãm id eſt montes tranſferri per fidem a
deo impetrem. Nam virtute fidei aliquãdo
miracula fiunt etiam a malo homine. Sic
alexander qui tantam habuit fidem licet in-
formẽ vt ad preces ſuas montes caſpij ſint
coniuncti ⁊ intus iudei incluſi vt dicit Io-
ſephus. Matthei. xvij. Si habueritis fidẽ
ſicut granũ ſinapis dicetis monti huic trãſi
hinc ⁊ tranſibit. Sed quare attribuitur mi-
raculorum operatio magis fidei q̃ alie vir-
tuti. Et dicendum eſt ꝙ hoc eſt ideo. quia
fatetur omnipotentiã dei. omnipotentie au-
tem attribuitur virtuoſa et miraculoſa ope-
ratio. Item fides eleuat hominẽ ſupra poſ-
ſe nature. et eſt de his que naturã ſuperant
⁊ ſic competit ei vt det poſſe ſupra naturã.
vt per poſſe ſupra naturam confirmetur fi-
des ſupra naturã. Sed ſi queratur quomõ
fides que eſt ſine caritate hoc poteſt mere-
ri. Dicendum eſt ꝙ non datur hoc fidei ſi-
ne caritate de merito condigni ſed cõgrui.
ſi hoc exigat vtilitas populi. Et ſi queritur
quõ hoc potuit fides alexandri cum eſſet in-
fidelis. Dicendum eſt ꝙ tũc ſufficiebat cre-
dere vnum deum remuneratorem bonorũ
⁊ punitorem malorum. quod alexander cre-
debat. Hebre. xj. Credere enim oportet ac-
cedentem ad deum quia eſt. ⁊ inquirẽtibus
ſe remunerator ſit. Glo. Sine hac fide nul-
lus vnq̃ ſaluari potuit. ſed modo talis fides
non ſufficit. Si autem opponatur ſine fide
mediatoris nullus vnq̃ ſaluari potuit. ⁊ ſic
plus neceſſariũ fuit credere q̃ illud quod
dictum eſt. Dicendum ꝙ verum eſt ꝙ ſine
fide mediatoris explicita vel implicita nũ-
q̃ fuit ſalus. ⁊ in illa montes tranſferri poſ-
ſunt. Si hoc nunq̃ ſine charitate habuero
nihil ſum ad vitam eternam acquirendam
matthei. vij. Domine nonne in nomine tuo
prophetauimus ⁊ demonia eijcimus ⁊ vir-
tutes multas fecimus. Et dicit illis. Amen
dico vobis neſcio vos. Qui ergo caret ca-
ritate que vero ⁊ ſũmo eſſe cõiungit. ſ. deo
totaliter nihil eſt. Unde in perſona pecca-
toris dicit dauid. Ad nihilum redactus ſũ

et neſciui. Deinde inducit in actu exteriorẽ
di. Et ſi diſtribuero omnes facultates meas
in ci. pau. ⁊ ſi tradi. cor. meũ ita vt ar. ſicut
fecit beatus laurentius. vt dicit glo. Quo
nihil poteſt eſſe perfectius opus miſericor-
die nec maius ſignũ dilectionis. iuxta illud
Ioh. xv. Maiorem hac dilectionem nemo
habet. id eſt maioris dilectionis ſignum. vt
animã ſuam id eſt vitam ſuam. ponat quis
pro amicis ſuis. Caritatem autem nõ ha-
beam nihil mihi prodeſt. ſcz ad vitã eternã
obtinendam. prodeſt autem quantũ ad mul-
ta alia. Bona eñ extra caritatem facta ad
multa proſunt. vt alibi patet. Et ſic patet
primum. ¶ Secundo oſtendit ꝙ charitas
omnium virtutum opera poſſidet ⁊ exercȝ
⁊ omne malum cauet. quia ipſa eſt forma
omnium virtutum per quam omnes virtu-
tes operantur. ⁊ contraria omnium virtu-
tum prohibentur per charitatem. Et exem-
plificat hic in. xv. operibus virtuoſis dicẽs
Charitas patiens eſt ſup. in aduerſis tole-
randis. Unde enim proximus veraciter di-
ligitur. inde illata aduerſa ab illo fortiter
tolerantur. Sicut eñ aurum dilatatur per-
cuſſum. ſic charitas in aduerſis perficitur
cum libenter patitur. Iacobi. j. Patientia
opus perfectum habet. ps. Dum ſuperbit
impius perſequendo. inceditur pauper. ip-
ſum plus ⁊ plus diligendo. Item benigna
eſt. ſcz in releuando miſerias proximorum.
glo. id eſt larga egenis. Item emulatur. id
eſt nõ inuidet bono in alio conſiderato. ga-
lath. v. Non efficiamini inanis glorie cupi-
di inuicem prouocantes. inuicẽ inuidentes.
Item nõ agit perperam. id eſt peruerſe bo-
num in altero perſequendo. quod ẽ magna
peruerſitas. prouer. iij. Noli prohibere eũ
qui poteſt benefacere. ſi potes ⁊ ipſe bñfac.
Item non inflatur de bono habito ſuper-
biendo. nec contra deum nec proximũ. mul-
ti enim ex bonis que habent inflantur et ꝺ-
dignantur minoribus loqui. Sap. iij. Diri-
pet deus illos inflatos ſine voce. Item nõ
eſt ambicioſa bona mundi habendi. i. mul-
tis enim nõ eſt charitas. quia multi digni-
tates honores ⁊ primatum ambiunt vehe-



menter. Cõtra quos eccl. vij. Noli querere
ab homine ducatũ. neq̃ a rege cathedram
honoris. multa eñ pericula ſunt ibi. et mul-
tos periclitari vidimus. Item non querit
que ſua ſunt. ſcz repetendo per contentionẽ
ſi fuerint ablata. Luce. vj. Qui aufert que
tua ſunt ne repetas ſcz iudicio contentioſo
Hoc eſt conſilium. Uel non querit q̃ ſua
ſunt id eſt propria bona ⁊ cõmoda. ſed com-
munia bona proprijs anteponit vt dicit au-
guſtinus. j. corin. x. Nõ querens quod mihi
vtile eſt ſed quod multis. Phil. ij. Nõ que
ſua ſunt ſinguli conſiderantes. ſed q̃ aliorũ.
Item non irritatur ſcz vindictam appeten-
do. quia non habet interius iram que ẽ ap-
petitus vindicte. Iaco. primo. Ira viri iu-
ſticiam dei nõ operatur. Sed charitas dei
iuſticiam operatur. ⁊ ideo non iraſcit neq̃
irritatur. ⁊ ſi habeat aliquando aliquã ani-
mi cõmotionem. Et ſi obijciatur ꝙ ipſe deꝰ
irritatur. Ezech. xxviij. Irritauerũt me et
noluerunt me audire. ergo multomagis ca-
ritas creata. Dicendum eſt ꝙ irritatio que
eſt cõmotio animi ad vindictam hec nõ ca-
dit in deum nec in caritatem. ⁊ de hac loqẽ
hic. Irritatio vero que eſt inflictio pene
vlciſcentis peccatum ſine animi cõmotiõe.
hec eſt in deo ⁊ in habentibus charitatem.
de qua non loquitur hic. Item nõ cogitat
malum. ſcz cum conſenſu deliberato. yſa. j.
Auferte malum cogitationum veſtrarum
ab oculis meis. Item nõ gaudet ſuper ini-
quitate. ſcz q̃n videt inimicũ ruere. vel ali-
quod iniquum facere. prouerb. xxiiij. Cum
ceciderit inimicus tuus ne congaudeas. ⁊ i
ruina alterius ne exultet cor tuum. hoc eſt
enim dyabolicum valde. charitas aũt dya-
bolica nõ eſt. Ecc. xix. Qui gaudet ſup ini-
quitate deuorabitur. Item congaudet ve-
ritati. ſcz predicare vel per opera demõſtra-
re. j. Ioh. ¶ Maiorem horum non habeo
gratiam q̃ vt filios meos audiã in verita-
te ambulantes. Item omnia ſuffert. i. cum
veritatem cognouerit opera virtutum que
ſunt ardua ⁊ difficilia viriliter portat ſicut
iob. Iacobi. v. Sufferentiã iob audiſtis.
Item omnia credit. ſcz que veritas dicit.

ſicut abraam. geñ. xv. Credidit abrãã deo ⁊
reputatum eſt ei ad iuſticiam. Et nota ꝙ ñ
dicit omnibus credit. quia. j. Ioh. iiij. dicit
Nolite omni ſpũi credere. Ecc. xix. Qui ci-
to credit leuis eſt corde. Sen. Utrũq̃ vi-
cium eſt ⁊ in omnibus credere ⁊ nulli. Itẽ
omnia ſperat que deus promittit. quia om-
nipotentem nõ dubitat. Iob. xiij. Et ſi oc-
ciderit me in ipo ſperabo. Item omnia ſu-
ſtinet per longanimitatem expectando. ſci-
ens ꝙ ſũma bonitas non auertitur a bona
voluntate. Ecc. ij. Coniungere deo ſcz per
charitatem ⁊ ſuſtine. ſcz longanimiter expe-
ctando. vt creſcat in nouiſſimo vita tua.
[illegible] Itẽ nota differentiã ex dictis inter pa-
ti. ſufferre ⁊ ſuſtinere. Pati enim proprie ẽ
reſpectu mali pene illate. Sufferre vero ẽ
reſpectu difficultatis in agendo bonũ. Su-
ſtinere vero eſt reſpectu boni dilati. Eſt er-
go charitas Primo patiens cõtra impa-
tientes. Secundo benigna contra inimicos
Tercio nõ emulatur cõtra inuidos. Quar-
to non agit perperã cõtra peruerſos. Quin-
to non inflatur cõtra ſuperbos. Sexto nõ
eſt ambicioſa. contra cupidos. Septimo nõ
querit que ſua ſunt. contra auaros. Octa-
uo nõ irritatur. cõtra iracundos. Nono nõ
cogitat malum. contra verſutos. Decimo
non gaudet ſuper iniquitate. cõtra dyaboli-
cos. Undecimo congaudet veritati. contra
mendaces. Duodecimo omnia ſuffert. cõtra
imbecilles. Tredecimo omnia credit. cõtra
infideles. Quartodecimo omnia ſperat. cõ-
tra deſperantes. Quintodecimo oia ſuſtiet
contra feſtinos ⁊ properos. Et ſic patet ſe-
cundum ¶ Tercio oſtendit ꝙ in futura vi-
ta omnes virtutes ⁊ dona euacuata ceſſa-
bunt. charitas autem nunq̃ excidet ſed per-
ficietur ⁊ perfecta in eternum manebit. Ex
quo magna charitatis excellentia demon-
ſtratur. Et facit tria Primo eñ dicit ꝙ ca-
ritas non excidit ſed alia dona excidunt. ſe-
cundo probat ꝙ alia dona excidant per ra-
tionem. ibi. Ex parte eñ cognoſcimus. Ter-
cio idem probat per duo exempla ibi. Cum
eſſem paruulus. Dicit ergo caritas nunq̃
excidit. ſed manet in patria. Quis quantum

ad aliqua ſcʒ quantum ad actus exteriores ⁊ laborioſos excidat. quantū enim ad interiores ſemper manet. nō excidet ergo in futuro ſed magis augebitur. nec etiaʒ excidit in pn̄ti. ⁊ ſi aliquādo refrigeſcat. mat. xxiiij Refrigeſcet charitas multorum. Attende tn̄ ꝙ verum eſt ꝙ ſm ſubſtantiam ſuā eadē charitas que eſt hic manebit etiā in futuro quantum in ſe eſt. ab habente tamē poteſt abijci ſi voluerit. ⁊ ſi datur ei nō poſſe velle permanebit. Hiere. xxxj. In charitate ꝑpetua dilexi te ideo attraxi te miſerans. ꝓuerbi. xviij. Omni tempore diligit qui amicus eſt. id eſt qui in charitate diligit habet quo poteſt ſi vult omni tempore diligere. qꝛ habet caritatem. caritas ergo nūq̄ʒ excidet Omnia vero alia dona ceſſabunt. ſiue ſint prophetie. que ſunt cognitiōes de futuris. que omnino euacuabūtur. quia totum erit ibi preſens ⁊ permanēs. ſiue ſint lingue id ē dona loquendi varijs linguis que ibi ceſſabunt. quia vnica lingua. ſcʒ lingua dei oēs loquentur. yſa. liiij. Ponam vniuerſos filios tuos doctos a domino. Siue ſit ſcientia que eſt per ſpeculum creature ⁊ per cognitiōem cauſarum creaturarum. que deſtruet quia per veriſſimam ⁊ intimam omniū cauſam omnia cognoſcentur. Apoca. xxij. Nō egebunt lumine lucerne. quō deus dominus illuminabit eos. Quō autē ⁊ quantum ad quid ſcientia deſtruetur magna queſtio eſt.

¶ Deinde cum dicit. ex parte enim cognoſcimus probat per rationem ꝙ predicta dona ſcientie ⁊ prophetie debeant ceſſare. Et eſt ratio talis. omne quod eſt imperfectum adueniente gloria ceſſabit. ſed predicta imperfectionem habent. ergo ceſſabunt. Et h̄ eſt quod dicit. Ex parte enim cognoſcimus ⁊ ex parte prophetamus. id eſt ideo euacuabuntur predicta. quia ex parte id eſt imꝑfecte cognoſcimus. ⁊ ex parte id eſt imꝑfecte prophetamus. Et quantum ad ſcientiaʒ apertum eſt. quia intellectu infirmo cognoſcimus qui ſe habet ad manifeſtiſſima nature vt oculus noctue ad lucem ſolis vt dicit phs. Vnde ſicut oculus infirmus videt circulum circa candelam accenſam qui nō eſt ibi. ſed ex indiſpoſitione incorditatis humor qui eſt in oculo facit ſic apparere. Sic intellect⁹ multa credit ſe videre in creatura que ibi non ſunt. Tren. iiij. Contenebrati ſunt oculi noſtri. Item cognoſcimus medio tenebroſo. ſ. per creaturam. Job. xxxvij. Nos quippe inuoluimur tenebris. De prophetia etiā ſimiliter patet. ibi enim prophete imperfecte cognoſcebant per enigmata ſcʒ ⁊ figuras. Vnde heliſeus qui fuit eximius prophetarū ignorauit etiam mortem filij ſunamitis. vt ptʒ iiij. Re. iiij. Sic ergo patet ꝙ iſta imperfectionem cōtinent. Sed cū venerit quod ꝑfectum eſt quod erit in gloria. quia ibi erūt omnia conſūmata. euacuabitur quod ex ꝑte eſt id eſt exilitas cognitiōis ⁊ imperfectio que eſt hic in ſcientia ⁊ prophetia tolletur. quia perficietur. ſicut tollitur lumē candele adueniente lumine ſolis. Et multomagis euacuabitur donum lingue.

¶ Deinde cum dicit. Cum eſſem paruulus. idem probat per exemplum. Et attende ꝙ i paruulo eſt duplex imperfectio. ſcʒ loquele ⁊ ſcientie duplicis ſcʒ diuinorum ⁊ humanorum. Et ideo dicit. Cum eſſem paruulus loq̄bar vt paruulus ſapiebam vt paruulus. ſcʒ de diuinis ⁊ de his que nouerunt qui habent donum prophetie. cogitabam vt paruulus de iſtis terrenis. Quando autem factus ſū vir id eſt etatis perfecte. euacuaui id eſt depoſui ⁊ dimiſi que erant paruuli. ⁊ ſic dimiſi loqui puerile. ⁊ hoc reſpicit donū linguarum. ſapere puerile ⁊ hoc reſpicit donū ꝓphetie. dimiſi etiā cogitare puerile ⁊ hoc reſpicit donum ſcientie. quia vt dicitur yſaie. lxv. Puer centum annorum morietur. Et ſic quantum ad tria que dixit poſuit exemplum. Similiter erit in patria. qꝛ hec tria ad perfectionē tranſibunt ⁊ ſic euacuabunt. Deinde cum dicit. Videmus autem nunc per ſpeculum. ⁊c. probat idem per aliud exēplum. ſcʒ per ſimilitudinem ſumptam a mō videndi ⁊ cognoſcendi qui eſt imperfectionis. Dicit ergo. videmus nunc per ſpeclm. quaſi d. bene dico ꝙ ſcientia ⁊ prophetia imperfectiōem habent. ⁊ ideo debēt in patria euacuari. quod patet ex modo cognoſcendi



quia nunc in via videmus deum et diuina per ſpeculum rationalis creature que ē dei imago. et videmus etiam in enigmate id eſt in veſtigio. ⁊ in creatura irrationali in qua deus ⁊ diuina videntur magis obſcure. Eſt enim enigma obſcura allegoria vel obſcura ſimilitudo. Obſcurus enim ſermo ⁊ mirandus eſt enigma. vt eſt illud. Patrē progenies occidit matris i aluo. Quaʒ genuit mater generauit filia patrem. Yſidorus vero dicit ꝙ enigma eſt queſtio obſcura q̄ difficile intelligitur niſi aperiatur. vt eſt illud iudicū. xiiij. De comedente exiuit cib⁹. Vn̄ de moyſe qui videbat deum in ſubiecta rationāli creatura ⁊ non irrationali dicit numeri. xij. Ore ad os loquor ei ⁊ palam ⁊ n̄ per enigmata ⁊ figuras. Sicut dictum fuit ezechieli. Fili hominis propone enigma et narra parabolam.

¶ Et nota ꝙ triplex eſt ſpeculum per quod in vita iſta cognoſcim⁹ Primum eſt nobiliſſimum ⁊ clariſſimum. ſcʒ filius dei incarnatus. Sap. vij. Candor eſt lucis eterne ⁊ ſpeculum ſine macula dei maieſtatis. Hoc ſpeculum a iudeis fuit cōſputum vt in eo clarius videremus. ⁊ fuit affixum cruci. vt in eo cordis noſtri maculas intueremur ⁊ abſtergeremus. Secundū ſpeculum eſt ſacra ſcriptura. Ja. j. Siqs ꝑſpexerit i lege ꝑfecte libertatis ſicut i ſpeclo Et ibidem. Siquis auditor verbi ⁊ nō factor. hic cōparabitur viro conſiderāti vultū natiuitatis ſue in ſpeculo. Terciū eſt ſpeculum rationalis creature. Et ſic accipitur h̄ Vnde dyoniſius dicit ꝙ angelus eſt ſpeculum clariſſimum. Sequitur. Tunc autem ſcʒ in gloria videbimus facie ſcʒ noſtra ordinata ad faciem ipſius dei id eſt ꝓſentialiter ⁊ manifeſte. j. Jo. iij. Cum autem apparuerit ſimiles ei erimus. quō videbimus cū ſicuti eſt. yſa. iij. Oculo ad oculum videbunt. Et in hac cognitione omnia perfecte cognoſcemus. ⁊ per conſequens omnis imperfectio cognitionis tolletur Nunc cognoſco ex parte. Hic quaſi adaptat ⁊ explanat qō dixerat de cognitiōe obſcura ⁊ manifeſta d. Nūc id eſt in pn̄ti vita cognoſco ex parte. id eſt obſcure ⁊ imperfecte. totū em̄ velatū eſt. Vnde yſa. vj. dicitur ꝙ ſeraphin duab⁹ alis velabant faciē dei ⁊ duabus pedes ei⁹ ⁊ duabus volabant. Et hoc eſt cognoſcere per ſpeculum in enigmate. Tunc autem ſcʒ in gloria cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum ſcʒ a deo plene ⁊ perfecte. quia eodem medio cognoſcam deum quō ipē me cognoſcit ſcʒ per eſſentiam dei. Et hoc eſt videre facie ad faciem. Intellige tamē ꝙ per hoc n̄ intendit cōcludere equalitatē in cognoſcendo. Deus em̄ in infinitum limpidius me cognoſcit q̄ʒ ego poſſim ipm̄ cognoſcere etiaʒ in patria. ſed notat per hoc medij cognoſcēdi identitatem. quia idem erit mediū ſcʒ eſſētia diuina. Et ſic patet tercium.

¶ Quarto excellentiam ⁊ maioritatem charitatis quaſi concludendo ſubinfert d. Nunc autem id eſt in vita pn̄ti manent tria hec. ſcilʒ fides ſpes ⁊ charitas. Fides qua deum credimus Spes qua bonum eternum quod eſt ipē deus ſperamus. ⁊ charitas qua ipm̄ ſuper omnia diligimus ⁊ amamus. Et hec tria ſunt maiora omnibus virtutibus ⁊ donis. Vn̄ vocantur virtutes diuine. quia coniungunt animam deo. ſed charitas eſt maior his duabus. ſcʒ fide ⁊ ſpe. ergo eſt maior omnib⁹ his. Si autem plura vis dicere de excellentia charitatis require infra dominica. xiij. poſt trinitatis in ſecundo membro de euangelio. Et ſic patet quartum.

¶ In fine nota ꝙ ſeptem puerilia euacuare debemus. Primo euacuare debemus loqui puerile id eſt ſine premeditatione. pueri em̄ loquuntur quicquid in os venerit. canus vero vir circumſpecte ⁊ cum premeditatione loquitur. Vnde de viro perfecto in ps. dicit Lingua eius loquitur iudiciū. id eſt examinatā ſententiam.

¶ Secundo debemus euacuare ſapere puerile id eſt vt nō ſimus ſapientes circa parua. vt pueri circa nuces et monetam plumbeam ⁊ huiuſmodi vilia et circa maxima inſipientes. ſicut illi qui circa temporalia que ſunt parua bona ſunt valde prudentes ⁊ circa virtutes ⁊ dona valdē inſipientes. j. corinth. xiiij. Nolite pueri effici ſenſibus. ſed malicia paruuli eſtote. Talis eſt enim ſapientia terrena aialis dyabolica

vt dicitur Jacobi.iiij. ¶ Tercio euacuare
debemus cogitare puerile. quod eſt ſolum
de preſentibus. vt nō ſolum de pñti vita ſed
de futura cogitemus ꝛ neceſſaria pparem⁹
vt in perpetuū ibi honorifice viuamus. de
quo habemus exemplum de formica. puer.
vj. Vade ad formicam o piger ꝛ conſidera
vias eius ꝛ di.ſa.q̄ cū nō ha.du.nec pce.nec
princi.pa.in eſta.ci.ſu. ¶ Quarto euacuare
debemus mundicias pueriles qui ſedent in
luto ꝛ deturpāt veſtimenta ſua. ſic peccato
res veſtem virtutum nuptialem que dignū
facit hominem nuptijs eterni regis. quam
deus eis cōtulit in baptiſmo per lutū pecca
torum trahunt. ꝛ dignitatē regiam qua filij
eterni regis ſunt. nō venerantes ſtant ī pro
ſtibulis ꝛ tabernis ꝛ ad extorquendas vſu
ras. Thy.j. Infidelibus nihil eſt mundum
ſed coinquinate ſunt vie eorum ꝛ mens et
conſcientia eorum. ¶ Quinto euacuare de
bemus puerilem mutabilitatem. qui tota
die mouentur ꝛ mutantur. Sic multi vna
die vadunt per viam que ducit ad celum. ꝛ
altera per viam inferni. vna die edificāt. et
altera die deſtruunt. ſicut pueri qui faciunt
domunculas. Ecc.xxxiiij. Vnus edificans
ꝛ alter deſtruens. quid prodeſt illis labor.
In eodem.xxvij. Homo ſanctus in ſapien
tia ſua manet ſicut ſol. Nam ſtultus vt lūa
mutatur. ¶ Sexto euacuare debemus timo
rem puerilem. ſolent enim pueri multum ti
mere homines laruatos. leuia em̄ magis ti
mēt q̄ grauia pericula. Sic peccatores ha
bent timorem mundanum. ꝛ non diuinum.
quia magis timent perdere denarium q̄ ce
lum. magis timēt homines q̄ deum. magis
ſtatutum ciuitatis q̄ euangelium. magis pe
nas tēporales q̄ eternas. Sen. Autoritatē
habemus. ſed ſonum ꝛ vitam puerorū. nec
puerorū tm̄ ſʒ etiā īfātiū. Hi leuia ꝛ hi for
tia formidāt. nos vero vtraq. ¶ Septio eua
cuare debemus amorem ꝛ concupiſcētiam
puerilem. Solent enim pueri concupiſcere
pulcra. nec attendunt vtrum ſint nociua. ſic
peccatores oia que vident domos ꝛ agros
ꝛ pulcras mulieres cupiūt. ꝛ non conſide
rant ꝙ hec mundana bona multis ſunt oc
caſio damnationis eterne. Et ſic patet totā
de epiſtola.

¶ Dominica prima quadrageſime
de euangelio Sermo.xxxvj.

Ductus eſt ieſus in deſertum a
ſpū. matth.iiij. Ieiuniū chriſti
eſt exemplum et forma noſtri
ieiunij. Quia omnis xpi actio
noſtra eſt inſtructio. Joh.xiij.
Exemplum enim dedi vobis vt quemadmod
ego feci et vos faciatis. Et ideo prima die
ſolemni noſtri ieiunij. ſcʒ prima dñica qua
drageſime in eccleſia recitatur. vt fideles in
eo conſpiciant quantum ꝛ quomodo debe
ant ieiunare. Circa quod ieiunium quattu
or principaliter in hoc euangelio deſcribū
tur. Primum eſt ipſius chriſti ieiuniū cum
ſuis preambulis quod peregit. in principio
euangelij. Secundum eſt pugna quā poſt
dit em̄ hō per irā lumen rōnis ⁊ diſcretiōis
⁊ mouetur ad impetū furie vt beſtia. Ite͂
perdit loq̄lam recte loquendi. Talia em̄ lo
quitur acſi inſenſatus eſſet.⁊ ideo verba ira
ti nō ſunt attendenda. Ad litterā multi dū
ſunt irati nō poſſunt loqui. Greg. Ire ſue
ſtimulis accenſum coꝛ palpitat.coꝛpus tre
mit.lingua ſe prepedit.facies igneſcit. exa
ſperātur oculi.⁊ noti nequaq̄ recognoſcūt
oꝛe clamoꝛem foꝛmat.ſed ſenſus quid loqt̄
ignoꝛat. Iſtud demoniū eijcit̄ māſuetudo.

Quartus eſt filia chananee.matthei.xv
quā demon tormentabat valde.ita ꝙ nō de-
lectabatur in aliquo. Idem facit accidia ī
homine. nā hō accidioſus eſt totus melan
colicus.ɀ in ſeipo tormentū habet.ɀ vellet
multociens no fuiſſe natus. ɀ tedioſa ē ſibi
vita. Job.x. Tedet animā meā.vi.mee. ti.
aduer.me clo.m. Nec in aliquo ſpūali pōt
ſaporē inuenire.Vnde ſi venit ad miſſā nō
poteſt vſqȝ ad finē ſtare.ſi audit ꝑdicationē
ſtatim vellet eā finiri. virtutes ɀ miracula
ſanctorū nō poteſt audire.ſed oīa faſtidit et
nauſeat. Nume.xxj. Anima noſtra nauſeat
ſuper cibo iſto leuiſſimo. Iſtud demonium
eijcitur leticia ſpūali. ¶ Quintus ē demo-
niacus ille de quo dicit mat.ix.ꝙ freqnēter
mittebat eū demoniū in ignē ɀ aquā. Idē
facit auaricia in hōie.qꝛ hō auarus circuit
mare ɀ aridā.ɀ ſuſtinet famē ɀ ſitim.ɀ calo-
rem ɀ frigus ɀ mille incōmoda ꝓ peccūia
cōgreganda.ɀ accēditur ignis in mēte ipi⁹
ex ſolicitudine ɀ diſcurſu. Eccs.v. Saturi-
tas diuitis nō ſinit eū dormire. Iſtud dmo-
nium expellitur largitate elemoſinarum.
¶ Sextus ē ille de quo dicitur Lu.viij.ꝙ
occurrit ieſu vir qui hēbat demoniū q fra-
gebat catenas ɀ iacebat ī ſepulcris. ɀ egreſ-
ſus ab eo intrauit porcos .cui nomen erat
legio. Hoc eſt peccatū gule.cui nomē eſt le-
gio.qꝛ infinita gula requirit. totus mund⁹
vix ſufficit guloſo. Itē frāgit catēas.quia
nulla lex vel monitio guloſo facta de cibis
vel propter infirmitatē vel quocūqȝ modo
aliquid valet. Item requieſcit in ſepulcris
mortuorū.qꝛ tota intentio ɀ deſideriū gulo
ſi in ore proprio requieſcit.in qđ mittit bo-
los de carnibus animaliū mortuorū factos
de quibus cito vermes incipiūt ſcaturire.
Ps. Sepulcrū patēs eſt guttur eorū. Et tā-
dem intrat porcos.qꝛ guloſus ꝯſūptus ino-
pia.viliſſima officia incipit exercere.vt pa-
tet de filio prodigo qui poſtqȝ oia ꝯſūpſit in
cepit paſcere porcos. Lu.xv. Hoc dmoniū
eijcitur tēperātia. ¶ Septimus ē ille q oc-
cidit ſeptē viros ſare.vt dicitur thobie.iij.
Hoc eſt peccatū luxurie. q̄ occidit ſeptē v̄-
tutes anime. ē eīn luxuria ignis oīm v̄tutū
germina eradicās. Job.xxxj. Ignis ē vſqȝ
ad conſūmationē deuorans. Hoc demoniū
eijcitur caſtitate.vel matrimonio in dei tio
re legitrime obſeruato. Exēplum de ſara fi
lia raguelis de qua idē demon qui ſeptē vi-
ros eius occidit eſt expulſus. poſtqȝ viru ti
mentem deū accepit.cui in timore dei fuit i
matrimonio copulata. Et ſic patet totum.

¶ De epiſtola ſermo.xxxviij.

Estote imitatores dei ſicut filij
chariſſimi. Eph.v. Sicut dicit
eccs.iij.c. Omnia tēpus habēt
Et ſi omni tpe xp̄m magiſtruȝ
ɀ patrem noſtrū imitari debea
mus.tamen iſto ſacro tempore maxime de-
bemus eū in bōis operibus imitari. ac etiā
nos ab omni inquinamento carnis et ſpūs
cuſtodire. Et ad hec duo apls in p̄ſenti epi-
ſtola nos inducit. In qua quidem epiſtola
quinqȝ facit. Primo enim ad dei imitatiōȝ
per viam dilectionis vt filios chariſſimos
nos hortatur in principio epiſtole. Secun-
do a peccatis que corpus maculant ɀ famā
denigrant nos ſpēaliter dehortatur ibi. For-
nicatio autē ɀ omnis immundicia aut aua-
ricia non nominetur in vobis. Tercio vt a
talibus peccatis abſtineamus.penam mag
nam minatur.ibi. Hoc autem ſcitote intel-
ligentes quoniam omnis fornica. Quarto
errorem quorundam impunitatem peccan-
tium diſcernentiū vt liberius peccare poſſint
remouere conatur.ibi. Nemo vos ſeducat
inanibus verbis. Quinto quare tales i ſuo
roze ſequi nō debeamus.ſed vt lucis filij
ambulare.cauſam oſtendit ɀ rationem ve-
natur ibi. Eratis enim aliquando tenebre .
nunc autem lux in domino. ¶ Primo ergo
ad dei imitationem per viā dilectiōis vt fi-
lios chariſſimos nos hortat̄ d. Eſtote imi-
tatores dei ſicut filij chariſſimi vos ipi con
formando. Cari propter imaginis impſſio-
nem ɀ conſeruationem.cariores propter re
demptionē ɀ redemptiōis recognitionem .
cariſſimi propter morum conformationem
j. Pe.ij. Chriſtus paſſus pro vobis vobis
relinquēs ex.vt ſe.veſti.eius. Peccatores aūt
fuīt filij viliſſimi. Nam viles ſunt propter



imaginis deturpationem. Eccl.xlvij. Incli
naſti femora tua mulieribus .ɀ dediſti ma-
culam in gloriā tuā. Viliores ſunt propter
beneficiorū dei ingratitudinē. Nā ꝓ nihilo
habent precioſam mortem filij dei ɀ gratiā
baptiſmi ɀ dona ɀ virtutes ſpūſſancti ɀ ec-
cleſiaſtica ſacramēta ɀ patriā celeſtem. Ps.
Pro nihilo habuerunt terram deſiderabi-
lem. Viliſſimi ſunt propter operum cōtra-
rietatem. nō enim ſolum deū nō imitantur
vt ſpurij.ſed vt inimici contraria operant̄.
Job.xv. Cucurrit aduerſus deū erecto col
lo. Luce.xvj. Qui nō eſt mecū contra me ē
Conſequēter cum dicit. Et ambulate in di
lectione.oſtendit in quo talis imitatio debȝ
eſſe.quia in dilectione.oſtendit etiā modum
ɀ formā talis imitatiōis. quia ſicut chriſt⁹
dilexit nos.ſic nos eīn inuicem debemus di-
ligere ſicut ɀ chriſtus dilexit nos.qui in tā-
tum dilexit nos ꝙ tradidit ſemetipm ꝓ no-
bis oblationem et hoſtiam deo in odorem
ſuauitatis. Oblationem quātum ad flagel-
la crucem antecedentia. hoſtiā quantuȝ ad
ipam mortem. Hebre.x. Chriſtus ſemel ob
latus eſt ad multorū exhaurienda peccata.
Item vna oblatione conſūmauit in ſempi
ternum ſanctificatos. In odorē ſuauitatis
id eſt placentē deum patrē mundo ɀ ipi deo
patri placentem. Geñ.xvij. Ecce odor filij
mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dñs.
Et nota ꝙ redolent contrita ſicut ſpecies .
ſic ɀ chriſtus.yſa.liij. Attritus eſt propter
ſcelera noſtra. Item redolent combuſta vt
thus. ſic ɀ chriſtus qui fuit agnus aſſatus
in ſtipite crucis. Item redolent effuſa ſicut
vinum.ſic ɀ chriſtus effuſus fuit quando d
ipo ſanguis ɀ aqua emanauit. Ps. Sicut
aqua effuſus ſum. ¶ Circa hoc primū
membrum ad edificationem noſtrā videa-
mus quō ɀ in quibus debeamus deū imita-
ri. Vbi nota ꝙ aliq[illegible] volunt deū ſtulte imi
tari.vt filij zebedei qui volebāt cū deo reg
nare in celo ſed nō crucifigi in cruce.quod
nō poteſt eſſe. math.[illegible]j. Si quis vult poſt
me venire.ſcȝ ad regnū abne.ſemet.ɀ tollat
cru.ſuā ɀ ſequatur me ſcȝ ad crucē. Aliqui
volunt deū imitari peruerſe. quia vt dicit
Augu. Omnis peccatoꝛ peccando vult deū
imitari. vt ſuperbus appetendo excellentiā
boni q̄ maxime in deo eſt. Ecci.xxiiij. Ego
in altiſſimis habito.in quo Lucifer voluit
deū imitari.yſa.xiiij. Ponā ſedem meā ad
aquilonē ɀ ſi.ero alti. Vt luxurioſus ɀ gu-
loſus appetendo delectationeȝ que ſūme in
deo eſt. ps. Delectatiōes in dextra tua vſqȝ
in finē. Vt accidioſus appatendo quietem
que perpetua eſt in deo in quo omnes ſācti
requieſcūt.yſa.xxxij. Sedebit populus me-
us in pulcritudine pacis.in tabernaculis fi
ducie.in requie opulenta. Vt auarus appe
tendo diuicias que opulentiſſime ſunt ī deō
Prouer.viij. Mecum ſunt diuitie ɀ gloria
opes ſuperbe id ē magne ɀ alte. Vt iracun
dus appetendo vindictam inimicorum quā
maxime exercet deus.matth.x. Timete eum
qui poſtqȝ occi.cor.habet poteſta.ani.mit
gehē. Omnes iſti peruerſo mō deum imita
ri nituntur.quia qui vult exaltari vt ſuper
bus oportet eum primo humiliari. Lu.xiiij
Omnis qui ſe hu.exaltabitur. Et qui vult
delectari vt guloſus ɀ luxurioſus. oportet
primo ieiunare ɀ penuriam pati. Primo
enim in vigilia ieiunatur qȝ comedatur ī fe
ſto.j.corinth.xj. In fame ɀ ſiti ɀ in ie. mul
in la.ɀ cru.in vi.mul.in frigore ɀ nudi. Et
qui vult quieſcere vt accidioſus oportet p̄i-
mo laborare. Ecci.lj. Modicū laboraui et
inueni mihi multam requiem. Et qui vult
ditari vt auarus oportet primo pauperem
fieri.mat.v. Beati pauperes ſpū quōm ip-
ſorum eſt regnū celorū. Et qui vult vindi-
cari vt iracundus oportet primo parcere ɀ
relinquere vindictam deo. Rom.xij. Mihi
vindictam ɀ ego retribuam dicit dominus.
¶ Quidam imitantur deum bene ɀ ſapien
ter.ɀ iſti ſunt filij chariſſimi qui imitantur
deum quantum ad ſeptem. ¶ I . Primo
in lumine ſapientie.quia qui ignorat igno-
rabitur.j.corinth.xiiij. Et quia neminē dili-
git deus niſi eum qui cum ſapientia inhabi
tat. Sap.vij. propterea dicitur matthei.x.
Eſtote prudentes ſicut ſerpētes. Et ideo ſtu
dent in ſcientia dei.vadunt ad ꝑdicationem
vt illuminētur. Sic fecit eſt eū Augu.ɀ

ali doctores. Quidam vero homines ma-
li ſunt ſimiles noctuis .qui ſemper in tene-
bris cupiũt habitare. Joh.iij. Omnis qui
male agit odit lucẽm. ¶ Secundo in puri-
tate vite ⁊ conſcientie.q2 ſicut filius dei pu
re ⁊ ſancte vixit ſic ipi viuere nitũtur. Job
xxvij. Nec reprehendit me cor meũ in oĩ
vita mea.j.corinth.iiij. Nihil mihi cõſcius
ſum. Quia vt dicitur ſap.j. Spũſſanctus ñ
habitat in cor.ſub.pec. Sic ſecutus eſt euz
ſanctus benedictus ⁊ beatus dominicus et
alij qui ſine peccato mortali. vixerũt ¶ Ter
cio in feruore charitatis ⁊ beniuolentie.q2
ſicut filius dei pro ſalute noſtra poſuit ani
mam ſuam. ita ipi pro dei honore ⁊ proxi-
morũ ſalute animas ſuas ſunt parati pone-
re.ij.corinth.xij. Ego autem libenter impẽ
dam vt ſuperimpendar ipe pro animabus
veſtris .j. Joh.iij. Quõ iſte animã ſuã pro
nobis poſuit ⁊ nos debemus pro fratribus
animas ponere. Sicut ſecuti ſunt eum apo
ſtoli de quibus dicitur actuũ.v. Ibant apo
ſtoli gaudentes a conſpe. conſi.quõm digni
habiti ſunt pro nomine ieſu cõtumeliã pati
¶ Quarto in largitate munerũ ⁊ beneficẽ
tia. quia ſicut chriſtus omnibus benefecit.
iuxta illud actuũ.x. Qui pertranſijt benefa
ciendo ⁊ ſanando oẽs oppreſſos a dyabolo
ſic ⁊ ipi omnibus benefacere nitũtur ac etiã
inimicis.mat.v. Diligite inimicos ve.bene
fa.his qui oderũt vos orate pro perſeqñ.⁊
calũ.vos. Sic ſecutus eſt eum dauid qui fe
cit miphiboſeth nepotẽ inimici ſui capital̃
de menſa ſua comedere.vt patet.ij. Reg.ix.
Sic ſecutus eſt eũ beatus ſtephanus qui ꝓ
ſe lapidantibus deũ flexis genibus exorauit
vt patet actuũ.vij. Hebre.xij. Beneficen-
tie autem ⁊ cõmunionis nolite obliuiſci.ta
libus enim hoſtijs promeretᷣ deus. Sic bea
tus laurentius theſauros eccleſie dedit pau
peribus. Sic paulinus nolanus epũs dedit
ſeipm vidue pro eius filio redimendo.vt di
cit grego.in dyalo. ¶ Quinto in amore pa
cis ⁊ cõcordie.quia ſicut filius dei pacifica
uit cũ ſuo ſanguine ſiue q̃ in celis ſiue que i
terris ſunt.vt dicit apl̃s col.j. Et in ps.fa.
ẽ locus eius.ps. Et ingrediens mundũ per

angelos pacem ãnunciari fecit. Luce.ij. Et
vadens per mundum apl̃is ſuis pacẽ impre
cari mandauit dicens. In quamcũqz domũ
intraueritis primũ dicite pax huic domui.
Lu.x. Et egrediens mũdum nobis legauit
pacem dicens. Pacem relinquo vobis pa-
cem meam do vobis. Joh.xiiij. Sic ipi ni-
tuntur inter homines pacem habere. Ro.
xij. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cum
omnibus hominibus pacem habentes. He
bre.xij. Pacem ſequimini cum omnibus ⁊
ſanctimoniam ſine qua nemo videbit deum
Sic ſequuntur eum omnes boni religioſi q.
⁊ inter ſe pacem dei ponunt .⁊ inter diſcor-
des pacem reformare nituntur vt veri filij
dei.mat.v. Beati pacifici quõ filij dei vo
cabuntur ¶ Sexto in patiẽtia aduerſitatis
⁊ contumelie. quia ſicut filius dei aduerſa
ſuſtinuit patienter ⁊ expulſionem ⁊ falſam
accuſationem ⁊ flagellationem ⁊ mortem.
iuxta illud yſa.liij. Tanq̃ ouis ad occi.du.
ſic ⁊ ipi omnia aduerſa patienter ⁊ cũ gau-
dio perferunt. Hebre.x. Rapinam bonorũ
ve.cum gau.ſu. Sic ſecuti ſunt eũ marty-
res de quibus cantamus. Ceduntur gladijs
more bidentium non murmur reſonat non
querimonia ſed corde tacito mens bene cõ-
ſcia conſeruat patientiã ¶ Septimo in cõ-
ſũmatione operis ⁊ perſeuerantie. q2 ſicut
filius dei in bonis operibus vſqz ad mortẽ
perſeuerauit.iuxta illud Joh.xvij. Opus
conſũmaui quod dediſti mihi vt faciam.ſic
ipi vſqz ad mortem in bonis operibus per-
ſeuerant.j. Thi.vj. Bonum certa.certaui
cur.conſu.fidem ſeruaui. In cuius figura
mandatum eſt in lege Leui.iij.ꝙ ſemꝑ cau
da animalis deberet cum corpore immola-
ri. Et ſic patet primum ¶ Secundo a pec-
catis que corpus maculant ⁊ famam deni-
grant nos ſpecialiter dehortatur dicens.
Fornicatio autem que eſt ſoluti cũ ſoluta.
⁊ omnis immundicia.id eſt omnis pollucõ
ſiue naturalis ſiue contra naturam.ſiue cuz
alio.ſiue cum alia.ſiue ſecum.ſiue cũ ſoluta
ſiue cum non ſoluta.ſiue quocũqz mõ illici-
to.de qua Ro.j. Tradidit illos deus in de-
ſiderio cordis ſui in immundiciam. Auaricia



auaricia.que extenuat corpus ⁊ vexat ani-
mam ⁊ denigrat famam. Quia vt dicit boe
cius. Auaricia odioſos.largitas autem ſem
per caros facit. Prouer.xv. Qui ſectatur
auariciam conturbat domum ſuã. Omnia
hec non ſolum non ſint in vobis.ſed nec no
minentur in vobis ſcz ab alijs per probabi
lem pſumptionem.ſicut decet ſanctos. q nõ
ſolum debent abſtinere a malo. ſed ab oĩ
ſpecie mali. ſicut dicit aplus.j.theſ.v. Ab
vtroqz enĩz ſurgit infamia.yſa.xiiij. Perdã
nomen babylonis ⁊ reliquias ⁊ progeniem
⁊ germen. Ecci.xlj. Curam habe de bono
nomine. Quia vt dicitur prouer.xxij .Me
lius eſt nomẽ bonum q̃z diuitie multe. Aut
turpitudo non nominetur in vobis.hoc eſt
non ſolum peccata carnis nõ ſint in vobis
nec nominentur in vobis. ſed etiã acceſſo-
ria ad peccatum carnis non nominentur in
vobis.vt turpitudo que conſiſtit in oſculis
⁊ tactibus inhoneſtis. Legitur in vitaſpa-
trum de quodam ſancto viro .qui manus
ſuas inuoluit ne tangeret ipius ſue matris
manus.⁊ indignanti matri reſpondit. Caro
mulieris ignis eſt. Prouerb.vj. Numquid
poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo
vt veſtimenta illius non ardeant. Sic qui
ingreditur ad vxorem proximi ſui non erit
mundus cum tetigerit eam. Aut ſtultilog-
um .quod conſiſtit in verbis carnalibus et
diſſolutis ad ipm opus carnis prouocanti-
bus ⁊ inducentibus.de quo ecci.ix. Collo-
quium illius quaſi ignis exardeſcet. Aut
ſcurrilitas que ad rem non pertinet. que ꝯ
ſiſtit in leuitate et mollicie verborum. aut
quando quis leuia verba loquitur ⁊ demul
centia q̃ ad nullam rem bonã pertinent .ſed
ſolum ea loquitur vt placeat mulieri.etſi ñ
videantur directe ordinata ad luxurie actũ
ſed ex quadam vrbanitate procedere vide-
antur. Que vt dicit glo.a ſtultis curialitas
appellatur.a nobis autem vocatur affabili
tas. Ber. Hodie ſcurrilitas affabilitas.et
maturitas appellatur q̃ crudelitas indicat.
Idem. Memento os tuũ diuinis oraculis
conſecratum. Quicquid ergo ex eo ocioſũz
vel immundum exierit ſacrilegium puta.

Et ideo a talibus verbis penitus abſtinen
dum eſt. Quia vt dicit apl̃s.j.corinth.xv.
Corrumpunt bonos mores colloquia pra-
ua.j.pe.iiij. Siquis loquitur quaſi ſermões
dei. Et hoc eſt quod ſequitur. Sed magis
gratiarũ actio ſup.nominentur in vobis vt
vno ore glorificetis deum. yſa.lj. Gaudiũ
⁊ leticia inuenietur in ea gratiarum actio
⁊ vox laudis. Et nota ꝙ ſupradicta acceſ-
ſoria ad peccatũ carnis ſcz turpitudo ſtul-
tiloquium ⁊ ſcurrilitas nõ ſemper ſunt pec
cata mortalia.⁊ ideo pena que ſubinfertur
non reſpicit omnia ſupradicta.ſed ſolũ pec
catum luxurie ⁊ auaricie.vt patet litteram
intuenti. Et ſic patet ſecundum ¶ Tercio
vt a talibus abſtineamus penam magnam
minatur dicens. Hoc autem ſcitote intelli-
gentes ſcilicet ſcripturas ꝙ omnis fornica-
tor exercens luxuriam cum ſoluta.aut im-
mundus exercens indifferenter vel in ſe vt
molles.vel cum quacũqz alia perſona.aut
auarus quod ſcilicet auarum eſſe eſt ydola
rum ſeruitus.id eſt ſeruire ydolo.ſeruit eñ
auarus pecunie. non habet hereditatem in
regno chriſti ⁊ dei.id eſt non habebit glori
am que cõſiſtit in humanitate ⁊ deitate xpĩ
Johã.xvij. Hec eſt vita eterna vt cogno.
te ſolum verum deum ⁊ quem miſiſti ieſum
chriſtum. Et hec ẽ vt dicit criſo.pricipalis
⁊ ſubſtantialis pena damnatorũ ſcz ab eter
na gloria ſeparari ⁊ carentia viſionis diuie
Secũdaria vero pena damnatorum eſt ap-
plicatio ad tormenta.ij.corinth.vj. Nolite
errare.neqz adulteri neqz molles neqz maſ
culorum concubitores regnum dei poſſide-
bunt. Et ſic patet ꝙ hic non inſerit peccata
acceſſoria ad fornicationem que ſupra teti-
git. Et ſic patet tercium ¶ Quarto erro-
rem quorundam impunitionem peccatorũ
aſſerentium vt liberius peccare poſſint re-
mouere conatur dicens. Nemo vos ſedu-
cat inanibus verbis promittens impunita-
tem peccantibus.ſicut iſti qui mutuo ſe in-
uitant ad peccandum. Sap.ij. Venite frua
mur bonis que ſunt tanq̃ in iuuentute cele
riter. Et addunt. Nemo eſt agnitus qui ſit
reuerſus ab inferis.col.ij. Videte ne quis

vos ſeducat per philoſophiam et inanem
fallaciam ſm traditionem hominū. Prop-
ter hoc enim venit ira dei. id eſt punitio ꝛ
vindicta. quam deus inferens ſe habet ad
modum irati. in filios diffidentie. id eſt. i il-
los qui diffidunt de dei iuſta retributione.
nec ipſam credunt. nec ipſam curant. hoc eīm
maxime diſplicet deo. propter hoc enim fa
ctum eſt diluuiū ꝛ ſodoma ſubuerſa. Eccl.
xvj. Ne dicas a deo abſcondar. ꝛ ex ſummo
quis operis mei memorabitur. in populo
magno nō agnoſcar. que eſt anima mea in
tam immenſa creatura. yſa. xxviij. Percuſ
ſimus fedus cum morte. ꝛ cum inferno feci
mus pactum. Flagellum inundans cū trāſie
rit nō veniet ſuper nos. Talis eſt ergo pēa
ſeducentium ꝛ impunitatem aſſerentiū. Et
ideo nolite effici participes corū neqꝫ i cul
pa neqꝫ in pena. Et ſic patet quartū Qui
to quare tales in ſuo errore ſequi nō debea
mus. ſed vt filij lucis ambulare rationeꝫ ꝛ
cauſam aſſignat dicēs. Eratis eīm aliquādo
tenebre. quaſi di. ſi tales ſeqbamini in ſuo er
rore in ſtatu ignorantie. ante cōuerſionē ad
fidem quādo eratis tenebre magis erat to-
lerandum. Erant eīm denſe tenebre per ori-
ginalem culpā expanſam ſuper humanam
naturā. Job. xxxvij. Omnes quippe inol-
uimur tenebris. Sed denſiores tenebre erāt
per ignorantiaꝫ legis dei ſuper intellectum
expanſam. j. Regū. ij. Impij in tenebris cō
ticeſcent. Sed denſiſſime tenebre erant per
actualem culpam ſuper affectum ꝛ volun-
tatem protenſam. quales fuerunt in egipto.
Sap. xvij. A vinculis tenebrarum ꝛ longe
noctis compediti incluſi ſub tectis iacuerūt
Et ideo ſi tūc errabāt non erat mirum. ſed
modo nō eſt ferendum. quia eſtis lux in do
mino illuminātes ꝛ per lumen gratie effugā
tes tenebras originalis ꝛ actualis culpe. ꝛ p
lumen ſapientie dei effugāte tenebras igno-
rantie vt videatis quid ſit agendum. math
v. Vos eſtis lux mundi. ꝛ Phil. ij. Inter
quos luceatis ſicut luminaria in mundo. Et
ideo ambulate vt filij lucis ſcꝫ chriſti. qui
eſt lux vera q̄ illuminat omnē hominē. Io
hā. viij. Ego ſum lux mūdi. Et ſic ābulare

debetis propter magnū fructū percipiendum
quia fructus lucis eſt in omni bonitate. q̄n-
tum ad interiorem intentionē. ꝛ iuſticia q̄n-
tum ad exterius opus. ꝛ veritate quantum
ad ſermonem. quaſi di. Fructus lucis ē op⁹
perfectum ꝛ i intentione ꝛ in opere ꝛ in ſer
mone. Et ideo fructus lucis eſt bonus ꝛ ve
rus ꝛ iuſtus. ꝛ ideo in luce vt filij lucis ā-
bulare debemus ¶ V. Notandum ergo
ꝙ tunc vt filij lucis ambulabimus quando
ſm lucis proprietates operabimur. que ſūt
quattuordecim ¶ Primo enim lux eſt om
nium virtutum corporum celeſtium ad ter
ram delatiua. eſt enim quoddam vehiculuꝫ
virtutum corporum celeſtium. Sic ꝛ filij
lucis recipiunt maxima dona a deo. et iſta
effundunt ad edificationem ꝛ proximorum
ſalutem. Actuū. xxij. Non enim ſubterfugi
quo minus ānunciarem vobis omne conſi-
lium dei. Peccatores autem filij tenebra-
rum dona dei abſcondunt. ꝛ ideo ab homi-
nibus maledicuntur. Prouer. xj. Qui abſ-
condit frumenta maledicetur in populis
¶ Secundo lux eſt tenebrarum expulſiua.
Sic filij lucis tenebras peccatorum ꝛ igno
rantie ab hominibus expellunt. ipſos per do
ctrinam ꝛ bona exempla illuminando. ꝛ ip
ſos a peccatis retrahendo ꝛ abſoluendo.
Matthei. v. Vos eſtis lux mundi. Iohā.
xx. Accipite ſpiritumſanctum quorum re-
miſeritis peccata remittuntur eis. Pecca-
tores autem filij tenebrarum nituntur te-
nebras immittere ꝛ dictis ꝛ actis proximos
excecare ¶ Tercio lux eſt caloris generati
ua. ſol enim ratione lucis quam emittit ca-
lefacit. Unde philoſophus dicit ꝙ noctes
plenilunij ſunt alijs calidiores. Sic filij lu
cis ignem amoris recipientes eundem ignē
accendunt in cordibus proximorum. Quia
vt dicit gregorius. Amor dei nunq̄ ē ocio-
ſus. operatur enim magna ſi eſt. ij. corint. v.
Charitas chriſti vrget nos ſcꝫ in vobis amo
rem generare. Peccatores autem filij tene
brarum nituntur hunc ignem in ſe ꝛ i alijs
extinguere. ꝛ ſolum ſe diligunt ꝛ vciuā hrī.
¶ Quarto lux eſt incorruptibilis. tranſit el.
per feces ꝛ non corrumpitur nec fedat. Sic



filij lucis in fece mundi et cum mundanis
lutoſis cōuerſantes in ceno eorum nō fedā
tur. quia a malis non ſumunt exemplum. ſꝫ
a bono ſi quod agūt. dimittunt enim ſentes
ꝛ accipiunt roſas. Iohā. j. Lux in tenebris
lucet ꝛ tenebre eam non comprehenderunt
Ro. xij. Noli vinci a malo ſed vince in bo
no malum. Peccatores autēꝫ filij tenebra-
rum in operibus malis aliorū totaliter cor
rumpuntur accipiētes exemplum de malis
ꝛ non de bonis. vt de fornicatione magdale
ne ſed non de penitentia. ꝛ de negatione pe-
tri ꝛ non de lachrymatione. ¶ Quinto lux
eſt ſolis ſecutiua. Sic filij lucis chriſtū ſo-
lem iuſticie in omnibus ꝛ in preceptis ꝛ in
conſilijs ſequi nituntur. Luce. v. Relictis
omnibus ſecuti ſunt eum. Peccatores au-
tem filij tenebrarum non ſolum non ſequū
tur deum ſed vadunt contra deū. Job. xv.
Cucurrit aduerſus deum erecto collo. In
eodem. xxiiij. Ipſi rebelles fuerunt lumini.
Qui dixerunt domino. recede a nobis ſciē-
tiam viarum tuarum nolumus. Job. xxj.
¶ Sexto lux eſt diſcordium conciliatiua.
vt patet in elementis. que vt dicit phūs me
diante luce in corporibus mixtis cōiungū-
tur. Sic filij lucis inter ſe cōcordant i vna
fide ꝛ in bono propoſito ſeruiēdi deo. Act.
iiij. Erat iſtis cor vnum ꝛ anima vna in do
mino. Item inter diſcordes paceꝫ reforma
re nituntur. iſtum imitantes vt filij pacis.
qui pacem inter deum ꝛ homines fecit. et
homines ydola colentes ad vnitatem fidei
ꝛ cultus reduxit. j. corinth. j. Obſecro vos
per miſericordiam dei vt idipm dicatis om
nes ꝛ non ſint in vobis ſciſmata. Peccato
res autem filij tenebrarum non habent pa
cem. yſa. xlviij. Non eſt pax impijs vt dicit
dominus. Sed guerras ꝛ diuiſiones faciūt.
iſtum imitantes cuius membra ſunt ſcꝫ dya
bolum. qui primos rebelles in celo ꝛ pmos
confirmatos exules a paradiſo terreſtri fie
ri procurauit. Sap. ij. Imitātur autē illuꝫ
qui ſunt ex parte illius. Sed attende ꝙ ali-
quando faciendum eſt vt paulus fecit. qui
dum phariſei ꝛ ſaducei eſſent cōgregati cō-
tra eum vt eum percuterent ꝛ morti trade

rent. non poſuit inter eos pacem ſed ſciſma
dicens ſe p hariſeum ꝛ phariſeorum filium
Propterea phariſei et ſaducei adinuicem
ſunt rixati ꝛ paulus manus eorum euaſit.
Sic permittit deus iſtos magnos rixari ad
inuicem ne paruulos opprimant. Et nos
etiam facere debemus. ¶ Septimo lux eſt
hominum letificatiua. Unde qui lucē non
vident gaudere perfecte non poſſunt. Tho
bie. quinto. Quale gaudium mihi erit. qui
in tenebris ſedeo ꝛ lumen celi non video.
Sic filij lucis tam de perfecta ſua conuer-
ſatione q̄ꝫ de conuerſione peccatorum quaꝫ
procurant. celo ꝛ terre ſunt gaudia inferen-
tes. Luce. xv. Gaudium eſt angelis dei ſu-
per vno peccatore penitentiā agente. Pec
catores autem filij tenebrarum de perditio
ne ſua angelos dei ꝛ eccleſiam militantem
ꝛ triumphantem contriſtant. Yſaie. xxxiij.
Angeli pacis amare flebunt. Contriſtant
etiam proximos inſontes damnis ꝛ iniurijs
perſequentes. Prouerbiorum primo. Abſ-
condamus tendiculas contra inſontem fru
ſtra. deglutiamus eum quaſi infernus viuē-
tem. ſit lex noſtra lex iniuſticie. ¶ Octauo
lux eſt colorum ypoſtaſis ꝛ ipſorum repreſē
tatiua. Color enim eſt ipſa lux incorporata.
Eſt etiam lux medium quo color videtur.
ꝛ ideo vbi lux non eſt color videri non po-
teſt. Sic filij lucis omnes colores ꝛ pulcri
tudines eccleſie ſuſtinent tanq̄ baſis ꝛ ipſos
manifeſtant. Quia in diuerſis ordinibus et
ſtatibus eccleſie ſeruientes virtutes ꝛ dona
ſpiritusſancti oſtendunt. dum agunt operaꝫ
virtuoſa. Actuum primo. Accipietis virtu
tem ſpiritusſancti in vos. ꝛ eritis mihi te-
ſtes ſup. in omnibus virtutibus. ꝛ in omni
iudea ꝛ Samaria vſq̄ ad vltimum terre.
Peccatores autem filij tenebrarum omīa
confundunt ꝛ virtutes ꝛ dona ſupplantan-
tes in ſeipſis vicia manifeſtant. Romanos
primo. Et ſicut non probauerunt habere de
um in noticia tradidit iſtos deus in repro-
bum ſenſum vt faciant ea que non conue-
niunt. repletos omni iniquitate. ¶ Nono
lux eſt in celo

ſta ſcꝫ in ſole et in terra opera lucis facit. Sic filij lucis in celo conuerſantur ⁊ in terra operantur. Phil. iij. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Hebre. xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem ſed futurā inquirimus. Qu a vt dicitur matthei. vj. Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt ⁊ cor tuum. Theſaurus autem filiorum lucis chriſtus eſt. qui eſt in celo ad dexteram dei ſedēs. Peccatores autem filij tenebrarum conuerſantur ſolum i terra. in terrenis bonum ſuum conſtituētes Sap. ij. Venite fruamur bonis a iuuentute celeriter. quō hec eſt pars noſtra. ⁊ nō eſt agnitus qui ſit reuerſus ab inferis. ⁊ poſt h erimus tanq̄ȝ non fuerimus. ¶ Decimo lux eſt fluidorum reſtrictiua ⁊ congelatorū reſolutiua. vt patet in luto ⁊ glacie. Sic filij lucis carnalia deſideria defluentia per lamta penitentie deſiccant ⁊ reſtringūt. Sic beatus Benedictus proijciens ſe in vrticas et vepres. curit per vulnus corporis vulnus mentis. quia voluptatem traxit in dolorem vt dicit grego. Hebre. xj. Circuierunt i melotis in pellibus caprarum. egentes. anguſtiati. afflicti. errantes in montibus ⁊ in ſpeluncis ⁊ in cauernis terre. Manus etiam q̄ erant per auariciam conſtricte. reſoluunt bona ſua pauperibus largiendo. ps. Diſperſit dedit pauperibus. Peccatores autē filij tenebrarum defluunt totaliter per carnalia deſideria ⁊ terrena. ⁊ per auariciam cōſtringuntur. ps. Conglutinatus eſt in terra venter noſter. ¶ Vndecimo lux eſt perditorum reinuentiua. quia que homo de nocte perdit apparente luce reinuenit ⁊ apportat. ſic filij lucis animas perditas in tenebris peccatorum per lumen gratie reinuenire ⁊ piſcari conantur deo cuius ſunt deuoti[9] offerentes. Matthei. iiij. Faciam vos fieri piſcatores hominum. Peccatores autēȝ filij tenebrarum nituntur animas ſuas ⁊ aliorū per errorem ⁊ mala opera perdere. ij. Thi. iij. Mali autem proficient in peius errantes ⁊ in errorem mittentes. ¶ Duodecimo lux eſt omnium fructuum productiua. vbi continue ſunt tenebre nihil naſcitur. Sic filij lucis duodecim fructus quos apoſtolus ponit ad galathas. v. omēs producūt. Sūt enim lignum vite afferens fructus duodecim per ſingulos menſes vt dicitur Apoca. xxij. Ad litteram etiam omnia bona mundi producunt. quia cum ip̄i ſint filij dei ⁊ omnia bona ſint filiorum. ⁊ propter filios de[9] om̄ia bōa producat. ſequitur q̄ ip̄i ſint cauſa omnium bonorum. Peccatores autem filij tenebrarum nihil producunt boni niſi ſpinas ⁊ tribulos. ⁊ ideo ſicut ſpine igne cōburentur. Matthei. xiij. Ligate eos faſciculos ad comburendum. ¶ Tredecimo lux eſt quorundam athomorum inuiſibiliūȝ. vt ſint viſibiles factiua. vt patet in ſpera ſolis domum ingrediente in qua predicti athomi conſpiciuntur. Sic filij lucis omnia vident ⁊ minimos defectus ſuos conſiderant. et ideo ſemper ſe defectuoſos reputant. Iacobi. iij. In multis quidem offendimus omnes. ⁊ ſi dixerimus quia peccatum non habemus ip̄i nos ſeducimus ⁊ veritas in nobis non eſt. prima Iohānis. j. Vnde iſta ſācta animalia de quibus dicitur ezechielis prio. ⁊ apocalip. iiij. per que ſancti viri deſignantur erant oculis vndiq̄ȝ plena. Peccatores autem filij tenebrarum non vidēt in domo ſua. id eſt in anima niſi trabes magnas. id ē peccata mortalia. Vident etiam ſi quid male viſibile eſt. ſimiles hely ſacerdoti qui nō poterat videre lucernam dei anteq̄ȝ extinguere tur. ita ip̄i nihil clarum poſſunt videre. ſꝫ quod eſt male fumigans. ſimiles etiāȝ noctuis que in lumine excecātur ⁊ in tenebris vident. Sap. ij. Excecauit eos malicia eorum. ¶ Quartodecimo lux eſt quarundam auium lucem odientium expulſiua. Sic filij lucis hereticos lucem odientes ⁊ in tenebris habitantes expellunt. Peccatores autem filij tenebrarum eos defendunt ⁊ acceptant. cum eiſdem in foueam decidentes. Matthei. xv. Si cecus cecum duxerit ambo in foueam cadent. Et ſic patet totum.

¶ Sequitur dominica quarta.



¶ Dominica quarta de euangelio ſermo. xxxix

Abijt ieſus trans mare galilee quod eſt tiberiadis. Iohā. vj. Sicut dicitur eccl. xj. In die bonorū ne immemor ſis malorum. ⁊ in die malorum ne immemor ſis bonorū. Vnde temperantia vna virtus cardinalis eſt. per quā homo tēperate proſperis debet vti. qđ maxime fit per memoriam aduerſorū q̄ poſſunt homini de facili euenire. Fortitudo autē eſt alia virtus cardinalis poſita ex aduerſo. per quā homo in aduerſis quibuſlibet nō frāgitur. qđ maxime fit per memoriam boni qđ homo ſperat per patientiam aduerſorū. Propterea apoſtolus Ro. v. dicit. Sed ⁊ gloriamur in tribulationibus ſcientes q̄ tribulatio patiētiam operatur. patientia autē probationem probatio vero ſpem. ſpes autē nō confūdit Et ideo ſancta mater eccleſia timēs fideles propter cōtinuum ieiuniū ⁊ onus penitētie iam grauatos deficere. in hac dominica iocunda omnia repn̄tat. Nā officiū nocturnū eſt de liberatione filiorum iſrael. per quam noſtra liberatio a vicijs ⁊ a dyabolo deſignatur. miſſa etiā tota apparet iocunda. vt in introitu miſſe ⁊ in epiſtola ⁊ in euāgelio patet. Dn̄s etiā papa eccleſie pater ⁊ rector tenet hodie in manibus roſam aureā. ⁊ induit ſe pōtificalibus ornamentis. In pn̄ti autem euangelio vnum maximum conuiuium quod chriſtus fecit. ⁊ maxima populi leticia recitatur. In quo quidem euangelio quinq̄ȝ ſummarie continentur. Primum ē tranſitio maris facta a ieſu cum ſequela populi numeroſa. in principio euangelij. Secundum eſt eleuatio oculorum chriſti. ⁊ interrogatio pro ciborum penuria ſerioſa ibi Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus. Tercium eſt philippi[9] ⁊ andree reſponſio defectuoſa. ibi. Reſpondit ei philippus. ducentorūȝ denariorum panes non ſufficiūt eis ⁊c. Et ait andreas. Eſt puer vnus hic ⁊c. Quartum eſt populi refectio miraculoſa. ibi. Facite homines diſcumbere. Quintum ē laudatio et cōfeſſio gratioſa. ibi. Illi ergo homines cum vi. q̄ fe. ſi. di. ¶ Primo ergo ponitur tranſitio maris facta a ieſu cum ſeq̄la populi numeroſa. Et hoc eſt. Abijt ieſus trans mare galilee. Circa qđ nota q̄ euangeliſta more hebraico loquitur. appellans mare quoddam ſtagnum qđ egrediebatur a iordane ⁊ qđ fiebat ex iordanis extenſione. qđ dicitur mare galilee a circumſtante regione. Sed mare tyberiadis dicitur a tyberiade ciuitate proxima ſic nominata. eo q̄ i honore tyberij ceſaris olim fuerat fabricata. Idem etiā ſtagnum genazareth appellatur a natura lacus. eo q̄ criſpātibus vndis generat ex ſe auram. Hoc tranſiuit ieſus cū diſcipulis ſuis in bartha. ⁊ aſcendit montē ex oppoſito ſitum. Erat autem proximū paſcha iudeorum. ſcꝫ dies azimorum. in quo Iohānes baptiſta decollatus eſt. Et ſequebatur eum multitudo magna. quidā vt ſanarentur vt infirmi. quia virtus de illo exibat ⁊ ſaluabat omnes. Lu. vj. Quidam vt inſtruerētur ⁊ in dei amore accenderentur. vt apoſtoli ⁊ diſcipuli qui erant q̄dā turba per ſe. Luc. vj. Deſcendens ieſus de monte ſtetit in loco cāpeſtri ⁊ turba diſcipulorum eius cū eo. Habebat enim verba luminoſa ⁊ igne ſpūſſancti accenſa. Aliqui vt viderent. vt vani. qui vadunt ad predicationeȝ ad videndum ⁊ non ad diſcendum. matthei xij. Domine volumus a te ſignum videre. Quibus ait. Generatio mala et adultera ſignum querit. Quidam vt obſeruarent eū vt ſcribe ⁊ phariſei. Luce. xiiij. At illi obſeruabant illum. Quibus multi ſunt ſimiles qui de predicatione nihil reportant niſi id quod aliquando in[illegible] vel minus ponderoſe dicitur. ⁊ illud [illegible]gant in plateis et vicis. Quidam vt cum eo manducarent. vt guloſi. nihil niſi vitam pinguem corporiſ appetētes. Iohānis. vj. Queritis me quia manducaſtis

ex panibus meis et ſaturati eſtis. O quot ſunt hodie ſimiles iſtis .qui ſolum propter cómodum tēporale chriſtum querunt. et ſi chriſti patrimonium eſſet tenue ſicut ē pingue penitus in eo nō remanerent. Malach j. Quis eſt in vobis qui claudat hoſtia et accendat altare meū gratuito. De quibus. chriſtus dicit mat. v. Amen dico vo. re.me ſuā. Miſtice autē per mare pñs ſeculum ꝺ ſignatur. multis fluctibus cōquaſſatum. qđ ieſus in carne aſſumpta tranſiuit. omēs eiꝰ fluctus ⁊ amaritudines deguſtando. vt nobis compateretur per omnia. Hebre. iiij. Nō habemus pō. qui nō poſſit cōpa. infir. no. temptatū aūt per omnia. Et poſtq̄ mare tranſiuit aſcendit in montē maieſtatis ſue in excelſis per gloriā reſurrectiōis. mar. xvj Dominus quidem ieſus aſſumptus eſt i celum ⁊ ſe. a dex. dei. Et tunc multitudo magna vēiebat ad eū. q2 videbat magna ſigna que faciebat. quia poſtq̄ chriſtus celū aſcēdit miſit ſpūmſanctū apl'is cū ſacco grārū ⁊ donorū ⁊ omniū virtutū. quibus apl'i totum mundū peragrātes repleuerūt. faciendo prodigia ⁊ opera maxia ⁊ virtutes. propter qđ totū mundū ad xp̄m traxerāt. Jo. xiiij. Qui credit in me opera q̄ ego facio et ipſe faciet. Tūc etiam xp̄s cū maxima multitudine montē glorie ſue aſcēdit q2 cū omnibus aīabus q̄ ab initio mūdi in ſpe ⁊ fide beati ſemis requieuerāt. Vñ cātamus i proſa. Redit turmis cū duabus. angelis ⁊ animabus. Si ergo volumus cū xp̄o mōtē glīe ſue aſcēdere cū eo mare pariter trāſeamus. q2 q mare nō tranſeūt mōtē glīe nō ꝯſcēdūt. Nō ſtultiſemus cū filijs zebedei q voluerūt cū xp̄o vnꝰ a dextris alius a ſiniſtris i regno eius ſedere. ⁊ nō cū eo in cruce manere. Et iō xp̄s eis dixit. Neſcitis qđ petatis. math. xx. Et ſic patet primū. Scđo ponitur eleuatio oculorū xp̄i ⁊ interrogatio ꝑ cibo rū penuria ſerioſa. ibi. Cū ſuble. ocu. Vbi nota ꝙ filius dei leuauit oculos ſue potentie ⁊ ſapiētie qñ mundū creauit ⁊ ordiauit. Geñ. j. Vidit deus cūcta q̄ fe. ⁊ e. val. bōa. Leuauit oculos ſue iuſticie ⁊ vindicte .qñ hōiem ꝺ paradiſo expulit. ſeđ adā voluit ſe abſcondere. geñ. iij. Abſcondit ſe adā ⁊ eua vxor eius a facie dñi. ⁊ ait dñs. Adā vbi es Leuauit oculos ſue miſericordie ⁊ gratie. qñ videns afflictionē noſtrā indutus ē carne hūana. ⁊ deſcendit vt nos liberaret. exo. iij. Vidi afflictionē populi mei qui ē i egipto ⁊ deſcendi vt liberē eum. Et ſicut deſcēdit per incarnationē ⁊ mortē. ſic aſcēdit per reſurrectiōis gloriā. ⁊ tūc humanā naturā ſūme exaltauit ⁊ in bono repleuit. Eph. iiij Qui deſcendit ipē eſt ⁊ qui aſcēdit ſup oēs celos vt adimpleret oia. Vnde cātamus i proſa. Alta chriſtꝰ dum conſcendit ſeruis ſuis mnas appendit gratiarum omniū. Et hoc eſt quod hic miſtice innuitur. Quia chriſtus poſtq̄ mare tranſierat ⁊ montē aſcenderat queſiuit a Philippo. Vnde ememus panes vt manducent hi. id eſt cuius meritum poterit ſufficere ad totam humanam naturam ſpūalibus bonis replendā. Certe nullum niſi meum. quia oportet eſſe meritū infinitum. Et ideo hoc dicebat temptās eū ipē enim ſciebat ꝙ ſolus ipē poterat hoc facere. Sed litteraliter exponendo quare magis a philippo q̄ ab omnibus alijs de victualibus ⁊ panibus inquiſiuit. magis enim a iuda qui loculos habebat petere debebat Ad quod dicendum ꝙ philippus erat ꝺ cōtrata illa. id eſt de ciuitate illa vel regione vel vico. ⁊ ideo magis ad eum pertinere videbatur vbi pro paſcendo populo poſſent victualia reperiri. ¶ Chriſtus autem hoc dicebat temptans eum. Vbi nota ꝙ triplex eſt temptatio. Vna ad malum inclināſ ⁊ hec eſt a dyabolo carne ⁊ mundo. Jac. j Vnuſquiſq3 temptatur a concupiſcentia ſua. Et hac deus nunq̄ temptat. Quia vt dicitur Jacobi primo. Deus intemptator malorum eſt. ipē enim neminem temptat. Alia eſt temptatio probans. Et hec eſt triplex. quia aut fit vt temptatus innoteſcat temptanti vel probanti. aut vt innoteſcat alijs. aut vt innoteſcat ſibiipſi. Primo mō non temptat deus ſed homo. Eccleſiaſtici. Quartodecimo caplo. Ex multis loquelis



temptabit te. Secundo modo temptat dñs virum perfectū ad exēplum. geñ. xxij. Temptauit deus abraam. Et ſequitur. Nūc cognoui ꝙ timeas dominum. id eſt cognoſcere feci. Tercio modo etiam temptat deus virum perfectum ad humilitatis meritū. q2 homo humiliatur cum ſibi ſua infirmitas innoteſcit. Et hoc tercio mō xp̄s temptauit philippum ſicut infirmū in fide. Vnde philippus ſicut imperfectus in fide reſpondit. Et ideo ſua imperfectio ſibi innotuit ꝙ de chriſto nō perfectā fidem habebat. dū poſt ea vidit ipm tam grande miraculum operātem. debuit eñ reſpondere. Dñe tu omnia potes. tu omnia ſcis. ⁊ ideo potes panes de nouo creare. ⁊ de longinquis partibus facere huc venire. Et ſic patet ſecundū. ¶ Tercio ponitur philippi ⁊ andree reſponſio defectuoſa. Et primo philippus ad xp̄i interrogationem reſpondit dicēs. Ducentorum denariorū panes nō ſufficiunt eis. ⁊c. Tot denarios habebāt apoſtoli. vt dicit victor. Secundo beatus andreas ad q̄ſtionē etiam imperfecte ⁊ cū defectu reſpōdit d. Eſt puer vnus hic qui habet quinq3 pa. or. ⁊ du. piſ. ſed hec quid ſunt inter tantos. Ex quo beati andree imperfectio patet. quia nō debuit dicere. ſed hec quid ſunt inter tantos. imo debuit dicere. domine ſatis ſūt. quia tu potes ea multiplicare ⁊ turbā ſatiare. Spiritualiter autem ⁊ ad edificationem noſtrā nota ꝙ puer iſte fuit chriſtus. qui fuit puer id eſt purus totus ⁊ innocens. j. pe. ij. Qui peccatum nō fecit nec inuē. eſt do. in o. eius Non autē fuit puer ſenſu vt multi ſemper ſunt pueri. yſa. lxv. Puer centū annorum morietur. Qui habuit quinq3 panes ordeaceos. i. quinq3 vulnera que ſunt valde aſpera. ſed fuerunt medicinalia. quia ad ſanitatem gentium. ſicut ordeum eſt aſperū ⁊ medicinale. que vulnera debent comedi. id eſt ab anima per iugem memoriam ruminari. Treñ. iij. Recordare paupertatis ⁊ tranſgreſſionis mee. abſinthij ⁊ fellis. memoria memor ero. ⁊ tabeſcet i me anima mea. In cuius ſignū mandatum eſt in lege vt omne animal nō ruminans eſſet immundum. nec poſſet deo in ſacrificiū immolari. Leui. xiij Debent autē comedi cū duobus piſcibus. id ē cū vera fide ⁊ ſpe. vt ſ. credamus ꝙ illa vulnera fuit paſſus chriſtus verus deus ⁊ verus hō. ⁊ ꝙ ea nō pro ſe ſed pro ſalute hūana paſſus fuit. vt penam reatus noſtri. quo tanq̄ rei i carcere inferni detinebamur exolueret. ⁊ ꝙ ex illis vulneribus dū ea patienter tulit infinitū meritum acquiſiuit. propter quod celum aperuit. Vnde penā exoluit. meritū acquiſiuit. celum aperuit. ⁊ hoc firmiter credere debemus. Debemus etiam ſperare ꝙ virtute iſtius meriti bene operabimur. ⁊ in celum vltimo aſcendemus. Eſt eñ ſpes certa expectatio futurorum bonorum ex gratia ⁊ merito proueniens. Si ergo ſic ruminabimus iſtos panes id eſt chriſti vulnera atq3 penam tunc paſcetur aīa ⁊ omnia amara pro dulci ſumet. Quia dicit greg. Si paſſio chriſti ad memoriam reuocetur nihil eſt adeo durū quin equo animo toleretur. Et ſic non deficiet in via preſentis incolatus. ſed in vtute talis cibi vſq3 ad celum ſalubriter ambulabit. Hoc fuit figuratum in helya qui in virtute pāis ſubcinericij quē comedit ambulauit quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus donec peruenit ad montē dei oreb. iij. re. xix. Panis ſubcinericius eſt filius dei inuolutus i carne mortalitatis noſtre ⁊ in ligno crucis aſſatus. Jo. vj. Ego ſū panis viuus q ꝺ celo deſcendi. Propterea dicitur cāti. v. Comedite chariſſimi ⁊ inebriamini. Propterea chriſtus ſacramentū ſui corporis inſtituit vt illō cū tali fide ⁊ ſpe iugiter comedamꝰ. Lu. xxij. Hoc ē corpus meū. hoc facite in meā cōmemo. j. cor. xj. Quotienſcūq3 man. pa. hūc ⁊ ca. bi. mor. do. ān. do. ve. Pñt etiā per quinq3 pāes ordeaceos quinq3 q̄ ſūt neceſſaria penitēti deſignari. q̄ exterius ſunt valde aſpera. ſed anie languētis ſunt validiſſima medicina. q̄ ſunt contritio cordis. confeſſio oris. elemoſina operis. orō mētis. ieiunium corporis. q̄ debēt fieri i vera fide dei ⁊ eccl'ie. ⁊ vera ſpe p ea veniā ꝯſequēdi. multi eī ſarracenorū ⁊ iudeorū ⁊ hereticorū penitentiam agūt ⁊ in ipſa operantur virtutes. Et quia non faciunt eam in vera

ſtoe nihil faciunt. nec ſunt fructũ peniten-
tie percepturi.mat.vij.Multi dicent mihi
in illa die.dñe nōne in nōie tuo prophetaui
mus ⁊ virtutes multas fecimus.⁊ dicet illꝯ
Amē dico vobis neſcio vos. In eod.xxv.
Et ſic patet terciũ.¶ Quarto pōitur refec
tio.populi miraculoſa.qꝛ poſtq̃ ieſus fece-
rat apoſtolos ſuã imperfectionē cognoſce-
re ait eis.Facite hōies diſcũbere.ſcꝫ ſuper
fenũ quod erat in loco.Accepit ergo ie.pa.
⁊ cũ grãs deo egiſſet fregit ⁊ dedit aplis vt
turbe apponerēt.ſimiliter fecit de piſcibus.
Iſti pães ⁊ piſces ꝟtute di vbiq̃ mltiplica
ti ſunt.⁊ primo in manibus xpi. virtus em̃
erat in manibus vt dicit augu.Secundo in
manibus apoſtolorũ diſtribuentiũ.Tercio
in ore comedentiũ.vt dicit victor. Et cum
omnes eſſent repleti.pcepit apoſtolis eleua
re fragmenta.ne perirent pedibus ꝯculcata
Et quilibet apoſtolus accepit cophinũ ſu-
um.i.ciſtam de viminibus factã ad portan-
dum fenum ⁊ huiuſmodi.⁊ eleuauerũt.xij.
cophinos vel ſportas plenas fragmentis.
Hanc autē miraculoſam refectionē dupli-
citer conſiderare poſſumus. ſ. moraliter et
allegorice ꝟ miſticũ intellectum.Moraliter
autē ad edificationē noſtrã exponēdo nota
ꝙ in chriſti cōuiuio ſeptē virtuoſa apparēt
que in cōuiuijs mundi deficiũt.¶ Z. Pro
pter que hoc eſt laude dignũ.⁊ illa ſũt me-
rito contemnenda.¶ Primũ eſt motiuum
ſanctũ.quia ex magna pietate miſertus tur
be illud fecit.Unde ait.Miſereor ſup tur-
bam. Ex pietate em̃ debemus bona noſtra
largiri.ps. Iocundus hō qui miſeretur et
cōmo.Tanto elemoſina maioris meriti cen
ſetur. quãto ex maiori pietate ⁊ affectiōe
procedit. Quia vt dicit gregori.Deus non
penſat quantum ſed ex quanto affectu. Et
ideo illa vidua que duo era minuta in ga-
zophilatium miſit. plus omnibus dicta ē a
chriſto miſiſſe.vt patet luce.xxj. Conuiuia
autem mundi ex iactantia ⁊ vana gloria fi
unt.vt ſcꝫ homines oſtendãt diuitias ⁊ ma
gnificentias ſuas ⁊ honorentur. ſicut aſſue
rus grande conuiuium fecit. vt oſtenderet
diuitias glorie ſue. vt patet heſter primo.

¶ Secundum eſt laus diuina. quia pmiſſa
eſt gratiarũ actio ⁊ benedictio.Nã vt dicit
matthei.vj.dominus in celum intuens be-
nedixit.⁊ hic dicitur ꝙ gratias egit.Debe-
mus em̃ in comeſtione oratione premittere
⁊ ipſam benedicere. ⁊ in fine deo grãs refer
re.ſicut religioſi faciũt.ps.Edent pauperes
⁊ ſaturabũtur ⁊ laudabunt dominũ.Quia
ſicut apoſtolus.j.Thi.iiij.Sanctificetur eſt
ſcꝫ cibus per verbum dei ⁊ orationē.Exē-
plum de illa ſanctimoniali que ſemel ſine ſi-
gno crucis lactucam comedit ⁊ a dyabolo
eſt inuaſa.vt recitat gre.j.corinth.x. Siue
comeditis ſiue bibitis ſiue aliud quid faci-
tis omnia ad laudem dei facite.Quia cum
iuſtus de omni opere mereatur etiam de co
meſtione.omnia in nomine domini debet in
cipere ⁊ ad dei gloriam terminare. In con
uiuijs autem mundi premittũtur cantilene
⁊ tube ⁊ muſica inſtrumenta.¶ Tercium ē
indigentia iuſta.quia hoc conuiuium pau-
peribus ⁊ indigentibus qui non poterant
aliunde habere.⁊ perſonis q̃ xpm ſeq̃bãtur
legitur factũ fore.Lu.xiiij.Cũ facis prãdi
um vel cenã voca pauperes ⁊ debiles ⁊ ce.
⁊ clau.⁊ beatus eris.Cōuiuia autē mundi
fiũt magnatibus ⁊ diuitibus.⁊ nō vocãtur
ibi ſerui dei qui xpm ſequũtur.ſed hiſtriōes
qui obloquũtur.¶ Quartũ eſt tēperantia
magna.qꝛ in hoc cōuiuio nō fuit aliud niſi
panis ordeaceus ⁊ piſces.⁊ nō varia fercu
la ſiue vinũ.debemus em̃ valde tēperate co
medere.qꝛ vt dicit hiero.Vēter ⁊ genitalia
ſũt vicina ⁊ idō vēter mero eſtuãs facile ſpu
mat i libidinē.ppterea dicit apls ad ro.xiij.
Nō in cōmeſatiōibus ⁊ ebrietatibus.Et ad
eph.iiij.Nolite inebriari vino i quo ē luxu-
ria.In cōuiuijs aũt mũdi oīa ſunt prouo-
cantia ad luxuriã.ſ.varia fercula.optimũ
vinũ.pulcre menſe.cãtilene.⁊ muſica inſtru
menta.Et ideo cũ inepta leticia ⁊ ludo pro
hibito ſurgũt.Exod.xxxij.Sedit populus
manducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexerunt ludere.
¶ Quintum eſt ſignificatio congrua.Naꝫ
hoc conuiuium fuit factum ſuper montem
ſub diuo ⁊ ſederũt homines ſuper fenũ.In
quo datur intelligi ꝙ ſerui dei ſtãt in mōte



contemplationis in celeſtibus habitantes.
Phil.iij. Noſtra conuerſatio in celis eſt.
Sedent etiã ſuper fenum.per quod caro fi
guratur.yſa.xl.Omnis caro fenũ. Tunc
enim hō ſuper fenum ſedet cum ſpũs carni
dñatur.⁊ carnalia deſideria refrenãtur.co-
medunt enim ſub diuo. qa ſpes eorum non
clauditur in hoc mundo.ſed ad celũ termi-
minatur eternale cōuiuium expectando.cō
uiuia autem mundi fiũt in paludibus terre
norum.nec cōuiue mundi ſedent ſuper fenũ
ſed fenum ſuper capita eorum manet dum
caro ſpũi dñatur.⁊ in carnalibus deſiderijs
eorũ ſubmergũtur.Fiũt etiam ſub tectis in
domibus.quia ſpes eorũ clauditur infra te
ctum poſt hoc nihil aliud expectando. Et
ideo ſerui dei tranſeũt de conuiuio ad cōui-
uium.ſed mundi conuiue de cōuiuio tranſe
unt ad eſuriem ſempiternã.yſa.lxv. Serui
mei comedent ⁊ vos eſurietis. In cuius fi
gura chriſtus aſcendens in celum cũ aplis
comedit.Actuũ.j.Sic de cōuiuio ad eſuriē
tranſijt diues epulo.qui vnam guttaꝫ aque
nunq̃ potuit poſtea habere.vt patet Luce
xvj. Iob.xxj. Ducunt in bonis dies ſuos.
⁊ in pũcto ad infer.deſcendunt.¶ Sextum
eſt prouidentia bona. quia mandatuꝫ eſt in
hoc conuiuio reliquias ne perirent pro in-
digentibus reſeruari.Serui enim dei reliq-
as de induſtria in comeſtionibus ſuis faci-
unt vt eas pauperibus elargiãtur.Luc.xj.
Quod ſupereſt date elemoſinam.Reliquie
autē conuiuiorum mundi conſeruãtur.nec
pauperibus dantur ⁊ interdum putreſiunt.
Exod.viij.Aſcenderunt in reliquias cibo-
rum tuorũ rane.vel male diſpenſantur duꝫ
canibus ⁊ hiſtrionibus largiuntur.¶ Sep
timum eſt ſufficientia plena. quia comede-
runt ⁊ ſaturati ſunt.Serui em̃ dei ſatiãtur
dum quecũq̃ habent contentãtur. mat.xix.
Centuplum accipietis. id eſt ſpũm perfec-
tionis per quem eritis contenti in bōis ter-
renis vt dicit gre.Conuiue autē mundi nō
ſatiantur.Prouer.xiij. Iuſtus comedit ⁊
replet animã ſuam.venter autē impiorum
inſaturabilis.Ioh.iiij.Omnis qui biberit
ex hac aqua ſitiet iterũ. qui aũt bi.ex aqua

quã ego dabo nō ſi.inet.¶ Et qꝛ in cōuiuijs
mundi tot indecentia et vicioſa concurrũt.
Ideo frequēter in ipſis comedentes a deo cō
demnantur.Sic cōdemnatus eſt balthaſar
in cōuiuio quod fecit ⁊ vidit in pariete ar-
ticulos manus ſententiam contra ſe ſcribē
tis.propter quod cepit tremere. et cōpages
renum eius diſſoluebãtur ⁊ cōuiuiũ verſuꝫ
eſt in luctum.vt patet dañ.v. Prouer.xiiij
Extrema gaudij luctus oc.¶ Secũdo hãc
refectionem poſſumus exponere allegorice
ſm miſticum ſenſum.Unde nota ꝙ duo con-
uiuia legũtur a ieſu facta.ſcꝫ pñs qd ha-
betur marci.viij.q̃ ſignificãt ſpũalem aie re
fectionē q̃ paſcitur verbo dei.Deutro.viij.
Nō in ſo.pa.vi.hō ſed in oi verbo pd pce.
ab ore dei.Quia vt dicit gre.Miracula q̃-
dam xpi ſic accipienda ſunt vt in veritate
facta credãtur.⁊ aliud ſignificant.Hoc ſpe
ciale ſacra ſcriptura habet.dũ narrat geſtũ
prodit miſteriũ.Cibus ergo aie eſt verbum
dei.i.ſacra ſcriptura.ſcꝫ nouũ ⁊ ve.te.quod
pdicator populo dat comedere. Math.xiij.
Omnis ſcriba doc.in re.ce.ſi.ē patriſa.qui
profert de the.ſuo no.⁊ ve. Per duo ergo
cōuiuia q̃ xps fecit vetus ⁊ nouũ teſtamētũ
ſiue vetus ⁊ noua lex cōgrue deſignãtur.lex
aũt vetus i qnq̃ libris moyſi ꝯtinet. q̃ p.v.
pães ordeaceos deſignãtur.⁊ i ꝓphis ⁊ pſis
q p duos piſces dſignãt. nã pãis ordeaceus
dat ſuis.ſic illa lex fuit lex timoris q̃ ſuis dat
⁊ ñ ꝯtinebat grãm filiorũ. Et ad hoc figu-
randũ qñ lex vetus data fuit audierũt filij
iſrl vocē ⁊ ſonitũ buccine ⁊ lampades mō-
temq̃ꝫ fumigantē.⁊ ideo perterriti atq̃ꝫ pa
uore cōcuſſi ſteterũt procul dicentes moyſi.
Loquere tu nobis ⁊ audiemus.non loqua
tur nobis dominus.ne forte moriamur.vt
patet exodi.xx. Item ordeum ē pungitiuũ.
continens multaꝫ corticē.qꝛ lex vetus erat
pungitiua dicēs.Oculũ pro oculo dentem
pro dente.liuorē pro liuore.Exo.xxj.Et cō
tinebat corticem figurarum multarum. id
eſt miſteriorum in nouo teſtamento expli-
candorum.j.Corinth.decimo.Omnia in fi-
gura contingebant illis. Hos autem quinq̃
panes et duos piſces portauit n iiij

mus puer clauſos in pera. Iſte puer fuit
populus iudaicus.qui fuit puer ſenſu.ſ; ſe
nex tpe.yſa.lxv. Puer centũ ãnorũ morieꝫ
Qui ſemper legit ⁊ nunq̃ꝫ ad perfectionem
venit. Hebre.vij. Nihil em̃ ad perfectũ ad
duxit lex.ij.corinth.iij. Uſqꝫ hodie dũ legiẽ
moyſes velamen eſt poſitum ſuper cor eoꝝ
Sed chriſtus hos pães fregit ⁊ dedit diſci
pulis mãducare.dum intellectum veteris te
ſtamenti diſſeruit. Lu.xxiiij. Tunc apperu
it illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas .
Fuit ergo populus iſte paſtus quinqꝫ pa-
nibus ordeaceis id eſt quinqꝫ libris moyſi.
⁊ duobus piſcibus id ẽ pſalmis ⁊ ꝓphetis.
qui aſperitatem legis tẽperabant vel pote-
ſtate regia vel ſacerdotali. Et ideo hoc cõ-
uiuium fuit factum ante illud quod recitat
marcus.de quo.xij.cophini ſunt ſũpti.quia
duodecim ſunt tribus iſrael q̃ ſpũaliter pa-
ſci debebant. Quia vt dicit apl's.j.corin.x.
Omnes eandem eſcã ſpiritalem manduca-
uerunt. Plures tamẽ reliquie ſuperauerũt
de iſto cõuiuio q̃ꝫ de illo quod recitat mar-
cus.qꝛ de hoc duodecim.de illo ſeptem co-
phini eleuati ſunt. Nam lex vetus que per
hoc cõuiuium deſignatur ob difficultatem
ſeruari nõ potuit. Act.xv. Quid temptatis
imponere iugum ſuper ceruicẽ diſcipulorũ
qđ neqꝫ patres noſtri neqꝫ nos portare po-
tuimus. De vtroqꝫ tamen conuiuio multa
remanſerũt.quia neqꝫ nouum neqꝫ vetus te
ſtamentum ſeruatur.⁊ de vtroqꝫ plura fue-
runt eleuata q̃ꝫ appoſita.quia de vtroqꝫ plu
ra dimittuntur q̃ꝫ obſeruentur. Conuiuium
autẽ quod marcus recitat quod poſt hoc
factum fuit.ſignificat nouum teſtamentum
vel nouam legem in quo fuerunt ſeptẽ pa-
nes triticei qui dantur filijs.quia lex noua
eſt lex amoris que datur filijs ⁊ ꝯtinet gra
tiam filiorum. Et ideo fuerunt ibi ſeptem
panes.quia ſeptem virtutibus ⁊ ſeptem do
nis ſpũſſancti paſcuntur filij dei.que in no-
ua lege dantur.qꝛ lex noua eſt principaliter
ipa ſeptiformis gratia ſpũſſancti. Hos ſep
tem panes ſimiliter chriſtus benedixit ⁊ fre
git ⁊ multiplicauit.⁊ dedit apoſtolis vt ap
ponerent turbe.quia ipſam legem nouã.ſcꝫ
legẽ amoris chriſtus inſtituit ⁊ docuit. Io
hãnis.xiij. Mandatum nouũ do vobis .vt
diligatis inuicem. Matthei.v. Diligite ini
micos veſtros. In veteri autem lege dice
batur. Diliges amicum tuum ⁊ odio habe
bis inimicum tuum vt dicunt iudei. Et mã
dauit apoſtolis vt ipſam legem nouam om-
nibus predicarent. Marci.xvj. Predicate
euangelium omni creature. Et vt ipſam gra
tiam ſpũſſancti omnibus darent. Matth.x.
Gratis accepiſtis gratis date. De hoc au-
tem conuiuio ſuſtulerunt apoſtoli ſeptem
bonis a iuuētute celeriter ꝛ nō ſit pratū qđ
nō ptranſeat luxuria nr̄a qm̄ hec eſt ps no
ſtra ꝛ nō eſt ag.qui ſit reuer.ab inferis. Sʒ
hoc deberet eos magis terrere ſcʒ ſi nullus
vnq̄ rediit de inferno. qꝛ ſignū eſt ꝙ omēs
deuorat ¶ Sexto eſt arguēdus. qꝛ intelli-
gētie lumen extinguit. Nam deus vult nos
hoc intelligere ꝛ hoc p ſcripturā ſuā docet
ꝙ omnis homo eſt liber et pōt bene ꝛ male
agere Eccl̄i xv. Deus ab inicio cōſtituit ho
minē ꝛ reliquit eū in manu cōſilij ſui. Iteʒ
appoſuit tibi ignē ꝛ aquā ad qđcūqʒ volu
eris porrige manū tuā. Et ante hoīem vi-
ta et mors bonū ꝛ malū.et qui bene fecerit
ſaluabit̄.qui vero male egerit cōdemnabit̄
Sed mūdus dicit ꝙ omnia ſunt p̄deſtinata
et de neceſſitate eueniunt. et ꝙ deus ꝓpter
opa noſtra in ſentētia nō mutatur. Nume.
xxiij. Nō eſt deus vt homo vt mentiatur.
nec vt fili⁹ hoīs vt mutetur. Vn̄ quicūqʒ



ſunt p̄ſciti quicquid agāt de neceſſitate dā-
nabūtur. Cuius cōtrariū dr̄ hiere.xviij. Si
penitentiam egerit gens illa a malo ſuo qđ
locutus ſum aduerſus eam.agaʒ ꝛ ego pe-
nitentiam ſuper malo qđ cogitaui vt face-
rem ei. Exemplū de niniuitis quibus p io
nam dn̄s dixerat. Adhuc.xl.diebus ꝛ nini.
ſubuer. Quoꝝ penitētiaʒ dn̄s reſpexit ꝛ nō
ſunt ſubmerſi.vt ptʒ ione.iij. Sed mirū eſt
valde.qꝛ vt dictū eſt ſupra. mūdus dicit ꝙ
omnia caſualiter eueniūt. ꝛ circa hec infe-
riora dei ꝓuidētia nō cōſiſtit. quō ergo oīa
neceſſario eueniūt. Cuius rō eſt qꝛ vnū ma
lum alteri malo cōtrariat̄ vt ꝓdigalitas il
liberalitati. Sed bonū nunq̄ cōtrariat̄ bo-
no. Et ideo bonoꝝ vna eſt ſentētia.ſed ſen-
tentia maloꝝ eſt diuerſa. ꝛ vna cōtrariatur
alteri. Prouer.xj. Inter ſupbos ſemp iur
gia ſunt. ¶ Septimo arguēdus eſt.qꝛ con-
tēnit bona glorie. Deus nāqʒ ꝓmittit ma-
gnaʒ glām corpi ꝛ aīe ſe daturꝝ ſi homo ca-
ueat ſe a peccatis.i.Coꝝ.ij. Qđ oculus nō
vidit nec auris audiuit nec in cor hominis
aſcēdit que p̄pa.deus his qui diligūt illum
Lu.xxij. Ego diſpo.vobis ſicut diſpo.mihi
pater meus regnū.vt eda.ꝛ bi. ſup men.m.
in reg.meo Sed mūdus hic cōtemnit dicēs
Cui bene eſt hic.etiaʒ bene erit in futuro.
Scio quid habeo.ſed neſcio quid habebo.
ps. Pro nihilo habuerūt terrā deſiderabilē
Treñ.j. Omnes amici eius ſcʒ mūdi ſpre-
uerūt eam ſcʒ glām celi. ¶ Octauo eſt ar-
guēdus.qꝛ nō timet penas gehenne. Deus
em̄ minat̄ peccatoribus magnas ꝛ intolera
biles penas. Yſa.xxxiij.c. Quis poterit ha
bitare ex vobis cū ardoribus ſempiternis.
Pſal. Ignis grando nix glacies ſpūs ꝓcel
larū.ps calicis eoꝝ. De his omnibus mun
dus nō curat.imo qđ peius eſt oīa deridet.
Treñ.iij. Factus ſum in deriſum omni po-
pulo. Et ideo ē arguēdus merito mūdus et
forti verbere corrigēdus. ¶ Quarto ponit̄
ſcđm opus ſue effect⁹ ſpūſſancti qui ē apo
ſtolos in oēm veritateʒ inducere. Apoſtoli
em̄ ex groſſitate intellect⁹ ꝛ ex triſticia ma
gna que eos tunc tpis deprimebat nō pote
rant cape altam veritatem de xp̄o ꝛ de mul

tis alijs neceſſarijs ad ſalutē. Et hoc ē qđ
dicit. Adhuc multa habeo vobis dicere ſʒ
nō poteſtis portare mō.id eſt nō eſtis capa
ces ad ea intelligēda.ſed ſpūſſcūs aduemēs
faciet vos capaces omnis veritatis ꝛ ple-
nos.amouēdo ſcʒ duriciā intellectus fugā
do triſticiā corpis. ꝛ deſup ſapiētiam infun
dendo.qꝛ omnis ſapiētia ꝛ veꝝ a ſpūſcō eſt
Damaſce. Omne veꝝ a quocunqʒ dicat̄ a
ſpūſcō eſt. Et hoc eſt qđ dr̄. Cū venerit ille
ſpūs veritatis docebit vos omnē veritateʒ
ſcʒ vite ꝛ doctrine vie ꝛ patrie neceſſariam
ad ſalutē. ita ꝙ ſit diſtributio ꝓ generibus
ſinguloꝝ ꝛ nō ꝓ ſingulis generꝝ vt d. victor
Quia vt dicit aug⁹.non arbitror in quoq̄
hoc poſſe impleri in hac vita vt omnē ve-
ritatē ſciat cū apl's dicat.nunc cognoſco ex
pte.i.impfecte. et videmus nunc p ſpēm in
enigmate.j.Coꝝ.xiij. Sed ſpūſſcūs omneʒ
veritatē docet.qꝛ ꝛ hic docet omnia neceſ-
ſaria ad ſalutē.iuxta illud.j.job.ij. Vnctio
eius docebit vos de omnibus Et in futuro
ad cognitōem dei pducit in quo omnia co-
gnoſcuntur. Gre. Quid eſt qđ neſciat qui
videntē omīa videt. Docebit ergo vos om
nem veritatē fidei ſcʒ de vnitate ꝛ trinita-
te dei et de incarnatōne ꝛ vita xp̄i ꝛ morte
de creatione ꝛ fine mūdi. de angelis ꝛ ani-
mabus.de celo ꝛ mūdo et inferno.de pecca
tis ꝛ virtutibus.de ſacramētis eccleſie. Et
breuiter omnē veritatē ad ſalutem veſtraʒ
vel alioꝝ neceſſariā vos docebit. Non aūt
docebit vos ſophiſmata ariſtotelis vel pro
bleumata euclidis.vel leges aureliani. vel
cōmenta auerrois et cetera nō expedientia
ad ſalutem. Vel aliter ea q̄ ſunt ad finē cō-
tinētur virtute in fine.ſapientia aūt dei eſt
finis omnis ſapiētie ꝛ ſciētie. Sap.vj. Co-
gitare em̄ de illa ſenſus eſt cōſummatus. et
omnes ſciētie ſeruiūt ei ſicut famule dn̄e. ꝓ
uer.ix. Sapia edificauit ſibi domū.excidit
colūnas ſeptem ꝛ miſit ancillas ſuas vt vo
carent ad arcem. Septem colūne iſte ꝛ an-
cille ſunt ſciētie hūane ſcʒ ſeptem artes li-
berales quibus ſapiētia dei ad ſuū miniſte-
rium tanq̄ ancillis vtitur. vt grāmatica ad
cōgrue loquēdum.dyaletica verum a falſo

diſcernendum. rethorica ad pulcre loquen
dum ꝛ ſic de alijs. Et ideo ſpuſſcus docēdo
apſos dei ſapiētiam docuit eos omnē veri
tatem cuiuſcūqꝫ ſciētie. j. Cor. ij. Nō iudi
caui me ſcire aliud inter vos niſi xpm ieſū
Et ne doctrina ſpūſſancti eſſet ſuſpecta tā
q̄ ꝓpria ꝛ ſingularis hoc remouet dicēs. ꝙ
nō loquetur a ſemetipo ſup. ſingulariter ſi
ne patre ꝛ filio. ſed loquetur quecūqꝫ audi
et ſcꝫ in trinitate. cuius audire ē ſcire et eſſe
vt dicit aug. Quia in trinitate diuina ſunt
ydee omniū rerū et ideo deus videndo ꝛ ſci
endo ſe videt ꝛ cognoſcit oīa vt dicit aug.
Cum ergo in ore duorū vel triū ſtet omne
verbū. et quecūqꝫ ſpūſſcus dicit pater ꝛ fi
lius dicit. ergo eius doctrina eſt vera. Simi
li mō xps de ſe dicit. joh. xij. Ego ex me ipo
nō ſum locutus. Et qꝛ ſpūſſcus eſt verus de
us ſicut pater ꝛ filius. ideo ſcit futura vt de
us. et ipſe docuit eos futura mala ꝛ bona
que ſup eos erāt ventura ꝛ ꝙ gentes ad eo
rū ꝑdicatōnem conuertēde erāt. ꝛ ꝙ cū glo
ria martirij ad deum redituri erant finali
ter coronādi. Et hoc eſt qđ dicit. Et q̄ ven
tura ſunt annūciabit vobis Et ſic ptꝫ quar
tum ¶ Quinto ponitur terciū opus ſiue ef
fectus ſpūſſancti qđ eſt xpum clarificare.
Erat em̄ in ꝑncipio xps valde obſcurus in cor
dibus apſorū ꝛ aliorū qꝛ nec ipm̄ nec eius opa
cognoſcebāt. ꝓpter qđ xps ait petro. math.
xvj. Vade poſt me ſathanas qꝛ nō ſapis ea
que dei ſunt. Hec ergo clarificatio in hoc
fuit ꝙ ſpuſſcus ſup oīs apſos veniēs fecit
eos cognoſcere ꝛ credere ꝛ ꝑdicare ꝙ xpus
erat verus deus ꝛ verus homo ꝓ ſalute hu
mana incarnatus ꝛ paſſus qđ ante non co
gnoſcebant. Item ſpūſſanctus clarificauit
xpm nō ſolū reſpectu apſorū ſed etiaꝫ reſpe
ctu totius mūdi. inquātum dedit apoſtolis
et etiaꝫ alijs ſanctis virtutē faciēdi in noīe
xpi miracula et ptātem ſup oīa demonia et
ſup omēꝫ creaturā. ꝓpter qđ xps in magna
reuerētia vt verus deus eſt habitus a toto
mūdo ꝛ adoratus. ꝛ ꝑ cōſequēs clarificatus
Item clarificauit xpm. qꝛ in virtute noīs
eius totū mūdum ydolatrie deditū ad fideꝫ
xpi cōuertit qđ ſolus deus facere potuit. vt
dicit augꝰ. Actu. iiij. Neqꝫ em̄ nomen aliud
eſt ſub celo datū hominibus in quo oportet
nos ſaluos fieri. Item clarificauit xpm. qꝛ
hoīes ꝑ diuerſa vicia ꝛ diuerſos errores di
ſperſos ad vnā fidem vnum baptiſma ꝛ ad
vnā xpi eccleſiam reduxit ꝛ adunauit. Joh
x. Alias oues habeo q̄ nō ſunt ex hoc ouili
et illas oportꝫ me adducere. et fi. vnū ouile
et vnus paſtor ¶ R. Cariſſimi ſi voluꝰ ſci
re ſi ſpūſſcus habitet in nobis et operetur in
diſcū. clarificemus xpm vt apoſtoli. qꝛ hec
glorificatio vſqꝫ ad finem durabit. Et pri
mo clarificemus eū ꝑ verā fideꝫ que ꝑ opa
demonſtretur. qꝛ vt dicit jaco. ij. Fides ſine
operibus mortua eſt. Et ideo clarificari non
pōt. Secūdo clarificemus eū vt in noīe eius
miracula operemur. q̄ tūc facimꝰ qn̄ in igne
carnalis cōcupiſcētie nō cōburimur qn̄ in
aquis tribulatōnum non ſubmergimur. qn̄
demonia expellimus. nec ab eis ſuperamur. ꝛ
qn̄ creaturis omnibus dn̄amur. Omia iſta
magna miracula ſunt et ea non niſi in dei
virtute poſſumus opari. Eccꝗ. xxxi. Quis
eſt hic ꝛ lau. eū fe. e. mi. in vi. ſ. ¶ Tercio
clarificemus eū vt peccatores diuerſis pec
catorū ydolis ſeruiētes. vt auarus pecunie.
et guloſus ventri ꝛ ſic de alijs. Juxta illud
ad phil. iij. quorū deus venter eſt. ꝑ ꝑdicamē
ta verborū et exempla bonorū operū ad deuꝫ
ſalubriter cōuertamur. Jaco. v. Scire de
bet qm̄ qui conuerti fecerit peccatorem ab
er. vi. ſ. ſal. ani. eiūs a morte ꝛ opit mul. pec
catorū. Qđ ad dei glām ſpectat. Quia vt di
cit augꝰ. Nullum maius ſacrificiū placet
deo q̄ ſalus aiarū ¶ Quarto clarificemus
eum vt in vnitate cordium ꝛ volūtatum. in
vinculo pacis ꝛ dilectōnis inuicem habite
mus. Eph. iiij. Solicite ſeruate vnitatē ſpi
ritus in vinculo pacis ſicut vocati eſtis in
vna ſpe vocationis veſtre. vnus dominus
vna fides. vnum baptiſma. Actu. iiij. Erat
illis cor vnum et anima vna in dono ſpūs
ps. Ecce q̄ bonum ꝛ q̄ iocūdum habitare
fratres in vnū. Et ſic patꝫ totum.



## ¶ De epiſtola ſermo xl

Omne datum optimum ꝛ omne
bonum perfectum deſurſuꝫ eſt
ꝛc̄. Jaco. j. In hac epiſtola
beatus iacobus inducit nos ad
cognitionem bonorum ꝛ dono
rum que a deo recepimus ꝛ per conſequēs
ad dei amorem nos allicit ꝛ inducit. quia
exquo optima queqꝫ nobis a deo donātur.
ad deum diligendum maxime incitamur. qꝛ
munera ꝛ dona recepta incitatiua ꝛ cauſa
tiua ſunt dilcōnis. Durus enim eſt animꝰ
qui ꝛ ſi nolit dilectionem impendere ſaltem
nolit rependere. Nulla autem eſt maior in
uitatio ad amandum vt dicit Bernhardꝰ.
q̄ preuenire amādo. Dum ergo oſtendit ꝙ
omnia bona ſunt a deo vt ipſe hominibus
abundanter tribuit ꝛ non improperat nos
valde ad amorem eius accendit. Hoc ergo
in hac epiſtola demonſtrare intendit. In
qua quidem epiſtola quattuor principali
ter oſtenduntur. Primo enim beatus iacoꝰ.
oſtendit ꝙ omnia bona a deo emanant. In
principio epiſtole. Secundo oſtendit ꝙ hec
bona deus gratis nobis donat ibi. Volun
tarie eniꝫ genuit nos verbo veritatis. Ter
cio exquo tot bona nobis donat. eius do
ctrinam audire nobis mandat. ibi. Sit aūt
omnis homo velox ad audiendum ꝛc̄.
¶ Quarto ad recipiendum cum effectu eius
verba ſimiliter nobis imperat ibi Propter
qđ abijcientes omnē immūdiciam ꝛ abun
dantiam ma. in manſuetudine ſu. inſi. ver.
¶ Primo ergo oſtendit ꝙ omnia bona no
bis a deo emanant dicēs Omne datū opti
mum quātum ad virtutes ꝛ ſpiritusſancti
dona et omne donum perfectum quantum
ad bona glorie deſurſum eſt. Optima enim
que in vita iſta haberi poſſunt ſunt virtu
tes et ſpiritusſancti dona. Sed bonum per
fectum cui nihil deeſt quod deus gratis no
bis donat eſt vita eterna. Roma. vj. Gra
tia dei vita eterna. Titum. iij. Non ex ope
ribus iuſticie que fecimꝰ nos ſed ſcdm ſu
am miſericordiam ſaluos nos fecit ¶ S.
¶ Omne ergo datum optimum ꝛ donum
perfectum a deo eſt. Et hoc poteſt triplici
ter exponi. ¶ Primo quātum ad ipſas res
in ſeipſis conſideratas. Quedam enim ſunt
bona que habent ſolum eſſe vt corpora ſu
periora et elemēta ꝛ lapides et iſta ſunt bo
na. Quedam habent viuere ꝛ ſentire vt a
nimalia et iſta ſunt meliora. Quedam ha
bent eſſe viuere ꝛ intelligere vt homo ꝛ an
gelus et iſta ſunt optima. quibus deus per
fectum donum donauit ſcilicꝫ vitam bea
tam que deꝰ eſt. Quia vt dicit philoſophꝰ
Perfectum eſt cui nihil deeſt. quod ſolum
eſt vita beata. Perfecta autem in genere
ſuo multa ſunt. Sed perfectum ſimpliciter
et bonum non eſt niſi deus. Math. x. Ne
mo bonus id eſt perfectus niſi deus. Om
nia ergo ſupradicta ſunt a deo que omnia
per ſe ſunt bona ſꝫ adinuicē ordinata ſunt
optima. Et ideo de ſingulis dicitur in gen̄.
primo. Vidit deus ꝙ ꝛc̄. Et poſtea de om
nibus ſimul dicitur. Vidit deus cuncta que
fecerat et erāt valde bona. Et ſic ptꝫ ꝙ om
nia ſunt a deo. ¶ Secundo poteſt exponi
quātum ad bona que hominibus a deo dā
tur. Quedam enim ſunt bona vt bona for
tune ſcilicꝫ diuitie ꝛ dignitates. quedā ſunt
meliora vt bona nature ſcilicꝫ ſanitas. for
titudo. ingenium et ſimilia. quedam opti
ma vt virtutes ꝛ dona ſpiritusſancti. He
bre. xiij. Optimum eſt gratia ſtabilire cor.
Sed glorie bonum eſt bonum perfectum.
vt dictum eſt ſupra. Omnia enim hec bo
na dantur a deo hominibus. ps. Omia ſub
iecisti ſub pedibus eius oues ꝛ boues ꝛc̄
¶ Quia cum bona fortune ordinētur ad bo
na nature et bona nature ad bona gratie.
ꝛ bona gratie ad bona glorie ꝛ ea que ſunt
ad finē includūtur in fine. ideo in dato opti
mo et dono ꝑfecto omia bona intelligūtur

Tercio pōt exponi quātuꝫ ad ipſum deum
gratis nos ad bonum ꝑducentem. Nam ꝙ
deus nos creauit fuit bonum ſed ꝙ nos re
demit et in filios ꝑ ſpūſancti gratiam ado/
ptauit fuit melius. ſed ꝙ nos in corpore et
anima beatificauit hoc eſt donū optimum
et donū ꝑfectum. Quia vt dicit aug⁹. Ho
mo eſt creatus vt cognoſceret deum per bo
num nature et cognoſcendo amaret per bo
num gratie et amando poſſideret ⁊ fruere/
tur ꝑ bonum glorie. Et qui donat aliquid
donat omnia ſine quibus illud haberi non
poteſt. ideo deus dando nobis datum opti/
mū ⁊ donum ꝑfectum. id eſt ſeipſum. om/
nia nobis bona donauit. Ro. ⸿Quo etiā
cum illo non omnia nobis donauit. Omia
ergo bona ſunt a deo patre. Recte ergo di
cit. Omne datum optimum ⁊ omne donuꝫ
perfectum deſurſum eſt deſcendens. id eſt ꝑ
gradus ꝓcedens. quia in collatōne bonorū
gradus ſeruātur vt dictum eſt. A patre lu
minum. Pater luminum eſt ipſe deus. qui
eſt pater luminis nature. ps. Signatum eſt
ſuper nos lumen vultus tui domine. Item
eſt pater luminis gratie quō ſedentes in te
nebris illuminauit. Yſa. lx. Surge illumi/
nare hieruſalem quia venit lux tua. ⁊c.
Idem. ix. populus qui ambulabat in tene/
bris vidit lucem magnam. Item eſt pater
luminis glorie. ps. In lumine tuo videbi/
mus lumen. Et ne credatur ſicut eſt varie/
tas in bonis creatis. ita ſit varietas in deo
patre omniū creatore. addidit apud quem
non eſt trāſmutatio. quia ſemper idem ma/
nens omnia opatur. Boetius. Immobilis
ſtabiliſq₃ manens das cuncta moueri. Ma
lach. iij. Ego dominus ⁊ non mutor. Nec
etiam apud deum eſt viciſſitudinis obum/
bratio. vt ſcilicꝫ modo det bona. modo ma/
la. Mala enim obumbrant ⁊ in vmbra fi/
unt et ad vmbras inferni ducunt. Ioh. iij.
Omnis enim qui male agit odit lucem.
Math. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus
mittē. eum in tenebras exteriores. Deus er
go nunq̄ obumbratur per maluꝫ. quia nec
malum vult nec malum opatur. nec maluꝫ
infert niſi malum pene. Amos. iij. Non eſt
malum in ciuitate qō dominus non fecerit
Et ſic patꝫ ꝙ inter bona preſentis vite nul
la optima ſunt niſi bona gratie ſcilicꝫ vir/
tutes ⁊ bona ſpūſancti. Et ꝙ totus mun/
dus hic errat reputando bona nature ⁊ bo
na fortune optima bona. bona vero gratie
pro nihilo habet. ⸿Probemus hic ꝙ bo/
na gratie ſint optima bona. Quia vt dicit
quidam ſapiens. Ratōnalis nature vera ꝑ
fectio eſt vnamquāq₃ rem tanti eſtimare
quanti habenda eſt. Seneca. Maxime ne/
ceſſarium eſt ꝓcia rebus imponere. ⸿Q
uod autem virtutes ⁊ dona ſpūſancti ſunt
bona optima patꝫ ex quattuor. Primo ex
parte dantis quia a ſolo deo dantur. Aug⁹
Virtus eſt bona qualitas mentis quā de/
us nobis ſine nobis infundit. Exemplum
de papa qui ſemper ſibi magna reſeruat. vt
facere cardinales. conuocare concilium. et
ſimiliter quidam alij domini faciunt Excel
lentia ergo virtutum ex hoc patꝫ ꝙ eas de
us ſibi ſoli reſeruat ad eas hominibus lar/
giendum. nec alicui eas dare cōmiſit. Eph.
ij. Saluati eſtis per fidem et hoc nō ex vo
bis. dei enim donum eſt non ex operibus.
⸿Omnia vero alia bona deus creaturis cō/
miſit vt ſoli illumiare. lune humectare. igni
calefacere. terre fructus ꝓducere. et ſic de
alijs. Iuſtificare autem impium qō fit ꝑ
gratie ⁊ virtutum infuſiōem ſolus deus fa
cit. Yſa. xliij. Ego ſum qui deleo iniquita/
tes tuas propter me. Secundo idem patet
ex loco vnde veniunt. quia de celeſti patria.
optimo loco. Optimus autem locus opti/
ma producit. De celo autem veniunt opti/
ma bona corporalia vt lux. calor et motus.
per que omnia producūtur et conſeruātur
in eſſe et viuunt. Cum igitur vt hic dicitur
virtutes ⁊ dona de celo veniant meliori lo
co mundi ex loco optimo vnde veniunt ptꝫ
eorum perfectio. Exemplum de emptori/
bus qui interrogato de loco credunt ſtatim
bona eſſe que ibi naſcūtur vel fuit. Idē ptꝫ
de naui venienti de oriēte ⁊ de vltramarinis
ptib⁹ de qua ꝑſumitur ꝙ optim⁹ ſit onuſta



Tercio idem apparet ex parte perſonarum
quibus dona ⁊ virtutes donātur quia ſo/
lum ſanctis et filijs dei regis eterni dantur
Iohan. xiiij. Ego rogabo patrem ⁊ alium
paraclituꝫ dabit vobis. in quo et cum quo
omnes virtutes ⁊ dona donātur. dabit in/
quit vobis qui eſtis a deo in filios adopta
tati et ad regnum eternum electi. Ioh. xv.
Ego vos elegi de mundo. Alia vero dona
dantur omnibus ⁊ bonis ⁊ malis. Math.
v. Qui ſolem ſuuꝫ oriri facit ſuper bonos
et malos. Virtutes vero ⁊ dona ſolum pre
electis ad vitam eternam dantur. Math.
vij. Nolite ſanctum dare canibus neq₃ mit
tentes margaritas veſtras ante por. Pur/
pura ſuper om̄a pannos excedit. quia olim
ſoli reges ipſam induere poterant ⁊ porta/
re. Quarto idem patꝫ ex parte ſcripture q̄
mentiri non poteſt. Nam vetus ⁊ nouū te/
ſtamentum et omnes ſancti doctores ꝑſua/
dent ⁊ mandant vt virtutes ſuꝑ omnia am
plectamur et bona alia contēnam⁹. Math.
vj. Querite primum regnum dei ⁊ iuſticiā
eius. Super omnia caritatem habere. j. joh
ij. Nolite diligere mundum neq₃ ea que in
mundo ſunt. Sex alias ratōnes ad hoc idē
require infra dominica decimaoctaua. poſt
feſtuꝫ trinitatis in ſermone de epiſtola. Et
ſic patꝫ primum. ⸿Secūdo oſtendit ꝙ om
nia bona deus gratis nobis dedit ⁊ dat. Et
hoc eſt qō dicit. Voluntarie eniꝫ id eſt gra
tis genuit nos in filios adoptōnis vt ſcilicꝫ
ſimus heredes bonorū eius. Quia vt dicit
ad Ro. viij. Si autem filij ⁊ heredes. here
des quidem dei. coheredes auteꝫ chriſti. ij.
Pe. j. Per quē maxima et precioſa nobis
promiſſa donauit. Genuit ergo nos verbo
veritatis in baptiſmi collatōne. in quo acce
dit verbum ad elemētum et fit ſacramētuꝫ
vt dicit auguſtin⁹. cum dicitur. Ego te ba/
ptiſo in nomine patris et filij ⁊ ſpūſancti.
In hoc ergo verbo veritatis ſcilicꝫ qō ipſa
veritas inſtituit nos deus generat. Nam in
baptiſmo quedam ſpiritualis regeneratio
celebratur. Et ad hoc ſignificandum ſuper
chriſtum baptiſatum venit verbum dei de
celo dicens. Hic eſt filius meus dilectus.
Math. iij. Hec autem generatio neceſſa/
ria eſt ad habendum bona dei. Iohan. iij.
Oportet vos naſci denuo. Quia niſi quis
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto non
poteſt intrare in regnum dei. Titum. iij.
⸿Scōm miſericordiam ſuam ſaluos nos fe
cit per lauacrū regni et renouatōnem ſpiri
tuſſancti. Item genuit nos verbo verita/
tis in doctrine ⁊ vite informatōe. quia mul
ta dixit ⁊ fecit in quibus tota vita noſtra ſa
lubriter informatur. Math. xj. Diſcite a
me quia mitis ſum et humilis corde. Ioh.
xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quēad
modum ego feci vobis ita et vos faciatis
Iſtis duobus modis dicitur aliquis pater
ſpiritualis alicuius ſcilicꝫ in baptiſmi col/
latione et in doctrine ⁊ vite informatōne.
j. Cor. iiij. In chriſto ieſu per euāgelium
ego vos genui. Et idem Gal. iiij. Filioli
mei quos iterum parturio donec formetur
chriſtus in vobis. Titum. j. Tito dilecto fi
lio ſcōm cōmunem fideꝫ que. ſ. in baptiſmo
infunditur. gratia ⁊ pax. Iſtis ergo duo/
bus modis dominus nos generauit vt eſſe
mus aliquod inicium creature dei. id eſt vt
eſſemus inicium gratie inter homines. Nā
creatura dei et precipue homo eſt ad ima/
ginem dei factus. vt patꝫ Geneſ primo.
⸿Propterea dominus nos genuit verbo ve
ritatis in baptiſmo et doctrina vt ſimus ini
cium creature eius. id eſt vt ſimus primicie
[illegible] ſpiritusſancti inter omnes homines
[illegible] ad habēdum datum optimum ⁊ do/
num perfectum. id eſt bona gratie et glorie
dei. Apoſtoli enim ⁊ eorum ſequaces qui ꝑ
apoſtolos ſunt conuerſi. quibus tunc iaco/
bus loquebatur. fuerūt primicie chriſti. q₂
primo fidem ⁊ doctrinam chriſti per ſpiri/
tumſanctum receperūt. Rome. viij. Noſipſi
primicias ſpiritus habentes. glo. tempore
et dignitate. ij. Theſſal. ij. Debem⁹ gratias
agere deo qui nos elegit primicias in ſalu/
tem in ſanctificatōne ſpiritus. Iniciare au
tem ponitur ꝑ dedicare et conſecrare ⁊ re/
nouare. Per hanc ergo genituram iniciat
nos deus in creaturam nouam. id eſt in fi/
lios adoptiuos. ij. Chorin. v. Si qua noua

creatura in chriſto. vetera tranſierunt ergo in chriſto ieſu neqʒ circūciſio aliqua valet neqʒ preputium ſed noua creatura vt dicit apoſtolꝰ. Gal. vj. Et dicit inicium aliquod qua hic inciamur in parte per gratiaʒ dei. quia tātum in anima ſed in futurō inciabimur in toto ſcʒ ꝑ gloriam anime et corꝑis. Yſa. lxi. In terra ſua duplicia poſſidebūt Et ſic ptʒ ſcdm ¶ Tercio ex quo tot bona et talia nobis fecit. inducit nos ad eius precepta ⁊ doctrinam ſolicite audiēdaʒ d. Sit autem omnis homo velox ad audiēduʒ ſcʒ precepta ⁊ doctrinā chriſti. Inter ceteros enim ſenſus auditus magis diſcipline deſeruit. vt dicit phus Eccl. vj. Si dilexeris audire ſapiens eris. Prouer. j. Audiens ſapiens ſapiētior erit. Sed ad quid audiendum ſit omnis homo velox. Ad audiēdum vana et mala. Certe nō. Eccl. xxviij. Sepi aures tuas ſpi. ⁊ noli. au. ling. nequā. Quia vt dicitur. j. Cor. xv. Corrumpūt enim bonos mores colloquia praua. Sʒ ſit velox ad audiēdum verbuʒ dei doctrinam ſanam ⁊ vtilem. Grego. Nullum adeo euidens predeſtinatōnis ſignum eſt vt libēter audire verbum dei. Luce. xj. Beati qui audiunt verbum dei et cuſtodiūt illud. Sed non ſic eſt de loquela ſicut de auditu. qꝛ debet eſſe omnis homo tardꝰ ad loquēdum. quia in multiloquio peccatum non deerit. Prouer. x. Hanc autem tarditateʒ oſtendit natura in eo ꝙ dedit homini omnes ſenſus geminos vt duas aures. duos oculos. et ſic de aliis. ſed ſolum vnā linguam. et hanc cōcluſit duplici muro. ſcʒ labijs ⁊ dentibus. Propter ea petebat ꝓpheta dicēs. Pone domine cuſtodiā ori meo. et oſti. circū. la me. ¶ P. Ubi nota ꝙ in locutōne quattor obſeruare debemus. Primo vt raro ⁊ parū loquamur. Eccl. xix. Eſt tacens ⁊ ipe eſt prudēs Et infra. xx. Qui autem ꝑcax eſt ad loquēdum odibilis erit. Seneca. Tardiloquū te eſſe iubeo et prope tibi erit deus. Secundo vt horam apti temporis obſeruemus. Eccl. xx. Eſt tacens non habens ſenſum loquele et eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Prouer. xxv. Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore ſuo. Eccl. xx. Ex ore fatui reprobabitur parabola. non enim dicit illam in tempore ſuo Tercio vt dum loquimur. bona ⁊ vtilia loquamur. j. Pe. iiij. Si quis loquitur quaſi ſermones dei. Yſa. xlvj. Ego dominus deꝰ tuus docēs te vtilia. Quarto vt vere ⁊ nō ficte ⁊ adulatorie loquamur. Prouer. viij. Veritatem meditabitur guttur meum ⁊ labia mea deteſtabuntur impium. In eodem xxix. Qui blandis fictiſqʒ ſermonibus loquitur amico ſuo. rethe expandit greſſibus eius. Yſa. iij. Popule meus qui beatum te dicunt ipſi te decipiunt. Grego. ſuper illo verbo Luc. ix. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Tunc mortui mortuos ſepeliūt. quando peccatores fauoribus peccatores premūt Similiter ſicut homo tardus debet eſſe ad loquēdum. ita tardus debet eſſe ad iram. ne tam de facili iraſcatur. imo nunquā ſi poſſibile eſt niſi ſit ira ꝑ zelum. vt quādo iraſcamur malis ⁊ peccatis hominū et nō hominibus. ps. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Augꝰ. Sic diligendi ſunt homīes vt nō diligātur eorum errores ſed odiātur. Aliud eſt enim odiſſe qđ faciunt. ⁊ aliud odiſſe qđ facti ſunt. Sic iraſcitur pater filio. Sic iratus eſt phinees contra ſambri et ſcortū madianitem. quando intrauit lupanar ⁊ arrepto pugione ꝑfodit ambos in locis genitalibus. Numeri. xxv. Sic xp̄us ꝑ talem zelū iratus eſt. quando facto flagello de funiculis eiecit ementes ⁊ vendentes de templo. Ioh. ij. Unde ibi ſequitur ꝙ diſcipuli recordati ſunt quia ſcriptum eſt. Zelus domꝰ tue comedit me. Et quare iraſci non debemus aſſignat rationem dicens. Ira eniʒ viri iuſticiam dei non operatur. Ira viri dicitur qua iraſcimur hominibus ſiue deo ſiue dyabolo ſiue nobiſmetipſis. Talis ira eſt vnum de ſeptem capitalibus vicijs et poteſt eſſe mortale vel veniale peccatū. Nam ſi ira eſt leuis vel preuenit iudicium rationis et cito tranſit peccatum veniale eſt. Si enim ſit fortis ira et a ratōne deliberata et permanet. et eſt contra ꝓximum eius. mortale peccatum eſt. et ideo iuſticiam dei non



operatur ſed iniuſticiam. Sed ira ꝑ zelum meretur. Nam phinees ꝑ zelum ipſius ire meruit ſacerdocium ſempiternum et placauit irā dei. vt ptʒ ibidē. Et ſic ptʒ terciū. Quarto inducit nos ad dei verbum ⁊ doctrinam cū effectu recipiēdum dicēs. Propter qđ abijcientes omnem immūdiciam et abundātiam malicie. Et quia verbum dei eſt totum ſanctum ⁊ purū. ideo oportʒ nos eſſe mūdos ad audiēdum ipm ⁊ recipiēduʒ Quia vt dicitur ſap. j. Non ha. in cor. ſub. peccatis. Hiere. iiij. Nouate nobis nouale et nolite ſerere inter ſpinas Et ideo oportet nos omneʒ immūdiciam deponere quātum ad peccata carnalia. et abūdantem maliciā quātum ad peccata ſpūalia qꝛ peccata carnalia magis ſunt immūda ꝙ̄ ſpiritualia. ſed ſpūalia maioris ponderis extant. Vel omnem immūdiciam dicit quātum ad peccata ꝓpria que immūdam faciunt animam ⁊ deformē. abūdantiam autē malicie dicit quātum ad peccata que contra deum ⁊ ꝓximū directe cōmittūtur. Tunc eniʒ malicia abūdamus quādo eam vſqʒ ad ꝓximum extendimus vel in deum directe peccamus. Sic ergo mūdati a peccatis in manſuetudine et tranquillitate mentis debemus inſitum verbum recipere id eſt xp̄um qui eſt inſitū verbum humane nature. ſicut ſurculus ꝑlectꝰ trunco ſilueſtri. Joh. j. Verbuʒ caro factū eſt ⁊ habitabit in nobis. Qui truncus ante amaros fructus ferebat. Nam antequaʒ verbum dei humane nature inſereretur nō ꝓducebat fructus dignos penitētie ſed per inſertionem tranſlata eſt in deum ſicut trāſfertur truncus in naturam ſurculi et fecit fructus dulciſſimos in vitam eternam ducētes. Joh. xij. Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traam ad meipſum. j. Joh. iij. Nos ſcimus quoniā trāſlati ſumꝰ de morte ad vitam. Hoc ergo verbum ſic inſitum et vnitum nobis debemus deuote ꝑ fidem et amorem ſuſcipere interius in corde. ⁊ exterius in corpore. vt referamus fructus ei conuenientes ſicut in eum tranſlati ſumus. Vel ſuſcipite inſitum verbum id eſt verbū euangelij. ꝑdicatum vobis a nobis de inſito verbo dei. id eſt de verbo dei incarnato qđ verbum eſt inſitum cordi noſtro ſicut ramꝰ trunco qui conuertit truncum in naturam ſui. Sicut enim truncus anteꝙ̄ inſeratur ei ramꝰ facit fructꝰ aſperos ⁊ amaros aptos ſolum porcis. ſic homo anteꝙ̄ recipiat verbum dei in corde facit opera aſpera ſolum demonibus apta. ſed poſtquaʒ verbum dei inſertum fuerit menti eius ꝑ amorem ⁊ fidem facit fructus dignos penitētie. ⁊ eſt arbor dei in medio paradiſi afferens fructus duodecim. id eſt duodecim opera miſericordie. vt dicitur Apo. xxij. Debʒ ergo verbū dei eſſe inſitum cordi noſtro vt ramus veteris conuerſatōnis abſcidatur a trunco cordis. ⁊ nouus inſeratur que renouetur de die in diem Roma. xj. Tu autem cum oleaſter eſſes inſertus es in bonam oliuam. id eſt in bonam gratiam ⁊ miſericordiam Verbum ergo dei pure ⁊ deuote acceptum poteſt cū effectu animas noſtras ſaluare. quia ipſas quotidie ſaluat et ab omni morte liberat. Johan. viij. Si quis ſermonem meum ſeruauerit mortem non guſtabit in eternum. Actuū. xiij. Vobis qui ti. de. verbum ſalutis miſſum eſt. Dicit autem poteſt. ne libertas arbitrij excludatur quia non ſaluat niſi volentes. Et ideo verbum dei poteſt nos ſaluare ſi ei conſentimus. alias penitus nō ſaluat. Hebre. v. Factus eſt omnibus obtemꝑantibꝰ ſibi cauſa ſalutis eterne. Et ſic patʒ quartum.

¶ Dominica quarta de euangelio ſermo LVI.

Amen amen dico vobis ſi quid petieris patrem in nomine meo dabit vobis. Joh. xvj. Quia xp̄us inquātum homo eſt aduocatus hominū apud patrem in curia celi. vt dicitur. j. Joh. ij. Aduocatum habemus apud patrem ieſum xp̄m iuſtum. Qui quando hec verba dixit poſt cenam in die Jouis ſtatim et in breui erat ab

creatura in chriſto. vetera tranſierunt ergo in chriſto ieſu neq₃ circūciſio aliqua valet neq₃ preputium ſed noua creatura vt dicit apoſtolꝰ. Gal. vj. Et dicit inicium aliquod qua hic iniciamur in parte per gratiaȝ dei. quia tātum in anima ſed in futuro iniciabimur in toto ſc₃ ꝑ gloriam anime et corpis. Yſa. lxi. In terra ſua duplicia poſſidebūt Et ſic pt₃ ſcōm. ¶ Tercio ex quo tot bona et talia nobis fecit. inducit nos ad eius precepta ⁊ doctrinam ſolicite audiēdaȝ d. Sit autem omnis homo velox ad audiēduȝ ſc₃ precepta ⁊ doctrinā chriſti. Inter ceteros enim ſenſus auditus magis diſcipline deſeruit. vt dicit phus Eccī. vj. Si dilexeris audire ſapiens eris. Prouer. j. Audiens ſapiens ſapiētior erit. Sed ad quid audiendum ſit omnis homo velox. Ad audiēdum vana et mala. Certe nō. Eccj. xxviij. Sepi aures tuas ſpi. ⁊ noli. au. ling. nequā. Quia vt dicitur. j. Cor. xv. Corrumpūt enim bonos mores colloquia praua. S₃ ſit velox ad audiēdum verbuȝ dei doctrinam ſanam ⁊ vtilem. Grego. Nullum adeo euidens predeſtinatōnis ſignum eſt vt libēter audire verbum dei. Luce. xj. Beati qui audiunt verbum dei et cuſtodiūt illud. Sed non ſic eſt de loquela ſicut de auditu. q₂ debet eſſe omnis homo tardꝰ ad loquēdum. quia in multiloquio peccatum non deerit. Prouer. x. Hanc autem tarditateȝ oſtendit natura in eo ꝙ dedit homini omnes ſenſus geminos vt duas aures. duos oculos. et ſic de aliis. ſed ſolum vnā linguam. et hanc cōcluſit duplici muro. ſc₃ labijs ⁊ dentibus. Propterea petebat ꝓpheta dicēs. Pone domine cuſtodiā ori meo. et oſti. circū. la me. ¶ ps. Vbi nota ꝙ in locutōne quattor obſeruare debemus. Primo vt raro ⁊ parū loquamur. Eccj. xix. Eſt tacens ⁊ ipe eſt prudēs Et infra. xx. Qui autem ꝓcax eſt ad loquēdum odibilis erit. Seneca. Tardiloquū te eſſe iubeo et prope tibi erit deus. Secundo vt horam apti temporis obſeruemus. Eccj xx. Eſt tacens non habens ſenſum loquele et eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Prouer. xxv. Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore ſuo. Eccj. xx. Ex ore fatui reprobabitur parabola. non enim dicit illam in tempore ſuo Tercio vt dum loquimur. bona ⁊ vtilia loquamur. j. Pe. iiij. Si quis loquitur quaſi ſermones dei. Yſa. xlvj. Ego dominus deꝰ tuus docēs te vtilia. Quarto vt vere ⁊ nō ficte ⁊ adulatorie loquamur. Prouer. viij. Veritatem meditabitur guttur meum ⁊ labia mea deteſtabuntur impium. In eodem xxix. Qui blandis fictiſq₃ ſermonibus loquitur amico ſuo. rethe expandit greſſibus eius. Yſa. iij. Popule meus qui beatum te dicunt ipſi te decipiunt. Grego. ſuper illo verbo Luc. ix. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Tunc mortui mortuos ſepeliūt. quando peccatores fauoribus peccatores premūt Similiter ſicut homo tardus debet eſſe ad loquēdum. ita tardus debet eſſe ad iram. ne tam de facili iraſcatur. imo nunq̄ ſi poſſibile eſt niſi ſit ira ꝑ zelum. vt quādo iraſcamur malis ⁊ peccatis hominū et nō hominibus. ps. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Augꝰ. Sic diligendi ſunt homīes vt nō diligātur eorum errores ſed odiātur. Aliud eſt enim odiſſe qd faciunt. ⁊ aliud odiſſe qd facti ſunt. Sic iraſcitur pater filio. Sic iratus eſt phinees contra ſambri et ſcortū madianitem. quando intrauit lupanar ⁊ arrepto pugione ꝑfodit ambos in locis genitalibus. Numeri. xxv. Sic xp̄us ꝑ talem zelū iratus eſt. quando facto flagello de funiculis eiecit ementes ⁊ vendentes de templo. Joh. ij. Vnde ibi ſequitur ꝙ diſcipuli recordati ſunt quia ſcriptum eſt. Zelus domꝰ tue comedit me. Et quare iraſci non debemus aſſignat rationem dicens. Ira eniȝ viri iuſticiam dei non operatur. Ira viri dicitur qua iraſcimur hominibus ſiue deo ſiue dyabolo ſiue nobiſmetipſis. Talis ira eſt vnum de ſeptem capitalibus vicijs et poteſt eſſe mortale vel veniale peccatū. Nam ſi ira eſt leuis vel preuenit iudicium rationis et cito tranſit peccatum veniale eſt. Si enim ſit fortis ira et a ratōne deliberata et permanet. et eſt contra ꝓximum eius. mortale peccatum eſt. et ideo iuſticiam dei non



operatur ſed iniuſticiam. Sed ira ꝑ zelum meretur. Nam phinees ꝑ zelum ipſius ire meruit ſacerdocium ſempiternum et placauit irā dei. vt pt₃ ibidē. Et ſic pt₃ terciū. Quarto inducit nos ad dei verbum ⁊ doctrinam cū effectu recipiēdum dicēs. Propter qd abijcientes omnem immūdiciam et abundātiam malicie. Et quia verbum dei eſt totum ſanctum ⁊ purū. ideo oport₃ nos eſſe mūdos ad audiēdum ipm ⁊ recipiēduȝ Quia vt dicitur ſap. j. Non ha. in cor. ſub. peccatis. Hiere. iiij. Nouate nobis nouale et nolite ſerere inter ſpinas Et ideo oportet nos omneȝ immūdiciam deponere quātum ad peccata carnalia. et abūdantem maliciā quātum ad peccata ſpūalia q₂ peccata carnalia magis ſunt immūda q̄₃ ſpiritualia. ſed ſpūalia maioris ponderis extant. Vel omnem immūdiciam dicit quātum ad peccata ꝓpria que immūdam faciunt animam ⁊ deformē. abūdantiam autē malicie dicit quātum ad peccata que contra deum ⁊ ꝓximū directe cōmittūtur. Tunc eniȝ malicia abūdamus quādo eam vſq₃ ad ꝓximum extendimus vel in deum directe peccamus. Sic ergo mūdati a peccatis in manſuetudine et tranquillitate mentis debemus inſitum verbum recipere id eſt xp̄um qui eſt inſitū verbum humane nature. ſicut ſurculus delectꝰ trunco ſiluestri. Joh. j. Verbuȝ caro factū eſt ⁊ habitabit in nobis. Qui truncus ante amaros fructus ferebat. Nam antequaȝ verbum dei humane nature insereretur nō ꝓducebat fructus dignos penitētie ſed per inſertionem tranſlata eſt in deum ſicut trāſfertur truncus in naturam ſurculi et fecit fructus dulciſſimos in vitam eternam ducētes. Joh. xij. Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traam ad meipſum. j. Joh. iij. Nos ſcimus quoniā trāſlati ſumꝰ de morte ad vitam. Hoc ergo verbum ſic inſitum et vnitum nobis debemus deuote ꝑ fidem et amorem ſuſcipere interius in corde. ⁊ exterius in corpore. vt referamus fructus ei conuenientes ſicut in eum tranſlati ſumus. Vel ſuſcipite inſitum verbum id eſt verbū euangelij. ꝑdicatum vobis a nobis de inſito verbo dei. id eſt de verbo dei incarnato qd verbum eſt inſitum cordi noſtro ſicut ramꝰ trunco qui conuertit truncum in naturam ſui. Sicut enim truncus anteq̄₃ inſeratur ei ramꝰ facit fructꝰ aſperos ⁊ amaros aptos ſolum porcis. ſic homo anteq̄₃ recipiat verbum dei in corde facit opera aſpera ſolum demonibus apta. ſed poſtquaȝ verbum dei inſertum fuerit menti eius ꝑ amorem ⁊ fidem facit fructus dignos penitētie. ⁊ eſt arbor dei in medio paradiſi afferens fructus duodecim. id eſt duodecim opera miſericordie. vt dicitur Apo. xxij. Deb₃ ergo verbū dei eſſe inſitum cordi noſtro vt ramus veteris conuerſatōnis abſcidatur a trunco cordis. ⁊ nouus inſeratur que renouetur de die in diem Roma. xj. Tu autem cum oleaſter eſſes inſertus es in bonam oliuam. id eſt in bonam gratiam ⁊ miſericordiam Verbum ergo dei pure ⁊ deuote acceptum poteſt cū effectu animas noſtras ſaluare. quia ipſas quotidie ſaluat et ab omni morte liberat. Johan. viij. Si quis ſermonem meum ſeruauerit mortem non guſtabit in eternum. Actuū. xiij. Vobis qui ti. de. verbum ſalutis miſſum eſt. Dicit autem poteſt. ne libertas arbitrij excludatur quia non ſaluat niſi volentes. Et ideo verbum dei poteſt nos ſaluare ſi ei conſentimus. alias penitus nō ſaluat. Hebre. v. Factus eſt omnibus obtemꝑantibꝰ ſibi cauſa ſalutis eterne. Et ſic pat₃ quartum.

¶ Dominica quarta de euangelio ſermo LVI.

AMen amen dico vobis ſi quid pecieris patreȝ in nomine meo dabit vobis. Joh. xvj. Quia xp̄us inquātum homo eſt aduocatus hominū apud patrem in curia celi. vt dicitur. j. Joh. ij. Aduocatum habemus apud patrem ieſum xp̄m iuſtum. Qui quando hec verba dixit poſt cenam in die Jouis ſtatim et in breui erat ab

apoſtolis receſſurꝰ ⁊ ad curiā patris iturꝰ Ideo in verbis premiſſis xpūs docet apoſtolos et inducit ad petēdum ⁊ formādum petitōnes ſuas ad patrem Petite inquiens Que pabola eſt tempis inſtātis. Quia ſm repſentatōnem eccleſie aduocatus ⁊ frater noſter xpūs in breui eſt iturus ad celū. vbi facta noſtra examinātur ⁊ iudicātur ⁊ vn̄ nobis omnia ꝓueniūt. Jaco. j. Omne datum optimū ⁊ omne donū ꝑfectum deſurſum eſt. Et ideo xpūs in verbis ꝑmiſſis in ꝑſona apoſtoloꝝ nos hortatur ⁊ docet petitiōes noſtras formare. quia ipe eas eſt patri fideliter porrecturus. ac etiam effectui mandaturꝰ. Unde ait. Amen amen dico vobis ⁊c. petite ⁊ accipietis. In quibus verbis quattuor cōtinētur. Primo diuina largitas demonſtratur ⁊ noſtra negligētia redarguitur. quia inuitat nos ad petēdum et omnia dare ꝓmittit. In principio euāgelij Secūdo tempꝰ claritatis ⁊ obſcuritas circa xpi opa inſinuatur ibi. Hec in ꝓuerbijs locutus ſum vobis. venit hora cū iam non in ꝓuerbijs lo. vo. Tercio magna virtus ꝑfecte orōnis innuitur ibi. Et nō dico vobis quia ego patrem rogabo de vobis. Quarto apoſtolorū intelligentia fuiſſe erecta ad xpūm declaratur ibi. Ecce nūc palā loqueris et puer. nul. di. nunc cog. quia ſcis omnia.

¶ Primo ergo diuina largitas demōſtratur que patz quātum ad quattuor. Primo quia iurat omnia petita largiri. vt petere nō debeamus dubitare. Amen amen inquit. qui eſt modus iurādi in nouo teſtamēto. In veteri teſtamento iurabat deus per ſeipſum. Geñ. xxij. Per meipm iuraui dicit dominus. Gal. vj. Abrae nāqz ꝓmittens deus cum non haberet maiorem per quem iuraret ꝑ ſemetipſum iurauit. Secundo quia docet vnam rem in qua et per quā omnia nobis bona donātur ſcz nomen ieſu xpi vt faciliter impetremus. Si quid inquit petieritis patrem in nomine meo. ⁊c. ps. In nomine dei noſtri inuocabimus. Actuū. iiij. Non eſt aliud nomen ſub celo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Propter qd̄ dicitur yſa. xxvj. Domine nomen tuum ⁊ memoriale tuum in deſiderio anime Tercio quia inuitat ⁊ inſtigat ad petendum vt non verecundemur. Petite inquit. Homines diuites queſtuarios fugere ſolent. Sed xpūs inuitat. Math. xj. Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati. ⁊c. Joh. vij. Stabat ieſus ⁊ clamabat. ſi quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Apoca. iij. Ego ſto ad oſtium ⁊ pulſo. ſi quis aperuerit mihi intrabo ad illum ſup. portans mecū omnia bona. Ad ro. viij. Quomō non etiā cū illo nobis donauit. Quarto quia optima bona ꝓmittit ſcz gaudium plenum vt libēter petamus. Petite inquit ⁊ accipietis vt gaudium veſtrum ſit plenū. ij. Pe. j. Per quē maxima ⁊ precioſa ꝓmiſſa nobis donauit. Homines mundi dant pauperibus ſolum peiora vt panem ⁊ vinum ⁊ veſtes fractas et omnia putrefacta. Sicut caym obtulit deo quecunqz peiora ⁊ abel meliora. Et ideo reſpexit deus ad abel ⁊ ad munera eius. ad caym autem ⁊ ad munera eius non reſpexit. Geñ. iiij. Quia talia data deꝰ modicū acceptat. Sed deus dat optima Quia vt dicit Bern. Animā ad imaginem ſuam creauit angelos ad noſtrum ſeruicium deputauit. gratiam ⁊ virtutes ad merendum vitam eternam nobis donauit. Filium ſuum ad nos liberandum et redimendum nobis tranſmiſit. celum ⁊ gloriam ſuam nobis preparauit. corpora noſtra putrefacta glorioſa reſuſcitabit Ecce optima ⁊ inenarrabilia bona. Hic cadit exemplum de alexandro qui petitus vt daret vnam domū dedit ciuitatem. In centuplo plus facit xpūs Yſa. lxiiij. Oculus non vidit nec auris audiuit abſqz te. que ꝑparaſti diligentibus te. Propter qd̄ admirat̄ dauid dicens. Quid eſt homo qd̄ memor es eius. ⁊c. Gloria et honore coronaſti eum domine ⁊ cōſtituiſti eum ſup opa manuū tuaꝝ. omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Et ſic diuina largitas patz quattuor propter que omnia noſtra negligentia eſt valde redarguenda. Auguſtinus Erubeſcat hūana pigricia. plus vult ille dare q̄ nos accipe. plꝰ vult miſereri q̄ nos a miſeria liberari. Debemus ergo orādo petere et petendo orare. Cariſſimi hec dies boni nuncij eſt in qua dicit̄. Petite ⁊ accipietis Si diceretur mortuis hoc verbum quale gaudiū hrent. ſed eis non dr̄. Un̄ ille diues iam ſunt plus q̄ mille anni q petijt guttā aque ⁊ adhuc nō habuit. Et ideo nō effugiemus iudiciū dei ſi tātam neglexerimꝰ ſalutem vt dicit aplūs. Hebre. ij. Que negligētia magis aggrauatur. ſi conſideremus q ſimus in multis miſerijs ⁊ ꝑiculis cōſtituti. Apoc. iij. Neſcis q tu es miſer ⁊ miſerabilis et pauper et cecus ⁊ nudus. Et ideo neceſſe habemus nō ſolum orando petere ſed clamare. j. Mach. iiij. Et nūc clamemꝰ in celum ⁊ miſerebitur noſtri deus nr̄.

¶ Tria cū ſolent homini eſſe occaſio clamādi ſcz ignis. aqua. ⁊ hoſtes. Hec tria omni die nos incitant ad clamādum. Nam ignis carnalis cōcupiſcentie ſemꝑ nos comburit. Ro. vij. Video aliam legē in mēbris meis repug. le. men. mee ⁊ captiuātem me in lege miſerie ⁊ peccati. Job. xxxj. Ignis ē vſqz ad cōſummatōēm deuorans. Aque tribulationū vndiqz nos circūdant. ps. Saluū me fac dn̄e qm̄ intrauerunt aque vſqz ad aīam meā. Infix. ſum in li. pfun. Et ſequit̄. Laboraui cla. ra. fac ſunt fa. me. Grego. Peſtilētias ſine ceſſatōne patimur. ij. Cor. xj. Periculis flu. ꝑicu. la. ꝑicu. ex ge. ꝑicu. ex gen. ⁊c. Propter que omnia dicit ſalomon Eccs. iiij. Et laudaui magis mor. q̄ viuen. Itē hoſtis infernalis quotidie nos inſequitur. j. Pe. v. Aduerſarius veſter dyabolus tanq̄ leo rugiens cir. q. quē deuo. ⁊c. Clamemus ergo fortiſſime. Yſa. lviij. Clama ne ceſſes. q2 nō ceſſant qui te infeſtant. cum vero ceſſauerint ſile.

¶ In fine iſtiꝰ mēbri nota duo circa orōnem ſcz quō ſit orādum. et q̄ impediūt orōnem exaudiri.

¶ Circa primū nota q decem ꝯditiōes debet habere oratio ꝑfecta.

¶ Primo eñ oratio debet fieri cū fiducia impetrandi. Ja. j. Poſtulet aūt in fide nihil heſitans. Fides enī multū facit ad impetrādum. Marci. ix. Si potes credere. oīa poſſibilia ſunt credenti. Math. viij. Vade ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi Secūdo dz fieri cū reuerētia. eccī. xxxij. Pro reuerētia accedz tibi bona gr̄a. Aug. Citius exaudit vna orō obediētis q̄ decē milia contemnentis. Sic reuerēter orabat chananea que veniens adorabat chriſtum math. xv et ideo fuit exaudita. Sic reuerēter petebat ille tercius quinquagenariꝰ helye vt nō deſpiceret aīam ſuā. et ideo nō fuit cōbuſtus ſicut alij duo. iiij. re. j. Nota hic q quidā ſunt ſicut milites pilati qui genuflectebāt et ꝑcutiebāt xpūm. ſic multi genuflectunt ⁊ ꝑcutiūt xpm in peccatis ſuis imo crucifigūt vt dicit aplūs ad hebre. vj. Rurſum crucifigētes ſibimetipſis filiū dei ⁊ oſtētui habētes.

¶ Tercio debet eſſe decens vt petat decētia a deo. Augꝰ. Oratio eſt petitio decētium a deo. Ja. iiij. Petitis ⁊ non accipitis eo q male petatis. Mater filiorū zebedei nō fuit exaudita eo q petiuit indecenter. q2 ex parētela voluit filijs regnum dei dari. Math. xx. Neſcitis quid petatis. Ubi nota ſcōm augꝰ. tria ſunt genera bonoꝝ ſcz infima. media. ⁊ ſuprema. Infima ſunt bona nature ⁊ fortune que ſunt bonis et malis cōmunia. Hec non debemus ſimpliciter a deo petere ſed ſub ꝯditōe ſcz ſi expediāt ⁊ ꝓſint. Augꝰ. Si tꝑalia petitis cū mō petite ⁊ cū timore ⁊ illi cōmittite vt ſi ꝓſint det. ſi aūt ſcit obeſſe nō det. Quid aūt ꝓſit ⁊ obſit medicus ſcit ⁊ nō egrotꝰ. Hec etiā dēmus cū moderamine petere. ꝓuer. xxx. Diui. ⁊ pau. ne. de. mi. ſz tā. vic. in tri. ne. math. vj. Panē no. quoti. da no. ho. j. Thi. vj. Hn̄tes alimēta ⁊ qui. te. his ꝯten. ſimus. Media ſunt bona gr̄e ſcz virtutes ⁊ dona ſpūſſancti q̄ ſolum bonis inſunt. Hec debemus ſimpliciter ⁊ feruēter petere. Lu. xj. Petite ⁊ dabitur vobis. querite ⁊ inuenietis. pulſate ⁊ apietur vobis. Suprema ſunt bona glorie. Hec tanq̄ finem omniū petere debemus et tanq̄ ꝑfectum bonum. Job. xvj. Petite vt gaudium veſtꝝ ſit plenum. Bern. Reuera illud eſt plenum et ꝑfectum gaudium quod non de creatura ſed de creatore concipitur. qd̄ cum poſſederis nemo tollit a te. cui omnis aliunde iocunditas compata meror ē oīs ſuauitas dolor. et omne dulce amaꝝ. et omne decoꝝ fedum

Quarto debet eſſe hũilis ⁊ deuota. eccĩj. xxxv. Oratio hũiliantis ſe nubes penetrat Exemplũ de publicano qui iuſtificatus eſt qꝛ hũiliter orauit. Hec hũilitas magis at tenditur qñ orans nõ ↄfidit de meritis ſuis ſed in virtute xpi ſe credit obtinere Et hoc eſt qḋ hic dr. Si quid petieris in noie meo ⁊c̃. Et ideo etiaꝫ in fine oim orõnuꝫ ſtatuit eccleſia dicẽdum p dñm nr̃m ieſum xp̃um.

Quinto debet eſſe ꝓficua oranti aliter nõ exaudiret. Lu. xj. Si vos cũ ſitis mali no ſtis bona data dare filijs vr̃is. quãtomagis pater veſter celeſtis dabit ſpm̃ bonũ peten tibus ſe. Exemplũ de paulo quẽ xp̃s nõ ex audiuit ꝓ ſtimulo auferẽdo qꝛ nõ petebat ꝓficuũ ſibi. Et hoc eſt qḋ hic dr. Si quid pe. pa. in nõ. meo da. vo. Aug⁹. Nõ petitur in noie ſaluatoris quicquid cõtra ſalutem petit. Qui in noie ei⁹ petit ⁊ ſi nõ contra ſalutẽ petit accipit qñ debet accipe. Que dam em̃ nõ negatur ſed vt cõgruo deni tpe differũtur. Beda. Aplus nõ in noie ſalua toris petijt vt temptatõne careret. quã ob cuſtodiã hũilitatis accepat. Si eniꝫ hoc caruiſſet ſaluus eſſe nõ potuiſſet.

Sexto debet eſſe digna vt orãs ſit dignus recipe. vt pote amicus dei. Quia vt dicit gre. Cũ his qui diſplicet ad interpellãdum mittitur irati iudicis animus ad deteriora ꝓuocat. Exemplũ de moyſe cui oranti ꝓ peccato to tius populi dñs dixit. Et ex hoc ſuſcipiam ꝓces tuas. te em̃ noui ex noie id eſt ex ſpe tiali amicicia. Hec aũt dignitas in duobus attendit ſcꝫ vt orãs dimittat peccata ⁊ obe diat deo. Quãtum ad primũ yſidor⁹ Sicut nullũ ꝓficit in vulnere medicamẽtum ſi ad huc inuolutũ ferrum ſit. ſic nihil ꝓficit orõ ipius cuius adhuc peccatum in mente vel odiũ manet in pectore. Eccĩj. xxxiiij. Vnus orans ⁊ vnus maledicens cuius vocem ex audiet dñs. Quantum ad ſcḋm gre. Quid mirũ ſi poſtulãtes a dño tarde exaudiũtur. qui ꝓcipiẽtem dñm tarde aut nullo mõ au diũt. Prouer. xxviij. Qui declinat aurẽ ſu am ne audiat legem oratio ei⁹ erit execra bilis.

Septimo debet eſſe ordinata ſcꝫ vt primũ petãtur celeſtia ⁊ ſpũalia. deinde ter rena. ⁊ corꝑalia. Math. vij. Querite pri mũ regnũ dei ⁊ iuſticiã eius. Hic cadit ex emplũ illius mularij. qui omni mane pete bat tria ſcꝫ ſanitatem in ſe et cõſeruatõem in mulis. et bonũ tempus et ꝓ his dicebat omni die tria pr̃ nr̃. Sic multi faciunt qui ſolum temꝑalia petũt. Ioh. iiij. Da mihi dñe hanc aquã vt nõ ſitiam neqꝫ veniã huc haurire. Sic xp̃us docuit ordinate orare in pr̃ nr̃. In quo oim primo petit ſanctitas ⁊ regnũ dei. Math. vj. Sanctificetur nomen tuũ.

Octauo debet eſſe breuis. Math. vj Cum oratis nolite multũ loqui ſicut ethni ci faciũt. putãt em̃ ꝙ in multiloquio ſuo ex audiãtur. Sic autem dicetis. Pater noſter qui es in celis In quo ſeptem petũtur ⁊ di cũtur.

Nono debet eſſe cũ attentõne cor dis. Quidam em̃ dicũt ſolum labijs ſꝫ mi nime corde. Yſa. xxix. Populus hic labijs me honorat. cor aũt illoruꝫ longe eſt a me. Ioh. iiij. Veri adoratores adorabũt prẽm in ſpũ. Gre. Si eternã vitã ore petim⁹ nõ tñ corde deſideramus. clamãtes tacemus. ⁊ ecõuerſo. ſi corde petim⁹ ſilentes clamam⁹. Exemplũ de moyſe cui dñs dixit. quid cla mas ad me moyſes cũ tñ moyſes ſileret. ex odi. xiiij. Multi dicũt tota die. deus in adiu toriũ meũ intende. ⁊ gl̃a pri. ⁊ nihil atten dunt. Figura habetur geñ. xv. Vbi dicit ꝙ abraam abigebat aues a ſacrificio. Aues ſunt demones qui orãtes faciũt mala ⁊ va na cogitare. qui deuorãt ſacrificiũ oratõis. vt nõ referat fructũ. et ideo debent fugari.

Decimo debet eſſe cõtinua ⁊ cũ pſeuerã tia. Luce. xviij. Oportꝫ ſemꝑ orare ⁊ non deficere. Aug⁹. Bonũ deſideriũ oratio eſt et ſi cõtinuũ eſt deſideriũ cõtinua eſt ⁊ ora tio. Iuſtus nunꝙ̃ deſinit orare niſi deſinat eſſe iuſtus. Semꝑ orat qui ſemꝑ bene facit Lu. xj. Si perſeuerauerit pulſans dabit ei quotquot habet neceſſarios. In cuius fi gura mãdatũ eſt in lege ꝙ ſemꝑ cauda ani malis deberet poni in ſacrificio. Eccl̃s. vij. Melior eſt finis orõnis ꝙ̃ principiũ. Qui dam ſunt ſicut chimera que habet caput le onis. mediũ capre. ⁊ caudam ſerpẽtis. o[m]nia feruenter incipiũt. tepide mediant. ⁊ in fine



ſita frigeſcũt ꝙ nõ audent caput leuare. Et ſic pꝫ que requirãtur ad verã orõneꝫ. Hec omnia notãtur in hoc qḋ dicit. Dabit vo bis ſcꝫ apoſtolis ⁊ eoꝝ ſequacibus. qui oĩa ſupradicta decem pfecte habuerũt. et ideo omnia impetrarũt. Et ꝑ hec eadeꝫ pꝫ qua re oratio frequẽter nõ exauditur. qꝛ ſcꝫ de ficiũt ſupradicte cõditiões. Oſee. xiij. Da bo eis regem in furore meo. Aug⁹. Exaudi tur dyabolus petens job ad temptãdum et nõ exauditur aplus petens ſtimulũ amoue ri. Exaudiuit quẽ diſpoſuerat dãnare ⁊ nõ exaudiuit quẽ diſpoſuerat ſaluare Et ſic pꝫ primũ.

Secũdo tempus obſcuritatis et claritatis circa opa xp̃i inſinuatur cũ dicit. Hec in ꝓuerbijs locutus ſum vobis. venit hora. ⁊c̃. que obſcuritas ⁊ claritas põt mul tipliciter cõſiderari.

Primo cõſide rando vetus teſtamẽtum ad nouũ. qꝛ in ve teri teſtamẽto omnia opa xp̃i fuere pfigu rata in quadam nube ⁊ caligine. vt paꝫ in agno ⁊ edo. Exo. x. et in duob⁹ hircis quo rũ vnus debebat occidi ⁊ alius emitti in de ſertum. leuiti. xvj. Et ſilr in vacca rufa que debebat occidi extra caſtra ⁊ ibi cõburi et cineres debebant mitti in aquã luſtratõnis qua ſpargebãtur immũdi. numeri. xix. Et ſimiliter in ſerpẽte eneo quẽ dñs mandauit ſuſpendi in palo. In eodem. xx. j. Cor. x. Omnia in figura cõtingebant illis. Hebre x. Vmbram em̃ habens lex nõ ipam imagi nem rer. Et ad hoc ſignificãdum ꝑ totum tempus in quo filij iſrael fuerũt in deſerto nunꝙ̃ defuit eis colũna nubis ꝑ diem. exo. xiij. Et ſimiliter qñ templũ fuit dedicatum. impletum eſt nebula. iij. re. viij. Similiter omnia dicta de xp̃o in veteri teſtamẽto erãt velata ⁊ quaſi ꝓuerbia. vt dicit baſilius. ali ter ſunt accipienda hic prouerbia. et aliter apud ſeculares apud quos ꝓuerbiũ dr ꝓba tum verbũ qḋ ab omnibus intelligitur. hic aũt dr ꝓuerbiũ obſcurum verbum. Vnde hec in ꝓuerbijs locutus ſum vobis. id ẽ in obſcuritate ⁊ in enigmate. Baſilius. Pro uerbioꝝ nomen habere in vulgaribus ver bis conſuetudo hoim ſolet. id eſt ea que ex traditõne antiqua tradũtur. Sed hec vulgi opinio eſt et cõmunis. Nobis aũt ꝓuerbiũ eſt ſermo habens aliquid vtilitatis in apto plurimũ auteꝫ ſenſum cõtegens in occulto. Aug⁹. Qḋ intelligenti eſt verbum nõ intel ligenti eſt ꝓuerbiũ. Et ſm hũc moduꝫ om nia dicta de xp̃o in veteri teſtamento erant quaſi ꝓuerbia. nobis auteꝫ ſunt verba ⁊ lu ce clarius manifeſta. Et ad hoc ſignãdum in morte xp̃i velũ templi ſciſſum eſt in duo a ſummo vſqꝫ deorſuꝫ. Ioh. xviij. Ego pa lam locutus ſum mũdo ⁊ in occulto locu tus ſum nihil. Et hoc ẽ qḋ dicit. Venit ho ra cũ iam nõ in ꝓuerbijs loquar vobis ſed palã de patre meo annũciabo vobis.

Gratia dei ſum id quod ſum et gratia eꝰ in me va. nō fuit. ſed abundantius iſtis oībus la. nō autem ego ſed gratia dei mecū. Unde beatus Petrus qn̄. predictū eſt ſibi a chriſto de ꝓlio huius manus auxiliuʒ nō queſivit ſed ſtatim dixit paratus ſum te ī car. et in mor. ire. ideo viliſſime ſuccubuit et ad vocem vnius ancille chriſtū negavit David autem adoleſcens quia huius manus auxilium queſivit et ſub ea ſe humiliavit dicens ad Goliaʒ j. Regū. xvij. Ego venio ad te in nomine dominiet nō ī fortitudine mea. tu autem venis ad me in robore corꝑis tui cōfiſus. Goliam gigantē maximum ꝓſtravit et occidit In quibus duobus noſtrum prelium eſt figuratum.

¶ Q Secundo debemus habere humilitatem ꝓpter vtilitatem fructus. habet enim humilitas quinqʒ magnos fructus facere in nobis. Primus eſt depreſſorꝫ exaltatio. homo em̄ eſt valde depreſſus. ſed humilitas exaltat eum. Luc. xiiij. Qui ſe humiliat exaltabitur Job. v. Qui ponit humiles in ſublimi. Imo humilitas ē regula et menſura exaltatōnis. vt q̄ꝫtum qs ſe humiliat hic tātum in futuro exaltetur Et hoc eſt quod dicit. vt vos exal. in tem. viſi. i. iudicij in quo nos deus viſitabit Et ꝙ humilitas ſit menſura exaltatōnis apparet in xp̄o. beata Maria Johan. bapti. et Paulo Nam quia xp̄us ſe ſuꝑ omnes humiliavit ideo ſuꝑ omnes ē exaltatꝰ Phil. ij. Exinanivit ſemetipſum for. ſed ac. ꝓpt̄ quod deꝰ exal. il. Beata Maria poſt chriſtum ſe ſumme humiliavit vocans ſe ancillam cū eſſet mater dei ⁊ ꝑ ꝯſequēs regina celi et terre et ideo ſuꝑ omnes eſt exaltata Lu. j. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue Et ideo ſumme eſt exaltata in celo et in terra Quia vero Johannes bap. ſe valde humiliavit dicens ſe non eſſe dignum ſolvere corrigiam calciamenti chriſti cum tamen magnus eſſet apud deum et homines. ideo chriſtus eum pre omnibus cōmendavit dicens. Inter natus mulierū non ſurrexit maior Johāne bap. Math. xj. Paulus etiam valde ſe humiliavit dicens ſe minimū apl̄orꝫ ⁊ non eſſe dignū vocari apl̄m deo eccleſia exaltavit eum valdē ꝑ excellentiam eum apl̄m vocans. Secundus fructus eſt orationū exauditio. Nam oratio hūilis intrat in conſpectu dei et et placet et ipſam recipit et audit Ecc̄s. xxxv. Oratio humiliantis ſe nu. pe. Judith ix. Humilium et manſuetorꝫ ſemꝑ tibi placuit deprecatō Huius exemplum pʒ ī phariſeō ⁊ publicano quia iuſtificatōem publicanus humiliter impetravit Luce. xviij Deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuam. Tercius eſt ꝑiculorꝫ evaſio humiles em̄ deus liberat ab omni ꝑiculo Pſal. Humilia. ſ. et li. me. Augꝰ. Humilitas cuſtodit ī omni temptatōe et non crepet mens ī fornace que non timet vento ſuꝑbie iij. Reg. xxj. Nonne vidiſti Achab humi. co. me ꝓpter quod non inducam malū in diebꝰ ſuis vbi dicit Gre. Si tm̄ placuit humilitas deo in re ꝓbo vt ꝓpter eam ſententiā mutaverit quid faciet in electo Exemplū huius habemus in David qui dum in anguſtia eſſet cōſtitutus vocavit ſe canem mortuum. j. Regum. xxiiij. Rex iſrahel caneʒ mortuum ꝑſequeris et pulicem vnū Et iō eruit eum de omni anguſtia. Quartus eſt gratiarꝫ ſuſceptō ſiue ſuſceptōnis gratiarꝫ aptitudo Humilitas em̄ facit hominē ſuſceptibilem gratia dei Ja. iiij. Deus ſuꝑbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam. Cuius ratio eſt. quia ſuꝑbus eſt plenꝰ vēto inanis glorie et ideo nihil poteſt recipe humilis autem totus eſt vacuꝰ ſui reputatōne et ideo pōt multa recipe Eſt aūt humilitas aqueductus ꝑ quem venit grā dei ad homines vt dicit Bern. Origenes Et humilis non fueris et quietus non poteſt in te gratia ſpūſſancti habitare. Quintus eſt bonorū reparō vel conſervatō. Nam ſi bona ꝑdūtur ꝑ peccatum humilitas recuꝑat nam facit hominē ſe ꝓſternere ad terram ad pedes ſacerdotis et humiliter confiteri in quo peccata dimittūtur ⁊ bona ꝑdita reꝑantur Gre. Sola virtus humilitatis eſt reꝑato leſe. Et poſtq̄ꝫ recuꝑaverit cōſervat. Gre. Perit omne quod agitur

ſi non ſollicite in humilitate cuſtoditur.
Idem. Qui ſine humilitate virtutes con
gregat. quaſi qui pul. in ven. portat Humi
liemur ergo cariſſimi vt in die iudicij exal
temur qꝛ et cauſa et materia magna ſubẽ
. Nam ſi conſiderem⁹ vnde nati ſumus ⁊ ĩ
quo loco poſiti qꝛ in valle miſerie. et quot
ꝑiculis ſubiacemus et quot indigemus. et
quo tendimus et quis eſt finis noſter. ma/
gnaꝫ humilitatiſ materiã habem⁹ Bern.
Memento vnde veneris et erubeſce. vbi
ſis et ingemiſce. quo vadis et cõtremiſce.
Et ſic patet primum ¶ Secundo amonet
a nobis terrene ſollicitudinis diſpendium
quia omnem ſollicitudinem veſtram ꝓiici
em in eum. ¶ ᴹᵉ Ubi nota ꝙ triplex eſt
ſollicitudo Prima eſt ꝓuidentie ſpũalis.
quo ad animam. j. Cor. vij. Qui ſine vxo
re eſt ſolli. erit. que dñi ſunt quõ pla. domi
no. Secunda eſt ꝓuidentie tꝑalis quo ad
corpus. j. Cor. vij. Uolo vos ſine ſollicitu
dine eſſe. non quia ſit mala ſed quia impe
dit a maiori bono ſcꝫ a contemplatõe eter
nor Tercia eſt curioſitatis ⁊ ſuꝑfluitatis
terrene Math. vj. Nolite ſolli. eſſe di. qd
manduca. aut quid bi. aut quo opie. Pri/
ma precipitur Math. xx. Quid hic ſtatis
tota die ocioſi ite et vos in vineam meam
Prouer. vj. Uade ad formicaꝫ o piger et
conſi. vi. eius et diſce ſapientiam Hie. Ce
tex de ſpũali cibo ſemꝑ ſolliciti eſſe dẽmuſ
Secunda premittitur Geñ. iij. In ſudo/
re vultuſ tui veſc. pa. tu. Tercia ꝓhibetur
vt dictũ eſt. de duabus primis hic loquit.
vnde dicit gloſa Omnem ſollicitudinem
anime et corꝑis Debemus ergo ſollicitu/
dinem anime et corꝑis in deũ ꝓiicere quo/
niam ipſe curam habet de anima et corꝑe
¶ S • Ubi notandum eſt ꝙ in ſollicitu/
dine duo poſſunt conſiderari ſcꝫ ipſum ex/
ercitium oꝑis ſollicite factuꝫ et finis ⁊ cõ
plementum ſolliciti operis. ¶ Primuꝫ. ſ.
exercitium ſolliciti oꝑis non debemus ꝓij
cere in deum ita ſcꝫ vt nihil oꝑemur quia
iſte ſeruus piger qui abſcondit pecuniam
domini ſui et nihil lucratus eſt in ea con/
demnatus eſt Lu. xix. Ex ore tuo te iudi/
co ſerue nequã. quare de. pecu. me. ad mẽ.
ij. Theſ. iij. Si quis non vult oꝑari non
manducet. ſed debemus tale exercitiũ ĩ de
um ꝓiicere ſicut principale oꝑans vt ſcili
cet credamus in ipſo ⁊ ꝑ ipſum omnia bo
na nos facere et credamus ꝙ ipſe ſit prin/
cipale agens in omni oꝑe noſtro Yſa. xx/
vj. Omnia opa noſtra oꝑatus es in nobiſ
domine ¶ Secundũ autem ſcꝫ finem ⁊ cõ
plementum ſollicite oꝑatõnis totaliter de
bemus in deum ꝓiicere Ro. vij. Naꝫ vel
le adiacet mihi ꝑficere autem bonũ inue/
nio. j. Cor. iij. Ego plan. appol. riga. deus
autem in cre. de. Debemus ergo valde ſol
liciti eſſe adimplere et obſeruare mandata
dei ⁊ ſerere et metere temꝑe ſuo et omnem
aliam ſollicitudinem in deum ꝓiicere. ſcꝫ
vt non ſimus ſolliciti an deus acceptet pe
nitentiam noſtraꝫ et an ei placeat nos ſal
uare et an ſim⁹ ꝑ̃deſtinati vel preſciti. Nec
etiam debemus eſſe ſolliciti an deus ꝑdu/
cat bona exteriora ad fructum et finẽ bo/
num. ſed debemus firmiter credere ꝙ ſi fe
cerimus mãdata dei ꝙ ſaluabit noſ et tꝑa
lia miniſtrabit. Yſa. j. Si volue. ⁊ au. me
bona terre come. Math. vij. Querite pri/
mum regnum dei et iuſticiam eius et hec
omnia adij. vo. Et ꝙ nos debeam⁹ omnẽ
ſollicitudinem ꝓiicere et ſperare ꝙ in ſpi/
ritualibus et tꝑalib⁹ nobis ꝓuidebit q̃tũ
ad preſens vna ratio ſufficiat que taliſ eſt
Qui dat maius et principale credenduꝫ ẽ
ꝙ det minus et acceſſorium. vt qui donat
equũ donet et ſellam. et qui dat caſtrũ det
etiam poteſtatem dominandi in caſtro. ꝓ̃n
cipalia autem opera et maxima circa hu/
manam naturam ſunt quattuor que ſoluſ
deus facit et ꝑfecte largitur. ſcꝫ creatõ. re
demptõ. corporum reſurrectõ et aie ⁊ cor/
poris glorificatõ. ad que quattuor omnia
alia vel ſequũtur vel tanq̃ ad finem ordi/
nantur. Si ergo nos deus creauit in tãta
ꝑfectõne. redemit cũ tanto labore. ſuſcita/
bit in tanta completõne. et glorificabit in
tanto ſplendore. q̃uo non credenduꝫ eſt ꝙ
nos non regat et gubernet in magna ſolli
citudine ⁊ amore. certe nõ eſt poſſibile Et



ideo ꝓiiciamus nos in brachia dei que te
net aperta et manet capite iclinato vt noſ
oſculetur Math. xj. Uenite ad me omnes
qui laboratis et onerati eſtis et ego refici
am vos Et ſic patꝫ ſecundũ. ¶ Tercio ex
hortatur ad ſobrietatis et vigilantie am/
plexum quia ſo. eſ. ⁊ vi. Circa quod quat/
tuor facit. Primo nos hortatur ad ſobri
etatem et vigilantiam quia ſobrij eſtis et
vi. Secundo oſtendit cauſam. quia aduer/
ſarius veſter dyabolus Tercio oſtendit rẽ
in qua aduerſario poſſum⁹ reſiſtere. quia
in fide. Quarto ne credatur ꝙ hoc preliũ
ſit tantum in vno pplo vl in vna ꝓuintia
dicit ꝙ illud pꝛeliũ et eadem paſſio et con
certatõ ineſt toti fraternitati et omni po/
pulo qui eſt in toto mundo ibi Sciẽtes eã
dem paſſionẽ ei que in mũdo eſt veſ. frat/
nitati fieri Circa hanc ꝑtẽ ſciendũ ꝙ tres
ſunt hoſtes noſtri cum quibuſ pugnare de
bemus. ſcꝫ caro que eſt hoſtis intrane⁹. et
ideo multum periculoſus Mundus. id eſt
delectabilia mundi que materialiter et oc/
caſionaliter nos incitant ad peccandũ. vel
mũdus. id eſt. mali homines mũdi qui bo
nos ꝑſequũtur et incitant ad peccandum.
Et dyabolus qui inuiſibiliter pugnat ɔtra
nos et itra et extra Indigem⁹ ergo ſobri
etate cibi et potus contra carnis deſideria
Non em̃ poſſumus cõtra hũc hoſtem pu/
gnare interficiendo ipſum aut fugiẽdo ab
eo ſed ſolũ ſubtrahẽdo ei cibũ et potum ⁊
fercula diſcipline. j. Co. ix. Caſtigo cor me
um et in ſer. red. Ecci. xxxiij. Seruo mali
uolo tortura et pedes mitte eũ in oꝑatõeꝫ
ne vacet Seruus maliuolus eſt caro quia
quãto melius fit ei et delicatius nutritur.
tanto magis ſuꝑabit et ꝓteruit in animaꝫ
dñam ſuaꝫ Prouer. xxix. Qui a puericia
delicate nutrit ſeruum ſuuꝫ poſtea ſentiet
eum ſibi cõtumacem Hoc figuratũ fuit ĩ
ſara et agar que ſtatim poſtq̃ ɔcepit rebel
lauit dñe ſue ſare vtꝫ Geñ. xvj. Sara do
mina anima agar ancilla caro neq̃ Indi/
gemus etiam ſobrietate rex mundi cõtra
mũdi delectabilia que ſobrietaſ attenditur
magis in voluntate q̃ in habitu vel actu
vanitatem vel ad ſuperfluitateꝫ. j. Thi. vj
Habentes ali. qui. te his contẽ. ſimus Un
Gre. hebens res multas ſobrius erat Et
multi nihil habentes non ſunt ſobrij. quia
multa deſiderant Sic ergo contra mũduꝫ
pugnamus ſobrietate rerum Hoc eſt ergo
quod dicit Sobrij eſtote et vi. ſcꝫ contra
carnem et mundum.. Theſ. v. Qui ebrij
ſunt nocte ebrij ebrij ſunt. nos qui diei ſu/
mus ſobrij ſumus Contra dyaboluꝫ vero
indigemus magna vigilantia. quia ipſe nõ
dormit. ſed tanq̃ leo rugiens cir. vt nos
deuo. Job. j. Unde venis ſathan. Circui/
ui terram et ꝑambulaui eaꝫ Hier. Sexto.
Crudelis eſt et non miſeretur Et ꝓpterea
chriſtuſ dicit. Luce. xviij. Oportet ſemper
orare et nunq̃ deficere Abacuc. ij. Super
cuſtodiam meaꝫ ſtabo. Eph. v. Uidete fra
tres quomodo ca. am. Quia inimicus no/
ſter omnem cautelam et aſtutiam habet. ⁊
ex naturali ingenio et exꝑigentia longi tẽ/
poris. et ideo homo difficulter poteſt ei re
ſiſtere Job. Quadrageſimoprimo. Nõ eſt
poteſtas ſuper terram que valeat et cõpa/
rari qui factus eſt vt nullum timeret. vna
vero res eſt quam ſi perfecte habuerimus
perfecte ei reſiſtemus ſcilicet fides vera et
viua. Epheſcor. Sexto. In omnibus ſu.
ſcu. fidei in quo poſ. omnia te. nequiſ. igne
extin. Dupliciter enim temptat dyabol⁹ fi
deles ſcilicet per proſpera diſſoluendo ⁊ ꝑ
aduerſa frangendo Omnia ergo tela que
contra nos emittit per proſpera extingui/
mus in fide inferni dum credimus ſi pro/
ſperis mundi heſerimus demergi ad infer/
num Eccleſiaſtici xj. Scitote quia pro hiſ
omnibus adducet te deus in iudiciũ. Hic
cadit exemplum de heremita qui omneſ di
gitos ſuos combuſſit antequam vellet cuꝫ
vna agere volens prius experiri ſi poſſet
pati penas inferni. Omnia vero tela que
proijcit per aduerſa extinguimus in fide
paradiſi dum credimus ꝙ ex paciencia ad/
uerſorum peruenimus ad gloriam eterno/
rum et ideo ipſa libẽter toleram⁹. Ro. v.

Sed et gloriamur in tribulatõibus Act.
v. Ibãt apl'i gau.a con.conſi.qm̃.dig. ha.
ſunt ꝓ no.ieſu cõtu.pati.Sic ergo pugnã
dum eſt cõtra dyabolũ qui quotidie nos ĩ
feſtat et eodem modo omnes fideles infe
ſtat et fratres noſtros qui ſunt in toto mũ
do.ij. Thi.iij.Omnes qui pie volũt viue
re in chriſto ieſu pſe.pa.Act.xiiij. p mul/
tas tribulatões oportet nos intrare in re/
gnũ dei.Et ſic patet tercium ❡ Quarto
oſtendit q̃ ſupdicta tria deus pducit ad p
fectõnis fructum dicens.Deus autẽ om/
nis gratie qui vo.n.ꝛc̃.Multe ſunt gratie
dei quas deus cõfert nobis et in generali
et in ſpeciali.Et in generali ſunt decẽ ma
xime grĩe.quas deus fidelibus facit.q qui
bus ſi vis predicare quare eas ſer.xviij.p⁹
trinitatis in ſer.de euan. Ibi enĩ ponunt
decem bñficia que nobis deus cõfert. In
ſpeciali autẽ cuilibet fideli grĩas multas
largitur Alicui enim dat intelligentiã veri
tatis.alicui eloquẽtia ſermonis.alicui ſen
ſum diſcrecionis.alicui grauitatẽ moꝝ.ali
cui abſtinentiã ciboꝝ.et ſic de alijs que lõ
gum eſſet enarrare que vnuſquiſq̃ fidelis
in ſeipſo experitur.j.Coꝛ.xij.Et alij qdez
datur p ſp.ſer.ſci.alij ſer.ſa.alij gra.ſa. in
vno ſpiritu.ꝛc̃.Hec autem omnia opatur
vnus atq̃ idem ſpũs diuidẽs ſin.put vult
Unde ergo dicit deus autez omnis gratie
qui vo.n.in et ſer.ſuã glo.in xp̃o ieſu mo.
paſ.i.p modicas ꝛ puas paſſiões quas ſu/
ſtinemus ꝺ nomine ieſu in preſenti. voca/
uit nos ad eternam gloriam.Ro.viij.Nõ
ſunt condigne paſſi.huius tem.ad futurã
gloriam que reuelabitur in nobis Et nota
q̃ ad hanc gloriam deus vocat tripliciter.
Primo p deſtinatõem Rom.viij. Quos
autem predeſtina.hos ꝛ vo.Secundo per
predicatõem Prouer.ix.Miſit ancil. ſue
vt vo.ad arcem. Tercio p inſpiratõz. ro.
iiij.Vocat ea que nõ ſunt tanq̃ ea q̃ ſunt
Quarto p beneficioꝝ largitõem Luce.x/
iiij.Homo quidam fecit cenam magnaz ꝛ
voca.mul.Quinto p flagelloꝝ correctões
ſic vocauit paulum Hebre.xij. Flagellat
autem omnem filiũ quem recipit. Sexto
per pene eterne et cõminatõem Luce.xiij.
Niſi penitentiam egeritis omnes ſimul pi/
bitis Septimo p glorie eterne rexmiſſio/
nem Apoc.ij.Vincenti dabo edere de lin/
gno vite quod eſt in padiſo dei mei Deus
ergo qui tot gratias nobis largitur et qui
tot modis nos vocat pficiet ſcʒ p veram
humilitatem in nobis confirmabit. ſcilicʒ
remotõem ſollicitudinis tempalis et ſoli/
dabit ſcʒ ſobrietatem vt vigilare poſſum⁹
aduerſus dyabolum et ipſum in fide vince
re.et ideo ipſi gloria in ſecula ꝛc̃.

❡ Dominica quarta de euangelio
ſermo. LXXXII

Estote miſericordes ſicut ꝛ pa
ter veſter miſericors eſt. Lu.
vj.Sicut dicit Dauid. Tem/
pus miſerendi deus Totũ tem
pus ante aduentum chriſti fu
it tempus iuſticie.Nam in eo deus magnã
iuſticiam exercuit. vt patet in lucifero et
eius angelis quos ppter vnum motuʒ ſu/
perbie de celo piecit.Idem patet in pri/
mis parentibus quos ppter vnum pomũ
vetituʒ quod comederent de padiſo eiecit
Idem patet in diluuio in quo ppter pec/
catum carnis totum genus humanuʒ ſub
merſit et deleuit exceptis.viij.Idem etiaʒ
apparet in multis locis ve.teſta.vbi oſten
ditur quomodo deus iuſticias magnas ex/
ercuit in homines.Et hoc fuit ſumma et
admiranda iuſticia.quia omnem hominez
quantũcunq̃ ſancte viueret mittebat ad
carcerem inferni.ac etiam Iohannez ba/
ptiſtam ita ſanctum et perfectum Et pro/
pterea dicebat Pſal. Dñe in celo miſeri
cordia tua Quia ſoluʒ in celo videbatur
eſſe At vbi venit plenitudo tempis ſcilicʒ
tempus gratie et miſericordie quod fuit
ab aduentu chriſti circũquaq̃ regnet et p̃
ualet miſericordia iuſticie. Pſal.Miſeri/
cordia domini plena eſt terra Et quia eſt
eſt tempus miſerendi.ideo chriſtus fõs.et
pater miſericordie qui vt in homini miſe/
reri fact⁹ eſt homo ad miaʒ nos inuitat ibi.



Estote miſeri.ꝛc̃.In quibus verbis quin
q̃ cõtinent Primo eñ ad miſericordiam
nos inuitat in principio euãgelij.Secũdo
phibitiua mie nobis vetat ibi Nolite iu/
dicare et nõ iudicabimi.nolite ꝯdẽ.ꝛ ñ cõ.
Qui eñ iudicat ꝛ ꝯdemnat primũ nequa
q̃ eius miſeretur Tercio quoſdã effectus
miſericordie principales nobis impat ibi.
Dimittite et dimit.vo.date et dabi. vobis
Quarto premiũ p mia et eius operibus
nobis reddendũ inſinuat ibi Menſurã bo.
et confer.coagi.et ſupef.da.i ſi.ve. Quin
to ſub quadã ſilitudine quedam documen
ta corrigere volentibus et docere valde ne
ceſſaria enarrat ibi.Nũquid põt cec⁹ ce/
cum ducere ꝛc̃.vſq̃ in finẽ. ❡ Primo er/
go ad miam nos inuitat exẽplo patris nrĩ
dicens Estote mi.ſicut et pater veſter mi.
eſt.Boni filij bonũ patrem imitant̃.Io.
viij.Si filij abrae eſtis opa abrae facite.
Duo ergo dicit Primo impat miaʒ quia
eſto mi.Secũdo oſtẽdit modũ miſerendi.
qꝛ ſicut et pater veſter mi.eſt.Sed cuʒ pat̃
noſter ſit etiã iuſtus.iuxta illud Pſal. iu/
ſtus dñs et iuſticias dilexit quare nõ inui/
tat nos ad iuſticiã dicẽs. Estote iuſti ſicut
et pr̃ vr̃ iuſtus eſt. Et ſiliter ad ſapiẽtiaʒ ꝛ
potentiam ❡ R. Ad hoc dicẽduʒ q̃ hoc
ſit ppter ſeptem. Primo quia mia ma/
gis tempi ꝯuenit noui te.quia vt dictũ eſt
iuſticia et mia cõdiuiſerũt ſibi tempa vt iu
ſticia an̄ chriſto aduẽtũ regnaret.et miſe/
ricordia p⁹ ipſius aduentũ Eccẽs.iij.Omĩa
tempus habẽt.Secũdo qꝛ mia magis ꝯue
nit loco in quo ſum⁹.nã mũdus eſt plenus
culpe et malis miſerijs et p maximis ĩdi/
gentijs et penis hoies inuoluũtur Eccẽs.
iiij.Vidi calũnias q̃ ſub ſole gerũtur ꝛ la
crimas innocentiũ.et cõſolatorẽ neminẽ et
laudaui magis mortuos q̃ viuẽtes Aug⁹
In valle miſerie ſumus in qua eo magis
eſt flendũ quo min⁹ flemus. Tercio quia
miſericordia inter omnes virtutes excellit
Unde p oleũ ſignificatur qd̃ oibus liquo/
ribus ſupnatat iuxta illud Eccẽs.ix. Oleũ
de capite tuo ñ deficiat.i.miſericordia tua
animo tuo nõ deſit vt miſeris cõpatiaris.
miſericordia eñ dicitur quaſi miſeris cor/
dans Excellit etiã mia inter omnia opera
dei Pſal.Miſeratões ei⁹ ſup omnia opa
eius Quarto qꝛ magis vtilis eſt et neceſ/
ſaria.j. Thi.iiij. Pietas ad omnia vtil' eſt
promiſſionẽ habens vite que nũc eſt et fu
ture.quia p miaʒ homo meretur hic vitã
gratie.et in futuro vitam glorie. Math.
v.Beati mi.quoniã ipſi mi.conſe.Bern.
Sola miſericordia non audiet auditũ ma/
lum Unde in iudicio fiet examiatio ſoluʒ
de opibus mie.vt patet math.xxv.quaſi p
pter ipſam ſint ſaluati ꝛ per omiſſionẽ ſint
damnati Iacobi.ij.Iudicium ſine miſeri
cordia fiet ei qui non facit miam. Ad qd̃
deſignandũ chriſtus de monte oliueti per
quem mons mie deſignatur in celũ aſcẽdit
Hoc etiam figuratur vel ſignificatur i eo
q̃ ſcriptura refert q̃ Salomõ duo hoſtia
de lignis oliuaꝝ fecit in egreſſu oraculi.
iij.Regũ.vj.que ſignificant duas ptes mi
ſericordie vna eſt ſpũalis.et altera corpa
lis p quas homo in templum ingreditur.
Quinto quia magis cõuenit patri noſtro
deo Gre.Deus cui pprĩũ eſt miſereri ſem
per et pcere ꝛc.Uñ ſicut ſoli pprium ẽ il/
luminare et igni calefacere ſic deo miſere/
ri Et ideo ſi volumus deum veraciter imi
tari ſim⁹ miſericordes quia miſereri ẽ eius
ppria operatõ Yſa.xlix. Nunquid poteſt
mulier obliuiſci infantem ſuum vt nõ mi/
ſe.fi.vte.ſui ꝛ ſi illa oblita fuerit.ego tam̃
non obli.tui In hoc ergo ꝯgnoſcitur ma
xime filius ſi naturalem operatõem habet
patris. ❡ R. Ubi nota q̃ deus habuit
tres pueros et maximos filios ❡ Primus
fuit lucifer qui noluit imitari deum in mi
ſericordia ſed in potentia.et ideo tanq̃ de
gener filius piectus eſt.Secundus fuit a/
dam q noluit imitari deũ in mia ſed i ſcia
et iõ tanq̃ nõ legittim⁹ ẽ reꝓbat⁹. Terci⁹
fuit xp̃us q voluit deũ imitari in mia ꝛ in
oĩbus.math.xij.Euntes diſcite quid ẽ mia
volo et nõ.ſ.ac.et iõ tanq̃ naturalis filius
eſt electus.math.iij. ❡ Sexto qꝛ mia ẽ nob̃
magis natalis. Iob.xxxj.ab infã.mea cre
uit mecũ mi.ꝛ ad id qd̃ natale ẽ faci.icli.

Videmus aũt ꝙ ſi qd patitur vnũ mẽbruʒ
compatiũtur omnia membra.ut dicit apłs
j.Coꝝ.xij.Omnes autem chriſtiani vnuʒ
corpus ſumꝰ in chriſto.et ſumꝰ mẽbra ad
inuicẽ.caput aũt nr̃m xpũs eſt.vt di.apłs.
Ad ephe.iiij.et iõ vnus fidelis naturaliter
debet compati alteri ſicut frater fratri.ij.
Coꝝ.xj.Quis infirmatur et ego nõ infir.
quis ſcanda.⁊ ego nõ vroꝛ.¶Septimo oꝛ
ad miam faciendã pl'a motiua hẽmꝰ.¶E
Nam oĩs creatura incitat nos ad miaʒ
faciendã Sol eñ et luna ⁊ oĩa corꝑa cele
ſtia tanq̃ꝫ nobis cõpatiẽtia vtpote in mag̃
penuria cõſtitutis.omnia bona ſua cõicãt
nobiſ ſĩliter quattuoꝛ elemẽta ⁊ oẽs arbo
res ſĩliter multa aĩalia incitãt noſ ad miſe
ricoꝛdiã eo ꝙ inter ſe inuicẽ miſerentᷣ. Di
citur eñ de cyconia ꝙ poſtq̃ꝫ ſenuerit filij
eiꝰ ponũt eã in nidũ et nutriũt eam Dicitᷣ
etiam de aquila ꝙ qñ generat tres pullos
ꝓijcit vnũ quia nõ põt oĩs nutrire ⁊ tũc
quedã auis que appellatᷣ cobar aſpoꝛtat
et nutrit.De leone etiã dicitᷣ ꝙ ꝑcit ꝓſtra
tis et hoĩem errantẽ reducit ad viã et in
firmioꝛa aĩalia nõ comedit niſi neceſſitate
famis cõpulſus.ſemꝑ etiã qñ ꝯmedit reli
quit aliqd de ꝑda.⁊ ideo vulpes ſeqtur eũ
Pullũ etiã vniꝰ eque ſi moriatᷣ equa alie
eque ſuſcipiũt nutriẽdũ.et ſi vnus elephaſ
cadit omnes alij currũt ad eũ releuãdũ.qꝛ
ꝑ ſe non põt reſurgere Dicitᷣ etiaʒ delphi
no moꝛtuo alij cõueniunt et ſepeliunt euʒ
in ꝓfundo maris De cõchis etiã marinis
dicitur ꝙ ſemꝑ ſtant clauſe et quidaʒ aliꝰ
piſcis venit cum cibo et apit eam et imit
tit cibũ Et breuitᷣ tota natura ⁊ tota crea
tura incitat nos ad miſericoꝛdiam. Et ſic
patet ꝙ ꝓpter ſeptem deus nobis mandat
miſericoꝛdes eſſe magis q̃ꝫ iuſtos vel ſapi
entes.et hoc eſt quod dicitur Eſto miſeri.
⁊c.¶Deinde oſtendit modũ miſerendi di
cens.ſicut et pater veſter miſericoꝛs ẽ.vbi
nota ꝙ debemus eſſe miſericoꝛdes ad inui
cem ſicut deus pater noſter miſericoꝛs eſt
circa nos Eſt aũt miſericoꝛs pater noſter
circa nos quantum ad deceʒ.¶P Pri
mo indignum omni bono et a ſe aduerſuʒ

ad viam veritatis reducendo ⁊ reuocãdo
ij.Regum.xiiij.Vade reuoca puerũ ab
ſolon.Abſolon interfecerat filium regis
ſic peccatoꝛ quantum in ſe eſt interficit fi
lium dei et tamen deus reuocat eum :Sic
et nos non ſolum amicoꝝ ſed etiam inimi
coꝝ miſereri debemus Math.v. Diligite
inimicos ve.benefa. his qui oderunt vos.
¶Secũdo redire nolentem paciẽter expe
ctando Rom.ij.Ignoꝛas qm̃ benignitas
dei te ſup.expectando ad penitenciã addu
cit Et nota quomodo expectat multoſ.ſic
et nos ꝓximum non valentem nobis red
dere noſtrum debitum debemus patienter
expectare donec poſſit reddere Mat.xviij
Patientiam habe in me et omnia reddaʒ
tibi.Sed multi crudeles capiũt et in incar
cerant debitoꝛes ſuos.Mat.xviij. Tenẽs
ſuffocabat eum dicens redde quod debes.
¶Tercio peccatoꝛem ne a dyabolo ſuffo
cetur et demergatur in infernum defendẽ
do Treñ.iiij.Miſericoꝛdie domini.quia ñ
ſumus conſumpti Geñ.iiij.Quicunqʒ in
uenerit me occidet me.et ait dominus ne
quaq̃ꝫ ſed quicunqʒ occiderit chayn ſeptu
plum punietur Et poſuit dominꝰ ſignuʒ in
chayn ne occideretᷣ Sic et nos debemꝰ iu
uare ꝓximum quantum poſſumꝰ ne a dya
bolo rapiatur.vel ne ab alio ꝓximo rapia
tur et deuoꝛetur.ij.Coꝝ.xij. Ego autem
libentiſſime impendam et ſupimpendar ip
ſe ꝑ animabus veſtris Sed valde deteſta
bile eſt.vt dicit Augꝰ.ꝙ videtur lupus aſ
poꝛtare pecudem alicuius et omnes cla
mant videtur dyabolus aſpoꝛtare animaʒ
ꝓximi et nullus reclamat.¶Quarto pec
catoꝛem ne deficiat paſcendo Pſalmiſta.
Qui dat iumentis eſcam ipſoꝝ.id eſt.pec
catoꝛibus qui iumentis cõparantur Sic
et nos etiam peccatoꝛes ſuſtentare dẽmuſ
ne fame deficiant · quia in eis natura bo
na eſt et poterunt adhuc effici boni. Ma
thei.Viceſimoſecundo .Bonos et malos
introduc huc ſcilicet ad nuptiaſ.Debemꝰ
etiam peccatoꝛes ſuſtentare pane verbi di
Petri.Quinto.Paſcite qui in vobis eſt
gregem domini.



¶Quinto peccatoꝛibꝰ opoꝛtunitatẽ pec
candi ſubtrahẽdo Oſee.ij.Sepiam viam
tuam ſpinis et ſepiam eã maceria Multo
ciens deus dat aduerſa peccatoꝛibus.ne i
peccatis delectẽtur .⁊ ne peccata ꝑficiant
que facere diſponũt qd eſt viam peccatoꝝ
ſpinis ſepire Geñ.xij.Flagellauit aũt de
us plagis maximis pharaonẽ ac domũ eiꝰ
ne ſcʒ abuterẽtur vxoꝛe abꝛae Sic ⁊ nos
oĩem materiã peccãdi dẽmꝰ auferre ꝓxi
mo et non eſſe ei ad ruinã ſed ſalutẽ Titũ
ij.Temetiũm ꝑbe exemplũ bonoꝝ operum
¶Sexto pꝰ multiplicẽ repulſaʒ ad vocã
dũ peccatoꝛẽ nõ deſiſtẽdo Gre.Debemus
dei miſericoꝛdiam erubeſcere et ſi iuſticiaʒ
eius nolumꝰ foꝛmidare qui tãto amplioꝛi
ꝓbitate cõtemnitᷣ q̃to ꝯtemptus vocare
non dedignatur Apo.iij.Ego ſto ad oſtiũ
et pul.ita et nos a beniuolẽtia ꝓximi deſi
ſtere nõ debemus q̃uis cõtinue ab eo ãga
rias patiamur.Ro.xij.Nulli malũ ꝓ ma
lo red.ſed ecõtrario bñdicentes Ibidem.
Benedicite ꝑſeq̃ntibꝰ ¶Septimo ad cõ
uerſiõem noſtrã multipliciter et mirabili
ter operando.modo dando ꝓſpera.mõ ad
uerſa Exemplũ de fabꝛo q inclauat equũ
vt ſibi remaneat.ſic facit deus Pſal.Con
uerſus ſum in erumna mea dũ cõfigitᷣ ſpi
na.Per omnem modũ deus opatᷣ vt pec
catoꝛ ſibi remaneat Sic et nos omni mo
do debemus ſatagare vt peccatoꝛes boni
fiant ij.Coꝝ.vj.In omnibus exhibeamꝰ
noſmet.ſicut dei mini.in mul.pa.a dex . et
a ſini.quia vt dicit Augꝰ.Nihil ẽ deo ita
acceptum ſicut zelus aiaꝝ.¶Octauo pe
nitentẽ et ad ſe reuertentẽ benigne ſuſcipi
endo ſicut ipe poſuit exemplũ in filio ꝓdi
go Lu.xv.Miſericoꝛdia motꝰ ceci.ſuper
col.eius Sic et nos petentibꝰ a nobis veĩ
am de iniurijs illatis benigne dẽmꝰ occur
rere ⁊ recipe ad oſculũ paciſ.multi ferocõ
res canibꝰ nũq̃ꝫ volũt ꝑcere q̃tũcũqʒ hũi
litatis niſi vulnerẽt eos vel occidãt Dicitᷣ
de cane ꝙ ſi hõ ꝓſterneret ſe in terrã nũq̃ꝫ
tãgeret eũ Hic cadit exẽplũ de quodã ipa
toꝛe romano.q cũ cepiſſet regem armenie
et ille depoſito dyademate genuflexiſſʒ co

ram eo ſtatim reſtituit ei coꝛonã et regnũ.
¶Nono penitẽtẽ d ſtatu viliſſimo ad ſta
tũ regiũ ꝓmouẽdo Pſal.De ſtercoꝛe eri
pau.vt col.eũ cũ prin.Vñ ille filiꝰ ꝓdigꝰ
qui paſcebat poꝛcos honoꝛifice ad mẽſaʒ
patris ſedebat Sic et noſ dẽmꝰ ꝓximũ ad
bonũ ſtatũ aĩe et coꝛꝑis reducere ⁊ nõ te
nere eũ extra domũ ſuã vel in aliquo pec
cato.¶Decimo peccatoꝛi cõuerſo virtu
teʒ ꝑſeuerãdi dãdo.Yſa.xl.Qui dat laſſo
ꝟtutẽ Sic et nos debemꝰ ꝓximũ in bono
ꝓpoſito cõſeruare et in bono ſtatu manu
tenere ꝑ noſtrã oꝛõem.Ephe.iij.Huiꝰ rei
gratia flecto genua mea ad pa. do.no . ie.
xpi vt det vo.ſe.di.gl.ſ.ha.xp̃m ꝑ fidẽ in
coꝛdibꝰ vr̃is Et ſic patʒ primũ.¶Secun
do ꝓhibitiua miſericoꝛdie nobis vetat di.
Nolite iudicare ſcʒ ꝓximum ꝑ malas ſuſ
pitões ſed ſupple.miſeremini eiꝰ et nõ iu
dicabimi ſcʒ a deo Nolite cõdemnare ſcʒ
ſententiam diffinitiuam de aliquo ferendo
et non cõdemnabimini ſcʒ a deo Auguſti.
Et ſi ſuſpitões vitare non poſſumus .qꝛ
homines ſumus tamen diffinitiuas ſentẽ
tias continere debemus Vbi nota ſm au
guſtinum ꝙ quedam ſunt facta hominum
manifeſta q̃ nullo modo tergiuerſari poſ
ſunt qn mala ſint vt furta homicidia blaſ
phemie adulteria et hmõi de quibus lici
tum eſt nos iudicare et cõdemnare ꝙ ma
la ſunt Quedam ſunt media que pñt bo
no et malo animo fieri.et iſta cum exteriꝰ
non pꝛetendũt aliquã ſpeciem mali debe
mus ea ſemper ad bonam ꝑtem interpre
tari.etiam ſi malo animo fiant quia homi
nes vident que foꝛis parent deus autem i
tuetur coꝛ.j.Regñ.xvj.Quedam ſunt oc
culta de quibus iudicare temerarium eſt.
Augꝰ De occultis alieni coꝛdis temere
iudicare peccatũ eſt.j.Coꝝ.iiij.Nolite añ
tꝑus iudicare quoaduſqʒ ve.do.qui et il.
abſcon.te.et manifeſtabit ꝯſi.coꝛ.Ve ergo
illis qui maĩfeſta bona iudicant mala. vel
coꝛrupta intẽtõe fcã.vt phariſei q dũ xp̃s
eieciſſʒ demoniũ dix.in beel.prin.de.ei. de.
Lu.xi.Valde ergo debemꝰ eſſe ꝑati i iu
dicando.quia talem iudicamꝰ aliqñ qui ẽ

optimus vel erit optimꝰ vt patȝ in Paulo Ro.xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruū Nota hic ꝙ triplex eſt iudiciū ¶S. Primū eſt iudiciū prudētie qđ pcedit ex ſagacitate iudicis p vera ſigna vt fuit iudiciū Salomonis inter duas meretrices iij. Regū.iij. Nā omnis mater naturaliter diligit filiū.et nollet eū mori.qđ vna illaꝝ oſtendit que vera mater fuit Sic invicauit Daniel illos duos falſas teſtes. q cōdemnauerūt ſuſannā. Daniel.xiij. Hac prudēcia ppter maliciam hominū multū deberēt iudices abūdare Exemplū de illo iudice q liberauit paupem in cuiꝰ domo q dam poſuerat xij.vrceos olei.ſex erāt pleni et ſex ſemipleni.et inferius erāt aqua.ꝛ accuſauit paupem illū ꝙ fuerat ſibi furatus oleū et iudex cognouit p amurgā que nō erat tanta et equaliter in omnibus vrceis qđ nō erat verum.tale iudiciū ē iuſtū et licitū Secundū eſt iudiciū iuſticie ſiue iuris qđ pcedit ſm allegata et ſcđm cōfeſſa.et ſic debēt iudicare oēs iudices ſub lege cōſtituti vt dicit Augꝰ.etiā ſi ſit falſuȝ qđ pbatur et confiteẜ reus. Huiꝰ exēplū habemꝰ in Dauid q mādauit interfici illum q dicebat ſe interfeciſſe Saulē et tamē nō erat veꝝ Sed ait Dauid Os tuū contra teipſum locutū eſt.ij. Re.j.tale iudiciū eſt iuſtū ex pte iudicis eo ꝙ pcedit ſm iuſ Terciū eſt iudiciū punitōis et formidinis qđ pcedit et.infertur ppter peccata paterna Hoc fuit factū tpe Dauid quādo fcā eſt fames tribꝰ annis et cōſuluit Da.dn̄m qui rn̄dit dicēs.ꝙ hoc erat ppter peccatū Saul.quia ɔtra iuramētū pdeceſſoꝝ ſuorū interfecit multos gabaonitaꝝ. Et dati ſūt duo filij Saul ꝛ qnqȝ nepotes gabaonitis q ſuſpēderūt eoſ i ligno et ceſſauit plaga de pplo ij. Re.xxj. Quartū eſt iudiciū temeritatiſ ꝛ ſuſpitōis qđ pcedit ſm imaginata qn̄ quis ex leuibꝰ ſignis iudicat et credit aliquē malū.qđ cōtingit.vel qꝛ ipſe eſt male diſpoſitꝰ ꝛ iđ ſic iudicat alios.vel qꝛ odit illū.vel qꝛ vidit et audiuit et iđ defacili iudicat vnde enes ſunt valde ſuſpitioſi.et iſtud eſt minus peccatū.qꝛ ſenes multa viderunt ex qbus monētur et tale iudiciū eſt ſecūdū faciē quod pbetur Iob.vij Nolite ſm faciē iudicare.ſic iudicauit totila beatū Caſſiū epm marinenſem eſſe ebrium.qui erat naturaliter rubeꝰ vt di. Grego.in dya. Hic cadit exemplū de gallo et catta ꝛ muribus qn̄ mures credebāt cattū vnū ſanctū patrē.qꝛ erat inuolutꝰ cinere et gallū eſtimabāt terribilem hominē ppt criſtam rubeam Et ſic patet ſecundum

¶Tercio duos effectus miſericordie nobis impat dicens Dimittite iniurias et offēſaſ et dimittetur vobis ſcȝ a deo peccatū veſtrum Date ſcȝ tempalia bona paupibus et datur vobis ſcȝ a deo vitam eternam.

¶A. Vbi nota ꝙ duo ſunt genera opeꝝ miſericordie Quedam enim ſunt opa mie ſpūalia ad animam ptinentia.et ſunt ſex q̄ in hoc verſu continētur. Conſule caſtiga ſolare remittere fer ora.. Remittere ergo vel dimittere iniurias primo eſt vnū opꝰ miſericordie ſpūale et ideo tangēdo ipſum omnia ſpūalia opa dat intelligi Et nota h̄ ꝙ retinere iniurias et non parcere eſt magnum periculum.quia odium in corde eſt ſicut ignis in pecto .qui comburit pectꝰ tenentis Sic odium ſolum obeſt odienti.

¶Item eſt ſicut tinea in panno que corrodit pannum in quo eſt. Item eſt ſicut apis aculeum infigens que dum aculeum īfigit perdit ipſum et p conſequens moriẜ nec de cetero mellificare poteſt Sic et ingens aculeos odij moritur ſpūaliter nec đ cetero opera vite poteſt exercere niſi odiū deponat Quedam vero ſunt opera miſericordie corporalia ad corpus pertinentia et ſunt ſex que in hoc verſu continentur. Viſito poto cibo tego redimo colligo condo Et iſta ſunt minus perfecta opera q̄ȝ ſpiritualia Dare ergo bona temporalia.ſiue panem ſiue vinum ſiue indumentum ſiue hoſpitium ſiue pecuniam ſiue in redemptionem captiuoꝝ ſe exponere.vel dare pſonam ſuam ad viſitandum viduas vel afflictas perſonas et ad condendum:id eſt ſepeliendum mortuos. Hec omnia ſunt miſericordie opera corporalia.



p quibus deus dat nobis vitam eternam. Et nota hic ꝙ inter omnia opa miſericordie tam ſpūalia q̄ȝ corpalia vnū eſt qđ magis placȝ deo ſcȝ ꝙ homo miſereaẜ anime ſue Ecci.xxx. Miſerere aie tue placēſ deo Prouer.xj. Benefacit aie ſue vir micorſ Quidam ſunt ſicut chayn q male diuidūt ꝛ recte offerūt Gen.iiij. Si male diuidaſ et recte offeraſ peccaſti.qđ tunc eſt quādo homo res tpales dat paupibus. ꝛ corpuſ etiam exponit in ſeruitiū paupm aiam vero dat dyabolo qđ tūc fit qn̄ homo in peccato mortali exn̄s facit opa miſericordie. nec exire ſatagit de ptāte dya. Cōtra quos ait Apls.j. Coꝛ.xiij. Si diſtri.in ci. pau. omnē fa.me.et tra.cor.me.ita vt ar. cari. aūt nō ha.nihil mihi pdeſt Math.vij.domine nōne in noie tuo xphetauimꝰ ꝛ vtutes multas fecimꝰ ꝛ dicet illis Amen dico vobis ne.vo. Faciamus ergo ſicut Abel q obtulit optima et iđ bene diuiſit dās meliora deo Demꝰ ergo deo optia nr̄a ſcilicet aiam cor et volūtatē. Prouer.xxiij. Fili prebe mihi cor tuū Item nō ꝙ alia littera dicit dimittite et dimittemi.qꝛ ille q tenet odiū in corde fortiſſime teneẜ ab odio qꝛ q̄uis peccatū omne teneat hoiem ſicut ſeruū iuxta illđ. Qui facit peccatū ſuꝰ ē peccati. Io.viij. Odiū tn̄ tenaciſſime tenet hoiem ita ꝙ hō oēe ſcelus ppetret cōtra illum quem odit.et ideo recte dicit dimittite ſcȝ iniurias et dimittemini ſcilicet ab odio quod vos quaſi cathenatos tenet Prouer.v. Funibꝰ peccatoꝝ ſuoꝝ qſqȝ ɔſtringiẜ ¶Ad opa ꝟo mie faciēda ſeptem bona nos inducunt que hn̄t efficere. Primū eſt qꝛ deū placant Gen.xxxij. Placabo eū muneribꝰ. Prouer.xxj. Munꝰ abſcōditū extinguit iras ꝛ domū in ſinu indignatōem maximā. Fugiāt etiā tēbras ab aia Yſa.lviij. Si effuderis eſurienti aiam tuā et aiam afflictā repleueris orieẜ.in tenebris lux tua.et tenebre tue erūt ſicut meridies Secūduȝ eſt quia faciunt obtinere petita. Yſa.lviij. Frange eſurienti panē tuum et egenos vagoſqȝ induc in domū tuā cum videris nudum opi cum et carnē tuam ne deſpexeris Et ſubditur. Tunc inuocabis et dn̄s exaudiet clamabis et dicet. ecce aſſum.quia miſericors dominus deus tuus Prouer.xxj. Qui obturat aurē ſuā ad clamorem paupeꝝ clamabit ipſe et nō exaudietur Tercium eſt quia faciunt hominem filium dei quia vt dictum eſt in miſericordia maxime ſimilatur deo.quia proprium et naturale opuſ dei eſt miſereri.ecclеſiaſtici.iiij Eſto pupillis miſericors vt pater.et pro viro matri illoꝝ.ꝛ eris tu velut filius altiſſimi ¶Quartuȝ eſt quia faciunt nos amicos nam pauperes et religioſos faciunt ſtipendarios ſuos qui quotti die interpellunt apud deum. Gre.paupes non ſunt colendi vt egeni ſed exorandi ut patroni Hic cadit exemplū lodouici regiſ francie quod dictū fuit ſupra. ¶Quintuȝ eſt quia ſociant hominem tempe maxime neceſſitatis omnibus alijs recedētibꝰ a nobis Ambro. Non ſunt bona hominis que ſecum ferre non pōt ſola miſericordia comes eſt defunctoꝝ. Apoc.xiiij. Opera eñ illorum ſequūtur illos. ¶Sextum eſt qꝛ homines ſpūaliter ditāt Miſericordia eñ eſt prudentiſſima negociatrix que p pituris eterna recipit p tempalibus celeſtia. Augꝰ. Prebe tectum et accipe celū. Ipſa calicē aque frigide p deo tribuit et accipit torrentem voluptatis eterne Vn̄ ille ſeruus qui abſcondit pecuniam domini qꝛ non habuit miſericordiam nihil lucratus eſt Si eñ expendiſſet eam in paupes recepiſſet centuplum Cuius ratio eſt quia tm̄ meretur homo.q̄tum habet de caritate. Caritas enim ignis eſt que ardere nō poteſt niſi in oleo miſericordie. Et ideo tātū ardet quantū eſt ibi de oleo.j. Io.iij. Qui habuerit ſubſtantiam huiꝰ mundi et viderit fratrem ſuum neceſſe habere et clauſerit viſcera ſua ab eo.quomodo caritas dei manet in eo. Auguſtinus. Neſcit negociari qui non habet miſericordiam. potius abſcondit bona domini ſui quā velit alteri mutare ſimilis vulpi que potius voluit caudam per terram trahere q̄ȝ aliquantulum ſimee dare.

Et ideo auferentur ab eo quia nec hic eiſ
ſatiatur et in morte omnia pdit Job.xvij
Diues cū dormierit nihil ſecū auferet.
¶ Et nota hic φ miſericordia in negociatōe
ſua ſemini comparatur iuxta illud.ij.Cor.
ix.Qui pce ſeminat pce et metet.et qui ſe
minat ꝛc.et hoc ꝑpter tria.Primo qꝛ ſe
men abſcōditur ne ab auibus comedatur.
ſic opa mie debent abſcōdi ne vent⁹ vane
glorie ea aſportat.Math.vj.Cū facis ele
moſinā noli tuba canere ante te .Scdo qꝛ
dū ſemiaē pdi videē cū tñ ſolus ille ſit mo
dus ſemē cōſeruādi.ſic elemoſina cū datur
pdi videē.et tñ ſolus ille ē mod⁹ bona nřa
cōſeruādi.Vñ. Terrena oia retinēdo amit
tim⁹ ꝛ largiēdo ſuam⁹ Math.x.Qui p
diderit aiam ſuā ꝑpter me inueniet eā.glo.
quaſi dicaē agricole.ſi fructus ſuas pdis.
ſi ſeminas renouas. ſolas quas dederis ſp
habebis opes. Tercio quia ſemen cum fe
nore ſurgit.ſic opa miſericordie centupluꝫ
accipient.Math.xix.Centuplū accipietis
Prouer.xix.Feneratur domino quē miſe
retur paupis. ¶ Septimū eſt qꝛ ſola opa
miſericordie habent plenas litteras remiſ
ſionis regis eterni Math .vj.Si dimiſeri
tis hominibus peccata eoꝝ dimittet ꝛ vo
bis pater veſter celeſtis delicta veſtra. Et
econuerſo Judicium ſine miſericordia fi
et ei qui non fecerit miſericordiam vt dici
tur Jaco.ij.Et ſic patet terciū ¶ Quar
to pmium ꝑ omnibus opibus miſericor
die nobis reddendū inſinuat cū dicit.Me
ſuram bonam ꝛ confer.et coagi.et ſupef.
da.in ſi.veſtrum ſcꝫ pauperes quibus mi
ſericordiam tribuiſtis Jpſi enim ſunt do
mini regni celoꝝ.et ideo optime pñt retri
buere Math.v . Beati pauperes ſpiritu
quoniam ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ.Ubi nō
φ quattuor dicit de premio ſcꝫ φ erit mē
ſura bona.conferta.coagitata.et ſupefflu
ens.qđ tripliciter poteſt exponi. ¶ Primo
ſcđm ordinem dantiū.quidam enī dant pte
ſupfluoꝝ paupibus et ſic non oia .Lu.xj.
Quod ſupeſt date elemoſinā.i. de ſupfluo
Et iſti ſunt cōmunes hoies i matrimonio
viuētes et in mūdo ſtātes Et qītū ad hos

dicit.menſuram bonā.i.iuſtaꝫ quia talib⁹
iuſte remetietur ꝛ digna merces reddeē.vl
hic vel in futo Ezech.x. Juſticia iuſti ſu
per euꝫ erit.Quidā dant oia ſupflua vite
ſue Lu.iij.Qui ha.du.tu..det.v.non hñti
Per vnā tunicā itelligūtur neceſſaria vi
te.et p ſcđam ſupflua. Et iſti ſunt magis
pfecti ſeruātes pcepta.ſed non cōſilia.Sic
faciebat Thobias qui oia primitias et de
cimas cōcaptiuis fribuſ impriebaē Tho.
j.Et qītū ad hos dicit cōfertam.i.maibuſ
compſſam vt nihil vacui ſit in ea.qꝛ tales
replebuntur vndiqꝫ boniſ. Pſal.Qui re.
bo.deſi.t.Quidā dant nō ſolū ſupflua .ſed
etiam ptem neceſſarioꝝ ꝛ reſtringūt vitaꝫ
ſuam vt poſſint paupibus bñ facere Lu.
xix.Ecce dimi.bono meo.dñe do paupib⁹
Exemplū de beato Martino qui mediam
clamidem paupi tribuit Et qītuꝫ ad iſtos
dicit coagitatam.i. cōquaſſatam vt vltra
capacitatē capiat.quia tales retributōem
mercedis habebunt ſupra ſperatū ꝛ ſupra
meritum Yſa.lxiiij.Ocul⁹ nō vi.de⁹ ab.
te que ppa.expec.te.Quidam dant omnia
et nudi nudū xp̄ꝫ ſequūtur Math.xix.Ec
ce nos relin.om. ꝛ ſecu.ſu.te Et iſti ſunt
viri pfecti qui nō ſolum pcepta ſed etiam
cōſilia implent Math.xix.Si vis pfectus
eſſe vade et vende oia q̄ habes et da pau.
Et qītū ad iſtos dicit et ſupef.i. non raſilē
ſed vndiqꝫ effundentē qꝛ tales hēbūt glaꝫ
ad mēſuram ſed excedēt glam alioꝝ qꝛ vt
dicit Apls j.Cor.xv.Stella differt a ſtel
la in clarita.ſic erit gla beatoꝝ Jſti erunt
in ſummo gradu cum xp̄o alios iudicātes
Math.xix.Uos qui reli.om.et ſecu. eſtis
me.in rege.cum ſede.fili.ho.in ſe.ma . ſue
ſede et vos ſuper ſeđ·duodecim iu. xij.tri.
iſrael Gloria iſtoꝝ erit admirabilis oino
et ſupexcedens omnem intellectum .Yſa.
lx. Tūc videbis et af.et mira.et dila. cor.
tu. ¶ Secundo mō pōt exponi ſm nūeruꝫ
bonoꝝ q̄ retribuūē.nā de⁹ ſuiſ ſuis exercē
tib⁹ pietatis opa oia bona ꝯfert qꝛ ipi ſūt
fi.ſi aūt fi.ꝛ hē.vt di.apls ad ro.viij Sūt
aūt quat.gña bonoꝝ.ſ.bo.for.na.ḡ. et gle
Quantuꝫ ergo ad bona fortune que ſunt



diuitie et dignitates et hmōi.dicit menſu
ram bonā.i.plenam.quia de tpalibus dat
eis ad ſufficientiā vite φ ita chriſti cōtētā
tur.Math.xix.Centuplū accipietis Cen
tenari⁹ enī eſt numerus pfectus. Signifi
cat ergo φ ipi accipiant pfectōem ꝛ ſuffi
cienciaꝫ in tempalib⁹ vt dicit Gre. Pec
catores autem de tpalibus non habēt ple
nam mēſuram quia eis nō ſatiaē nec cō
tentātur Eccliaſtes.v.Auarus nō imple
bitur pecunia.Quantū aūt ad bona natu
re que ſunt ſanitas.fortitudo.docilitas in
duſtria naturalis et hmōi.dicit cōfertam.
Tunc dicitur ſextarius eſſe cōfertus ficu
bus.qñ ficus ſunt ita cōpreſſe in ſextario
φ nullum vacuuꝫ remanet inter fic⁹ vbi
poſſit aer remanere Peccatoreſ aūt ñ ha
bent menſuram confertā de bonis nature
quia cum ipſis poſſident multā vacuitatē
vbi vent⁹ vane glorie demoraē Sed iuſti
menſuram habent cōfertam quia inter bo
na nature que a deo recipiūt nō hñt vacu
itatem.vbi remaneat ventus vane glorie.
quia omnia referūt ad laudē dei.j.Cor.x
Omnia in glam dei facite Quātuꝫ vero
ad bona gratie que ſunt virtutes et dona
dicit cogitatam.i.concuſſam vt plus reci
piat qꝛ vt dicitur Job.iij. Nō dat de⁹ ſpi
ritum ad menſuram.imo quottidie in vi
ris ſanctis auget deus gratias et dona . et
omni die implet eos operibus virtuoſis
ex quibus habitus virtutum quottidie p
ficiūtur Gre.Nunqꝫ eſt amor dei ocioſus
opatur enī magna ſi eſt Quantū auteꝫ ad
bona glorie que cōſiſtunt in viſione ꝛ frui
tōe diuina dicit ſupeffluentē qꝛ illa gloria
excedit omnino cōditōem humane nature
nec homo mortalis poſſet deū videre Ex
odi.xxxiij.non videbit me hō et viuet.nec
anima ſepata a corpe poſſet illā gloriā. ca
pere niſi ſub lumine gle qđ deus creat in
anima Pſal.Jn lumine tuo videbim⁹ lu
men Et ideo omnē cogitatū oēe deſideriū
et omnem imaginatōem excedit.j.Cor.ij.
φ oculus non vidit et auris audiuit nec i
cor hominis aſcēdit que preparauit de⁹ his
qui diligunt illum. ¶ Tercio poteſt expo

ni in qītum ad pfectōem boni qđ ex operi
bus miſericordie recipiem⁹ Nam illa gla
beata erit tota et pfecta merceſ quā ex oi
bus opibus noſtris et ex gratia dei recipi
emus Gloria autem illa in quattuor pfi
citur qītum ad nos ſcꝫ in boni cognitōne
in boni cogniti amore.in boni cogniti et a
mati poſſeſſione ꝛ in boni cogniti et ama
ti et poſſeſſi fruitōe Vñ Aug⁹.dicit φ de
uſ fecit hominē vt deū cognoſceret cogno
ſcēdo amaret.amando poſſideret et poſſi
dendo frueretur Quantū ergo ad cogniti
onem dicit mēſuram bonā.i.plenam quia
plenam cognitōem habebunt de omnibus
Gre.Quid eſt qđ neſciant qui videntem
omnia vident Quantū vero ad amorē di
cit confertam.i.ſolidam.quia ſolide et nō
vane amabunt Quantū autem ad poſſeſ
ſionem dicit coagitatam qꝛ poſſidebunt
deū in quo ſparſa colligūtur et in quo om
nia bona ſunt vnita Quātū vero ad frui
tōem dicit ſupeffluenteꝫ qꝛ gaudiū excedꝫ
gaudentes nec ab aliquo comphendeē ſed
mentes ſinguloꝝ ſupabit.erit enī ſup meri
tum:ſup ſperatum.ſupra deſideratum ꝛ ſu
pra cogitatum.Eadeꝫ ergo menſura qua
menſi fuerimus remetietur nobis.qꝛ ſi be
ne fecerimus bene recipiemus et ſi melius
fecerimus melius recipiemus et ſi optime
Optime.Et ſimiliter in malo.Apo. Deci
mooctauo Quantum glori.ſe.et in de.fu.
tā.da.il.tor.et luct.Et nota φ dicit in ſinū
veſtrum ad ſignificandum pfectōem ſecu
ritatem et quietem illius gaudij naꝫ bonū
cognitum et amatum ſcꝫ ipſe deus erit in
tus in eſſentia anime et ideo erit gaudiuꝫ
pfectum ſecurum et quietum Yſa . xxxij.
Sedebit pplus meus in pulchritudine pa
cis in tabernaculis fiducie in requie opu
lenta Et ſic patet quartū. ¶ Quinto ſub
quadā ſilitudie poit q̄dā documēta neceſſa
ria corrigere hñtib⁹ p q̄ a temeraria cor
rectōe ꝓhibemur di. Nūqd pōt cec⁹ cecū
ducere Erāt enī apli futuri orbis terraruꝫ
doct.math.xxviij.Docete oēs gētes.et iđ
oportebat ipoſ eſſe illuminatos .quia cum
orbis terrarum eſſet cecus ꝛ.

multiplici erroris tenebra excecat⁹ et ꝑ apoſtolos ⁊ eoꝝ ſequaces deberet illumina ri et ad viam veritatis reduci.neceſſe fuit vt eſſent illuminati.quia ſi cecus ducatur a ceco quid reſtat niſi ꝙ vterq₃ vadat ī ꝑcipitiū.imo meli⁹ eſſet ceco carere duce ceco.quia tūc ꝑtemptaret baculo viā₃. ſicut formica que eſt animal cecutiens pretemptat quibuſdā₃ baculis ſine brachijs ante oculos viam. Quicunq₃ ergo debēt alios docere in doctrina et corrigere in vita .o₃ ꝙ ſint docti et morigerati.quia cum diſcipulus non ſit ſuꝑ magiſtrum ſed ſufficiat ei ſi ad ꝑfectōem magiſtri ꝑueniat. tunc ſi magiſter eſt inſcius ⁊ incompoſitus. veriſimile eſt ꝙ diſcipulus ꝑ magiſtrū nunquā ad ꝑfectōem doctrine et veritatis ꝑueniat ſed ambo remanebūt in fouea cecitatis.et ideo phariſei ⁊ ſcribe quos malicia excecauerat nō poterant alios docere et ad viam veritatis adducere cōtra quos chriſt⁹ tunc loquebatur.ſiſiter qui habet trabem in oculo.i.in aliquo peccato mortali tenetur non pōt educere feſtuca₃ de oculo fratris ſui.io eſt.non poteſt exemplo vite ipſum informare vt careat peccatis ⁊ ſit vita ipſius ſine feſtuca ꝑuoꝝ peccatoꝝ Gre. Suꝑiactas ſordes tergere nō valet man⁹ que lutum tenet. Debet eñ prelatus ſubditum informare vbo et exemplo Joh.xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quēadmodum ego feci ita et vos faciatis . Bern . Egregium inſtrumentū eſſet oculus ſi ſeipſum ſicut alia videre poſſet Et ſic videt ꝙ ꝓlatus in mortali exiſtens nō poſſit populū docere nec ipm a peccatis mūdare.ſ₃ contra. Doctrina eſt quedā elemoſina ſpiritualis vt dictū eſt ſuꝑ..exiſtens autem in mortali bene pōt facere elemoſinā corꝑalē ergo multomagis ſpūalem cum ſit potior corꝑali ergo ⁊c̄. Ad hoc dicendū ꝙ peccatum mortale aut eſt notoriū et tūc non debet docere nec mūdare ꝓpter ſcandalū . ſi autem ſit occultum pōt vtrūq₃ facere lic₃ ſemꝑ cū detrimento anime ſue.quia quicūq₃ publice miniſtrat ſacramēta in mortali exiſtens ḡuiter peccat Similiter qui ex officio publice docet vt quida₃ dicūt grauiter peccat ſi in mortali exiſtat Ro.ij . In quo enim aliū doces teipm cōdemnas Secus autem eſt de elemoſina corꝑali. q₂ nullum ſcandalū oritur inde ſicut de doctrina cum quis eſt in notorio peccato Nec qui docet inq̄tum docet peccat ſed inq̄tū dat malum exemplū.et ideo ꝑm quoſda₃ ille q eſt in peccato mortali occulto licet ſit indignus docere tamē ſine peccato pōt docere.cum inde nullum ſcandalum oriatur et doctrina ſit queda₃ elemoſina Et ſic patet quintum.

## ¶ De epiſtola ſermo. LXXIII.

NOn ſunt condig.paſ. hui⁹ tēꝑa.ad fu.glo.que re.i nobis Ro.viij. Ex dubeitate ꝓmij ⁊ ſupplicij multi peccant et nō curant bene agere Si eñ homo ꝑfecte crederet gloriam ꝑadiſi et pēas inferni ꝓfecto bene ageret et a malis caueret Joh.iij. Vt omnis qui credit in ipſu₃ non pe.ſed habeat vitā eternā Et iō apoſtolos in epl'a hodierna firmiter ꝓbat gloriam futuram his qui patiūtur ꝓ nomine chriſti dandam. In qua epl'a quattuor facit Primū oſtendit gloriam futuram eſſe ſupra meritum paſſionū quas hic ꝓ chriſto ſuſtiem⁹. In principio epl'e Secundo ꝓbat gloriam reſurrectōis eſſe futuram ꝑ naturale deſideriū hūane creature ibi Nā expectatō creature reuelatōem filioꝝ dei expectat Tercio ꝓbat idem ꝑ naturale deſideriū omnis creature ibi. Scimus eñ ꝙ omnis creatura in gemi.⁊ ꝑtu vſq₃ adhuc Quarto ide₃ ꝓbat ꝑ deſideriū qđ habent ſancti viri ex reuelatōne ſpūſſancti qui nō mentitur ibi. Non ſolum autem illa ſed et noſipſi primicias ſpūs habentes intra nos gemimus ¶ Primo ergo oſtendit gloriā futuram eſſe ſupra meritū paſſionū quas hic ꝓ xp̄o ſuſtinemus dicens. Non ſunt ꝯdigne paſſi.huius temp.ad futura₃ gl'am. ⁊c̄.et hoc ꝓpter quattuor. Primo q₂ paſſiones ſunt tꝑales imo momentanee ⁊ gl'a eterna.tꝑis autem ad eternitatem nulla ē



compatō.min⁹ q̄₃ gutte aque ad totū mare vel puncti alicuius ad totū celū. ¶ Secundo quia paſſiones ſunt leues gl'a aute₃ eſt ponderis infiniti.et de his duobus . ij. Coꝝ.iiij. Jo eñ qđ ī p̄ñti eſt momētaneū et leue tribulatōnis noſtre ſuꝑ modum in ſublimitate eterne glorie pōdus oꝑatur in nobis Tercio quia tribulatōes in paucis malis ſunt.gloria vero in multis bonis. Sap.iij.ca. In paucis vexati i multis bñ diſponentur Ecci.lj. Modicū laboraui et inueni mihi multum requie₃ Math.xxv. Suꝑ pau.fui.fi.ſu.mul.te cōſti. ¶ Quarto quia hee ſunt impure.ſicut eñ gaudiu₃ mundi non eſt puꝝ iuxta illud Prouer . xiiij. Riſus dolore miſcebitur. ſic et mūdi paſſio non eſt pura.ij. Coꝝ.j. Qui cōſola. eñ in om.tribu.noſtra Pſal. Secūdū multitudinem doloꝝ meoꝝ in cor.m.ꝯſola . t. leti.ani.me. Et nota ꝙ q̄uis paſſiones nō ſunt cōdigne ad futuram gl'am ſunt tamē valde cōgrue et quaſi neceſſarie ad ꝑueniendum ad illam gloriam ꝓpter multa bona que habent efficere que bona oportet habere volentem ad illam gloriam ꝑuenire Hec autem bona ſunt ſeptem. ¶ B . Primū quia tribulatio mentē illuminat. Gre. Oculos quos culpa claudit pena aperit Vnde ille diues epulo non eleuauit oculos niſi quando fuit in tormētis Luc. xvj.⁊ tunc cognouit Laȝaꝝ Et de Nabuchodonoſor đr ꝙ poſtq̄₃ factus fuit beſtia leuauit oculos ad celum Dañ.iiij . Poſt finem dieꝝ ego Nabuchodonoſor oculos ad celū leuaui et redditus eſt mihi ſenſus meus Hec illuminatō figurata eſt in illuminatōe Thobie qui felle piſcis poſito ſuper oculos viſum recepit Thobie xj. In amaritudine fellis intelligitur amaritudo tribulatōnis Yſa.xxviij. Tantum vexatio dabit intellectum auditui ¶ Secūdū eſt ꝙ corroborat homines ſicut ignis laterē quē tamen videtur cōburere. Ro.v. Tribulatio patientiā oꝑatur.patientia autē ꝓbatōnem Nota hic ꝙ ignis latere₃ corroborat et lapidem terit in calce₃.ſic tribulatō bonos humiles qui ſe lutum reputant Exēplum huius habemus in Job in Pharaone Et ille eedem aque que fuerūt ꝓ muro a dextris et a ſiniſtris filijs iſrael ſuffocauerūt viros egiptios Et idō dicit Gregorius ꝙ niſi idem deus qui penam irrogat patientiam ꝓſtet ipa correptō peccatū auget. Sic erat corroboratus apl'us ī tribulatōnibus qui dicebat Omnia poſ. i eo qui me confor. Phil.iiij.et iteꝝ. Omnia ſuſtineo ꝓpt electos vt ipi ſal.ꝯſe.ij. Thi. ij ¶ Tercium eſt ꝙ purgat aia₃ a peccatis Gre. Quod flagellum grano.quod lima ferro.quod fornax auro.hec tribulatō viro iuſto. Malach.iij. Sedebit cōflans et emū.ar.et purgabit filios leui.ſed de qbuſdam pōt dici illud Hier.vj. Fruſtra cōflauit conflator malicie eoꝝ non ſunt cōſumpte.argentum reꝓbū vocate eos Maledictum ferru₃ qđ ex lima cōtrahit rubiginē ¶ Quartum eſt ꝙ deſiccat deſideriū ab aquis delitiaꝝ ⁊ ꝑ ꝯñs conſeruat quia humidum corrumpit Vnde carnes conſeruādo ſalſantur vt humiditas a ſale cōſumet Tribulatio eſt mirra a putrefactōne ꝯſeruans Hac mirra totum corpus xp̄i fuit īuolutū Hec paulū cuſtodiuit ne ſuꝑbiret. ij. Coꝝ.xij. Ne mag.reue.extol.me.da.eſt mihi ſti.car.me.an ſatha.qui me colla. ¶ Quintum eſt quia facit hominem ad deū velocius currere. Equus piger non currit bene ſine calcaribus.tribulatio aūt ē quaſi quidam ſtimulus Gre. Mala que nos hic premunt ad deum ire compellūt. non eni₃ in tribulatōne poſitus cogitat aliam vita₃ et ad eam ire deſiderat Phil.j. Cupio diſſolui et eſſe cum chriſto ¶ Sextum eſt q₂ eſt quoddam ſignum ꝙ ſum⁹ filij dei et ab eo dilecti Hebre.xij.ca.ꝙ ſi extra diſciplinam eſtis ergo adulteri et non filij eſtis. Quem eñ dominus diligit corrigit ⁊ caſtigat.flagel.autem omnem filiū quem recipit . Filius enim debet incedere ꝑ viā patris Via autem xp̄i patris noſtri fuit ipſa tribulatio ab ipſis cunabulis. Et ideo ſi incedimus ꝑ viam tribulatōnis ſignum eſt ꝙ vt filij veri ſequimur patrē noſtrū xp̄m Multa enim et cōtinua ꝓſperitas non eſt

bonum ſignum ſed eſt ſignum ꝙ ibi non ſit
deus Job.xxviij. Non inuenitur in terra
ſuauiter viuentium Vnde xp̄us queſitꝰ a
Magis non fuit inuentus in palatio re-
gis Herodis ſed in anguſto vie. Hic ca-
dit exemplum de beato Ambroſio qñ fuit
hoſpitatus cum quodam milite qui dixit
ſe multa ꝓſperitate potiri et nulla aduerſi
tate moleſtiri. quo audito beatus Ambro
ſius receſſit et noluit cum eo hoſpitari. et
ſequenti nocte domus cū omnibus ꝓfūda
Secundo vt dignum ſpũſſanc. habitaculũ efficiaẽ. qui habitat in corpe ſubdito peccatis vt dr Sap. j. ij. Cor. vj. Vos eſtis templum dei vi. Tercio vt vita chriſti priſ noſtri in corpe noſtro repreſentetur qꝛ filius debet bonam vitam boni patris imitari. ij. Cor. iiij. Semp mortificatõem xpi ieſu in cor. noſtris circumferen. et vt vita ieſu in cor. noſtris. manifeſtetur Gal. vj. Ego eñ ſtigmata dñi noſtri ieſu chriſti in corpore meo porto. Quarto vt corpus noſtꝝ tãdez glorioſum reſuſcitetur quia vt dicit ij. Co. j. Sicut ſocij paſſionũ eſtis ſic et cõſolatõnis eritis Et ideo ſi corpus mortificamus reſurget glorioſum Et ſic patet ꝑ oia ſupdicta ꝙ ſicut ſeruiuimus peccato ita debemus ſeruire iuſticie et deo. ¶ E. Sed cõtra hoc videtur eſſe ꝙ qui ſeruit deo ſicut peccato et non plus nõ eſt in ſtatu ſalutiſ et nõ ſufficiſ ad ſalutẽ Augꝰ. Plus debet amari iuſticia q̃ȝ ante amabatur iniqtas. et ſꝫ ꝑ illud Pſal. Bonum mihi lex oris tui ſup mi. auri et argenti. dicit idem Auguſt. Amplius diligit caritas deũ q̃ȝ cupiditas aurꝝ Et dicendum ꝙ ſemp in iuſtis et a iuſtis plus amatur deus q̃ȝ aliquod tempale poſſit diligi a cupiditate hoc eſt ex maiori rapice dilectõnis ſed non ſemp ex feruẽtiori motu ſed aliquãdo ex ipſa caritate que excedit cupiditatem ſurgit motus minoris feruoris q̃ȝ ſit motus cupiditatis. Dic ergo non attendiſ ſimilitr dõ q̃ȝtum ad radicem ſed q̃ȝtum ad motum vt ꝑ hoc non notetur equalitas ſed tantum ſimilitudo vt ſi multũ. id eſt. ſi multis et varijs motibus et operibus et valde feruentibus ſeruiuimus peccato. ita multis motibuſ et opibꝰ ⁊ valde feruentibus ſeruiamꝰ iuſticie et deo. aliter autem noſtra menſura nõ eſſꝫ iuſta nec accepta deo. cũ plura impẽderimus peccato q̃ȝ iuſticie et pluribus modis ipſum fecerimus Prouer. xj. Statera doloſa abominatio eſt apud deũ et pondus equum volũtas eius Et ſic patet ſecundum ¶ F. Tercio cauſam cuiuſdam dicti reddit ſcꝫ quare non ſeruiendum eſt peccato. ſꝫ iuſticie. Et eſt vnica cauſa vel ratio quam hic ponit ſcꝫ ſeruitus et libertas quia homo peccando efficitur ſeruus peccati Joh. Oct. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. ad quam ſeruitutem infinita mala ſequuntur Nam perdit homo hereditatem. quia ſeruus non manet in domo ineternum. vtꝫ Johan. Octauo. deputatur ſupplicijs ſicut ſeruus nequam Eccleſiaſtici. Treceſimotercio cap. Seruo maliuolo tortura et compedes Homo etiam peccando perdit libertatem iuſticie et virtutis. Et hoc ẽ qđ dicit. Cum ſerui eſtis peccati libe. fuiſ. iuſticie. id eſt. a domino iuſticie. cuius dominium eſt magna libertas. et ei ſeruire regnare eſt Ad quod dominium et libertatẽ mirabilia bona ſequuntur. quia ſi liberi ergo filij et heredes Galla. Quarto Itaqꝫ non ſumus ancille filij ſed libere qua libertate chriſtus nos liberauit Roma. Octa. ꝙ ſi filij et heredes. heredes quidem dei. coheredes autem chriſti. De ſeruitute autem vicioꝝ et libertate virtutum mirabilia poſſent dici ſed dimittantur ad preſens Et ſic patet tercium. ¶ Quarto oſtendit fructum peccati et fructum iuſticie et probat. ¶ G. Vbi nota ꝙ ſtipendia et fructus peccati eſt confuſio et mors. ¶ Primum ſtipendium id eſt lucrum ſiue preciũ et fructus peccati eſt confuſio. Nam peccator efficitur vir confuſus turpiter valđ Que eſt enim maior confuſio. q̃ȝ ꝙ anima ſponſa chriſti inueniatur cuꝫ dyabolo fornicari viliſſimo rebaldorum Et que ẽ maior confuſio quã ꝙ quis de filio regis eterni efficiatur ſeruus dyaboli et denudetur veſte regali et nuptiali virtutum et remaneat nudus ſicut ribaldus. et que eſt maior confuſio q̃ȝ ꝙ quis fiſciatus oculis. ligatꝰ manibus ducatur ad furcas inferni. Mathei. Viceſimoſecundo. Ligatis manibus et pedibus proie. eum in tenebras exteriores Et que eſt maior confuſio quã ꝙ quis tanquam leproſus a conſorcio hominum ſequeſtretur et tanquã aſinus decoriandꝰ proijciatur ad foueas. Ieremias. Viceſimoſecundo Sepultura aſini ſepelieſ putrefactus et proiectus extra portas hieruſalẽ



Hic ergo eſt vnus fructꝰ ⁊ ſtipẽdiũ peccati. ſ. ꝯfuſio mag. et hoc ẽ qđ di. quẽ enim fruc. ha. tũc in his in qbus nũc erubeſcitis ¶ Secundum eſt mors ſcꝫ triplex. ſ. nature culpe et pene. et hoc eſt. Nam ſtipẽ. pecca. mors Propter peccatũ eñ anima ſepatur a corpe in quo mors nature conſiſtit. Geñ. ij. Inquocũqꝫ die come. ex eo mor. mo. Item deus ſepatur ab anima in quo mors culpe cõſiſtit Yſa. lix. Iniqui. ve diui. inter vos et de. ve. Item aia et corpus deputãtur ſupplicijs in quo mors pene cõſiſtit Baruch. iij. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicoꝝ es coinquinatus es cũ mortuis deputatꝰ es cũ deſcẽdẽtibꝰ in lacũ quaſi diceret. Quia peccaſti et iđ ſic euenit tibi. Et ideo mors peccatoꝝ peſſima Pſ. Mala mors nature peior mors culpe. peſſima mors pene. Et quia hec triplex mors ẽ finis omniũ maloꝝ et corpalium et ſpiritualiũ et pñtium et futuroꝝ et finis continet virtute ea que ſunt ad finem. iđ poſſumus dicere ꝙ omnia mala ſunt fructus et ſtipendia peccati. ¶ H. Fructus aũt iuſticie ꝓut ibi innuitur quadruplex eſt ſcilicet libertas a ſeruitute peccatoꝝ ſeruitꝰ dei ſanctificatõ anime et vita eterna Et hoc ẽ qđ dicit Nũc vero liberati a peccato ecce primũ ſerui autem deo facti. ecce ſecunduꝫ habetis fruc. ve. in ſan. ecce terciũ finẽ vero vitam eternam. ecce quartũ Et nota hic ꝙ fructus peccati eiꝰ condigno reddit. qꝛ omnia mala que poſſunt cogitari meretur peccator. quia contra bonũ eternũ et infinitum peccauit Vnde circa condignũ puniſtur quia et ſi pena infinita eſt extenſiue. tñ intenſiue infinita nõ eſt ſed ipſe penaꝫ vtroqꝫ modo infinitam meretur. Sed fructus iuſticie ſupat iuſticiam valde et non redditur ex condigno licet reddatur ex cõgruo. Rom. viij. Non ſunt cõdig. paſ. huius tẽporis ad futuram gloriam que reue. in no. Et iđ ſicut gratis deꝰ cõcedit nobis iuſticiam facere iuxta illud. j. Co. xv. Gratia dei ſum id qđ ſum. ita gratis vitam eternã dat nobis Jo. j. De plenitudie eiꝰ nos omnes accepimꝰ grãm ſcꝫ mercedis ꝓ gratia ſcꝫ boni opis quia cum merces ſit infinita ⁊ extẽſiue ⁊ intẽſiue meritũ aũt ẽ finitũ vtroqꝫ mõ. inter meritũ autem et premiũ debet eſſe ꝓportio. finiti autem ad infinitum nulla eſt ꝓportio vt dicit Phus iđ de gratia dei datur nobis vita eterna. et hoc ẽ qđ dicit Gratia dei vita eterna in chriſto ieſu domino noſtro. i. ꝑ ieſum xpm dñm noſtrũ Jo. j. Gratia et veritas ꝑ ieſum xpm facta eſt et iđ in fine omniũ orationũ dicimꝰ per dominũ noſtrũ ieſum chriſtũ ⁊c. quia oẽm gratiam et oẽ bonũ deꝰ in eo ⁊ ꝑ eũ nobis donat Ro. viij Quomõ non etiam cuꝫ illo omnia nobis donauit Et ſic patet ꝙ ſeruire deo eſt magnus fructus In fine nota ꝙ q̃uis ſeruire deo ſit magni fructus multi tamẽ ꝓpter miſerabiles cauſas a dei ſeruitio retrahuntur. ¶ I. Primo eñ quidam retrahuntur ꝓpter dei benignitatem qua deus expectat peccatorem et non ſtatim infert vltionem Ro. ij. An diuitias bonitatis eius et paciencie et longanimitatis contemnis ignoras quoniam benignitaſ dei ad penitentiam te adducit Eccſ. viij. Qꝛ non ꝓfertur cito contra malos ſententia filij hominum abſqꝫ vllo timore ꝑpetrãt mala. ¶ Secundo quidam retrahuntur ꝓpter humanuꝫ timorem et puſillaminitatẽ qui crederent ſe mori fame et in neceſſarijs vite deficere ſi ſeruirent deo Contra quos Auguſtinus Paſcit contemnentes ſe et deſerit timẽtes ſe paſcit coruos et deſerit homines Stulta cogitatio et ex magna infidelitate procedit. Credunt ꝙ deuſ daturus ſit eis regnum et non cibum. Nonne pauit filios. xl. annis manna in deſerto. Nonne pauit Helyam per coruum in torrente vt iij. Regum. xvij. Nonne pauit Danielem exiſtentem in Babilonia in lacu leonuꝫ ꝑ Abacuk prophetam exiſtentem in iudea. vt patet Danie. Decimoquarto. Non eſt ergo dubium quin paſcat timentes ſe et ſi aliquando ſubtrahit ex cauſa facit. ſicut ſubtrahit medicus aliquando infirmo cibum Auguſtinus. Scit celeſtis medicus quid daturus ſit nobis ad conſolatõem et quid ſubtracturus ad exercitationem.

Tercio quidam retrahunt vt nō perdāt gaudium et iocūditatem Credunt enim ꝙ ſeruientes deo nunq̄ȝ gaudio potiant ſed in triſticia ſemꝑ viuant qđ falſum eſt qꝛ maioꝛ eſt conſolatio ſpūs et leticia mentis q̄s habent ſeruientes deo omni gaudio et leticia mūdanoꝝ Jo.xvj. Iteꝝ autē videbo vos et gaudebunt coꝛda veſtra Ecc.xxx. Non eſt oblectamentum ſuꝑ coꝛdis gaudium. In eodem.xxxv. Qui adoꝛat deū in oblectatōe ſuſcipietur Aug⁹. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Quarto quidaȝ retrahuntur ꝓpter ꝑmij tarditatem. nā deus ſuis ſeruitoꝛibus non ſtatim ꝑmiū confert ſed differt vt tandem cōſerat totuȝ regnum. Exemplum paterfamilias ſoluit oī ſero mercenarijs filio autem nunq̄ȝ niſi in moꝛte.et tūc inſtituit eum heredem omnium bonoꝝ ſuoꝝ. Sic facit deus peccatoꝛibus et iuſtis.peccatoꝛes nanqȝ ſunt mercenarij et iuſti filij et ideo deus ſoluit peccatoꝛibus omni die bona temꝑalia eis dando iuſtis autem ſolum in moꝛte dando eis hereditatem celeſtem. Omnis enim ſeruiens expectans magnam mercedem non accipit ſtatim pꝛemiū.ſed diu differt accipe vt pȝ de ſeruitoꝛibus regum et cardinalium.

Quintō quidam retrahuntur ne pdant iuuentutem et ſpecioſitatem Reputant enim iuuentutem ſuam et pulcritudinem perdere ſi eam conſumant in ſeruitio dei.et ideo nolunt deo ſeruire niſi inueterati et quādo mūdus eos abijcit Sed timendū eſt valde de talibus.quia quando homo opatōni alicui aſſueſcit valde difficulter poteſt ab ea in poſteꝝ abſtinere quia cōuertitur ei i habitum et naturam qui ſm Phūm eſt difficulter mobilis Prouer.xxij. Adoleſcēs iuxta viam ſuam etiam cū ſenuerit nō recedet ab ea.et ideo in iuuētute eſt incipiendū ſeruire deo. Treñ.iij. Bonū eſt viro cum poꝛ.iug.ab adoleſcentiā ſuā. Et ſic patet quartum et totum.

Dominicā.viij. de euangelio ſermō LXXX

Attendite a falſis ꝓpetis q veniunt ad vos in veſtimētis ouium intrin.autem ſunt lupi rapaces Math.vij. Inter malos chꝛiſtianos tripler differēcia inuenitur. Quidam nanqȝ ſunt peſſimi ꝑ omnia dyaboluȝ imitantes tanq̄ȝ dyabolici viri Sicut enim dyabolus malus in ſe multos fecit malos et cauda ſua multos filioꝝ dei ꝓiecit de celo in terram. vt dicitur Apo.xij.ita tales homines coꝛrupti mente .reꝓbi circa fidem nituntur bonos ſubuertere et ad erroꝛem ſuum trahere. tales ſunt heretici. Quidam vero ſunt min⁹ mali qui ſcȝ in peccatis ſuis marceſcunt. nec curant ꝓficere.ſimiliter non curant alios coꝛrumpere vel edificare.tales ſunt multi qui ſolum bona temꝑalia attendētes mundi gaudio ꝑfruūtur Sapiē.ij. Venite fruamur bo.ꝛc̄.quo hec eſt ꝑs no. Quidā autem adhuc ſunt minus mali qui licet mali ſint in ſe tamen ſtudent alios recte docere et veram fidem et rectam vitam et abſcōdite q̄ȝtum poſſūt male agunt nolentes publice peccare. Et de iſtis dicitur Mat.xxiij. Suꝑ cathe.mo.ſe.ſcri.et phari.om.q̄cun.dix.vo.fa.ſm vero opa eoꝝ no.fac.de iſtis tribus generibus peccatoꝝ agitur in euangelio iſto Et pꝛimo de pꝛimis in pꝛincipio euangelij Secūdo de ſecūdis ibi. Omnis arboꝛ que non facit fructum excidet. Tercio de tercijs ibi. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnuȝ celorum. In hoc ergo euangelio quattuoꝛ ponūtur. Primū eſt chꝛiſti ammonitō vt a ꝑmo genere maloꝝ ſcȝ ab hereticis caueamus ibi. Attendite a falſis ꝓphetis. Secūdo ponūtur ſigna ꝑ que tales hereticos cognoſcam⁹ ibi. A fruc.eoꝝ cognoſcetis eos. Terciū eſt iudicium qđ xp̄ūs ſecūdo generi maloꝝ ſcȝ bene agere non curantib⁹ minatur.vt rectius nos agamus ibi. Omnis arboꝛ que non facit fructum bonum excidetur. Quartum eſt inſufficientia tercij generis maloꝝ qui bene docēt et male viuūt vt ad ꝑfectōem tendamus ibi. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe ꝛc̄. Primo ergo ponitur admonitō chꝛiſti vt ab hereticis caueamus.quia attendite inquit.i.diligenter conſiderate vt ſciatis vobis cauere ab hereticis qui ſunt falſi ꝓphete Criſ. Magna virtus boni eſt cognoſcere malum. et firma cautela ſalutis ſcire que fugias. j. Jo.iiij. Nolite om.ſpi.cre.ſed ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſint Nōndū aūt ē ꝙ ꝓpheta ꝓpꝛie dicitur qui de chꝛiſto aliquid ꝓphetiſauit vel eius conceptōem vel natiuitatem vel moꝛtem vel reſurrectōem vel aſcenſionem que omnia ꝓphetauit Yſayas et multi alij multa alia de chꝛiſto dixerūt Et q̄ȝtum ad hoc nullus ꝓpheta eſt amplius nec ꝓphecia. Math.xj. Vſqȝ ad Johannem lex et ꝓphete Cōmuniter autem dicitur ꝓpheta omnis qui aliquid futuꝝ pꝛedicit et q̄ȝtum ad hoc omnis pꝛedicatoꝛ dicit ꝓpheta. i. annunciatoꝛ futuroꝝ maloꝝ ſi hoies nō recte agant.et bonoꝝ futuroꝝ ſi bene agant. Math.xiij. Omnis ſcriba doct⁹ in regno celoꝝ ſimilis eſt homini patrifamilias qui ꝓfert de thezauro ſuo noua et vetera. Noua ſunt gaudia celi que de nouo ſcȝ i moꝛte chꝛiſti ſunt data Vetera ſunt pene inferni que a pꝛincipio mūdi fuerunt Sic ānūtiabat ap̄ſus.ij.Coꝝ.v.dicēs. Omnes nos manifeſtari opoꝛtȝ ante tribunal chꝛiſti vt referat vnuſquiſqȝ pꝛopꝛia coꝛpoꝛis pꝛout geſſit ſiue bonum ſiue malum Sic ergo heretici ſunt ꝓphete falſi.i.falſi annunciatores et pꝛedicatoꝛes quia ꝓmittūt et annunciant falſa Nam peccatoꝛibus ꝓmittūt impunitatem vt ipſos attrahūt ad ſectaȝ ſuā Piere.vj. Curabant contritōem filie pp̄li mei dicentes pax.pax.et non erat pax Itē ſunt doloſi pꝛedicatoꝛes quia doloſe pꝛedicant vt decipiant. Pꝛedicatoꝛ autem aſſimulatur piſcanti ad hamū et verbū dei eſt hamus qui dum rapitur capit vt dicit augustinus Sed ver⁹ pꝛedicat ponit hamū extra et intus dulcedinem cibi.quia annunciat aſpꝛam penitentiam ſub qua dicit eſſe dulcedinē vite eterne. Actuū.decimoquar. Per multas tribulatōnes opoꝛtet nos intrare in regnum dei. Sapiens autē homo pꝛeelegit aliquā aſꝑitatem aſſumere.vt ſꝑ dulcedine fruatur.ſic infirmus vult amarā medicinam ſumere vt ſit ſanus. Et talis ſic capitur a verbo dei et ꝑdicatoꝛe dum v̄bū dei cum effectu capit.ij. Coꝝ.xij. Cum eſſem aſtutus dolo vos cepi. Falſus autē ꝑdicatoꝛ vt hereticus ponit hamum intus ꝛ cooꝑit eum verme. vt materialis piſcatoꝛ dum licentiā gaudendi ꝑdicat ſub qua latȝ pena eterna Apo.xviij. Quantū ſe gloꝛificauit et in deli.fu.tā.da.il.toꝛ.ꝛ luc. Et idō heretici aſſimulātur vulpibus ſampſonis que habebant faces accenſas in caudis quibus cōbuſſerūt omnes ſegetes totius communitatis vt patet Judi.xv. Ezechiel vero ꝓpheta aſſimilat eos ſcoꝛpionibus dicens Cum ſcoꝛpionibus habitas Ezech.ij Qui oꝛe lingere videntur ſed cauda infundunt venenum. R. Notandum autem ꝙ heretici.quattuoꝛ generibus falſatoꝛuȝ comꝑantur. Primo falſatoꝛibus litteraꝝ.nam ipſi totam ſcripturam dei falſificant Dicunt eniȝ ꝑ illud Lu.xix. Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam et ego veniens cum vſuris vtiqȝ exegiſſeȝ illam qđ licet homini fenerari Et per illud Job.xij. Nūc pꝛinceps huius mundi eijcietur foꝛas.dicūt ꝙ totus mundus viſibilis factus eſt a dyabolo. Et breuiter totā ſcripturam depꝛauant.ij. Pe.ij. Fuerūt pſeudo ꝓphete in populo ſic et in nobis erunt magiſtri mendaces qui introducent ſectas ꝑditōnis. Job.xiij. Oſtendam vos eſſe fabricatoꝛes mendacij et cultoꝛes ꝑuerſoꝛuȝ dogmatum. Secundo falſatoꝛibus ſigilloꝝ quia ſacramenta eccleſie que fluxerūt de latere chꝛiſti pendentis in cruce.vt dic̄ Aug⁹.que fuerunt ſigillata lancea ꝑfoꝛāte ipſi falſificant et condemnant. nam coꝛpus chꝛiſti non aſſerunt eſſe coꝛpus dicentes ꝙ ſi eſſet mons iam eſſet cōmeſtum. Et ſimiliter matrimoniū damnant.j. Thi.iiij. Diſcedent quidaȝ a fide attendentes ſpiritibus erroꝛis et doctrinis demonioꝝ i ypocriſi loquentiū ꝓhibētiū nubere et abſtiere a cibis quos deus creauit ad ꝑcipiendū cū gratiarumactōe. Tercio falſatoꝛib⁹ clauium quia dicūt ſe claues regni celoꝝ hie

et non habent.quia ſoli Petro et ei⁹ ſuc-
ceſſoribus date fuerunt Math.xvj. Tibi
dabo claues regni celoꝝ Apo.iij.Qui ha.
cla.da.id ē.chriſti qui aperit et nemo clau
dit.claudit et nemo aperit. Non ergo hñt
claues ſed ipſas tanq̄ fures falſant. Joh.
j.Quotquot venerunt fures ſunt et latro
nes.¶Quarto falſatoribus monetaꝝ.mo
neta nanq̄ȝ chriſti ſunt opa bona quibus e
mitur regnum dei.que ſunt ieiuniū elemoſi
na oratio. Hec dicuntur moneta regis no
ſtri chriſti. quia in his eſt imago ſm tres
ſubſtātias que ſunt in chriſto que ſunt ca-
ro anima et natura verbi. Nam ieiunium
in quo eſt carnis maceratō cum xpi carne
conformitatem habet que tota fuit mace-
rat et morti tradita.ij.Co.iiij. Semꝑ mor
tificatōem ieſu chriſti in cor.no.circumfe.
vt et vita ieſu in cor.noſtris ma. Hec mo
neta ꝑcutitur in carnis afflictōne et gerit
figurā chriſti in cruce patientis Elemoſi-
na vero ad animaȝ chriſti ꝑtinet quā qua-
ſi in elemoſinam dedit in ꝑcium noſtre redē
ptionis Yſa.liij. Tradidit in mortem aiaȝ
ſuam Hec gerit imaginem chriſti ad infe-
ros deſcendentis vt de miſeria educeret mi
ſeros et captiuos. Elemoſina enim dicetur
ab hely quod eſt miſereri Prouer. xxiiij.
Erue eos qui ad mortem ducūtur Oratō
autem ꝑtinet ad verbum dei.eſt enim ora-
cio verbum mentis ante deum.et de verbo
dei dicitur.j.Jo.ij. Aduocatum habemus
apud patrem ieſum xpm iuſtum et ipſe eſt
ꝓpitius ꝓ peccatis noſtris Oratō eniȝ eſt
aduocatus noſter apud deum Lu.j. Ne ti
me.zacha.quo exau.eſt oratō tua Hec ge
rit imaginem chriſti ad celum aſcendētis.
Quid eſt enim orare niſi celū mente aſcen
dere Ecc.xxxv. Oratō humili.ſe.nu.pene
Hanc triplicem monetam heretici et ypo
crite falſant.nam de ieiunio dicitur Mat.
vj. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut ypocri
te triſtes extremi.em̄ fa.ꝛc̄.de elemoſina di
citur vero in eo dem.vj. Dū facis ingt ele-
moſinam no.tu.ca.ante te ſicut ypocrite fa
ciunt De oratōe autem dicitur in eodē.vj.
Cum oratis non eritis ſicut ypocrite quī
amant in ſinagogis et in angulis platearū
ſtantes orare Omnes predicti falſatores
cadūt et ſtant in obſcuro Similiter here-
tici dogmatiſant de nocte et ꝑ domos. ij.
Thi.iij. Ex his em̄ ſunt qui penetrant do-
mos et captiuas ducūt mulierculas onera
tas peccatis Et ſimiliter omnes ſupradci
falſatores ſm legem debent comburi et ſiſi
ter heretici quia eoꝝ moneta videtur au-
rea et non eſt.imo ſunt omnes falſi.qꝛ ali-
ud oſtendūt exterius et aliud interius. naȝ
exterius teguntur veſtimentis ouiū. intrin
ſecus autem ſunt lupi rapaces Quia ani-
mas volunt rapere ad infernum.ſm auteȝ
Aug⁹. Veſtimenta ouium ſunt ieiunia.ce-
teraq̄ȝ religionis ſigna innocentiam prece-
dentia. Quis vero dum viuit vt dicit Cri
ſoſto.pelle ſua contegitur.mortua do oue
alius tegitur pelle eius.ſic innocens ſue in
nocentie pelle tegitur.hereticus autem et
ypocrita dum ſimulate religionis ſignis te-
guntur quaſi pellem innocentis induūt. ij.
Thi.iij. Habentes quidem ſpeciē pietatis
virtutem aūt ei⁹ abnegantes. Et ideo lupi
dicuntur.quia in libro de natura animaliū
dicitur de lupis q̄ interdum emittūt voceſ
hominum et canum ne credāt lupi vt per
hoc poſſunt decipere et deuorare Act. xx.
Scio q̄ poſt diſceſſum meum introibūt in
vos lupi rapaces non ꝑcentes gregi. Dicū
tur aūt heretici lupi rapaces vel ſpirituali
ter corrumpendo. vel ſi poſſunt corꝑaliter
ꝑſequendo. Libenter eniȝ ſi poſſent catho
licos ꝑſequerentur.ſicut arrius fecit. cui⁹
conſilio omnes epiſcopi catholici ſunt i ex
ilium miſſi. Unde vix quattuor epiſcopi
ſunt inuenti qui ei reſiſterent.vt in eccleſia
ſtica hiſtoria continetur. ¶Moraliter au
tem nota q̄ falſi ꝓphete a quibus quotti-
die oportet nos cauere et qui quottidie no
bis falſa ꝓphetiſant duo ſunt ſecunduȝ du
plex genus ꝓphecie.ſ.dyabolus et cōcupiſ
centia carnis Eſt autem quedam ꝓphetia
de preterito vt dicit Aug⁹. vt Moyſes ꝓ
phetauit dicens. In principio creauit de⁹
celum et terraȝ.alia eſt de futuro vt Yſa.
dicit Ecce virgo concipiet et pariet filiū.



Falſus ꝓpheta de preterito dyabolus eſt.
ſuadet homini ſtare in peccato ſupbie. lu-
xurie et auaricie ꝛc̄. adducens in exem-
plum quoſdam viros preteritos qui predi
ctis peccatis peccauerūt.et tamen apō de-
um ſunt facti valde magni. Nam Paul⁹
peccauit peccato ſupbie.et factus eſt apl̄s
chriſti. Dauid peccauit peccato luxurie.et
tamen fuit ꝓpheta eximius. Mathe⁹ pec
cauit peccato auaricie.et tamen factus eſt
euangeliſta preclarus. Ex his autem argu
it in corde peccatoris q̄ iſta peccata ſint le
uia et deus ea leuiter punit. que ꝓphecia
tripliciter apparet falſa. ¶Primo qꝛ pre-
dicti viri non ſunt dati in exemplum peccā
di.ſed in exemplum a peccatis reſurgendi.
et non deſperandi Roma.v. Ubi abun. de
lic.ſupa.et gra. Quid ergo dicemus ꝑma-
nebimus in peccato vt gratia abundet ab-
ſit. Qui em̄ mortui ſumus peccato quomō
adhuc viuemus in illo. Et non ſicut aiunt
quidam nos dicere debem⁹ faciamus ma-
la et veniunt bona quoꝝ damnatō iuxta ē
Secūdo quia non eſt veꝝ q̄ peccatū leue
ſit quinimo ſup omnia eſt graui⁹ qō patet
quia in momēto fecit cadere de celo demo-
nes in terram vbi ſi tota terra eſſet in plu-
ribus diebus non deſcenderet. ¶Tertiō qꝛ
non eſt verum q̄ deus peccatuȝ leuiter pu
niat Nam peccatum ſupbie ſumme puni-
uit vt patet in demonibus et in primi parē
tibus. Peccatum vero luxurie valde pu-
nit vt patet in diluuio et in illis quinq̄ȝ ci-
uitatibus ſcȝ Zodoma et Gomorra et cete
ris. vt ptȝ Gen̄.xix. Peccatum autē aua-
ricie acriter puniuit. vtȝ in juda qui ꝓpter
auariciam ꝑdidit chriſtum.et ideo dyabo-
lus introiuit in eum et ſuſpenſus crepuit
medius et diffuſa ſunt omnia viſcera eius.
vt patet Act.j. ¶Falſus vero ꝓpheta de
futuro concupiſcentia carnis eſt que ſua-
det dicens Gaude in bonis mundi et p⁹ea
penitentiam agas. que ꝓphetia dupliciter
eſt falſa. ¶Primo quia in bonis mūdi. ſ.
in delitijs in diuitijs.et in honoribus non
eſt gaudium ſed afflictō Omnia enim iſta
et ſi nihil aliud mali haberent tamē ducūt
ad doloroſum ſententie.quia vel dimittunt
ꝑ aduerſam fortunam vel dimittūtur per
mortem Prouer.xiiij. Extrema gaudij lu
ctꝰ.viij. Et tandem ad inferos demergunt.
Job.xxj. Ducunt in bonis dies ſuos et in
punc.ad infer.deſcen. Secundo qꝛ quādo
homo dat ſe peccatis et dyaboli ſeruituti
non poteſt redire ad bonum ꝑ ſe. niſi ꝑ dei
gratiam ſpālem quia vt dicitur in pſal. ho
mo eſt ſpūs vadens ſcȝ in peccatum et non
redi. Exemplum de reti.in qō piſcis poteſt
intrare ſed non exire. Ro.viiij. Non eſt vo
lentis neq̄ȝ currentis ſed miſerentis dei. in
cuius figura dicit apl̄us in eodem vij. Nō
enim qō volo bonum hoc ago ſed quod
odi malum illud facio De his duobus ꝓ-
phetis dicitur Tren̄.ij. Prophete dixerūt
tibi falſa et ſtulta. Et ſic ptȝ primū. ¶Se-
cundo ponit ſigna ꝑ que poſſumus hereti
cos cognoſcere et ab eis cauere dicens. A
fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Quia cuȝ
heretici ſint mali et mala intendant in alijſ
generare non poſſunt facere bonos fruct⁹
Poſſunt tamē habere bona veſtimēta vt
ſtata ieiunia et humiles et ꝓlixas oratōes
ceteraq̄ȝ talia vt dictum eſt Et ideo atten-
dendū eſt vt dicit Aug⁹ Ne veſtimēta ꝓ
fructibus ponamus Sunt em̄ duo genera
opeꝝ hereticoꝝ ſcȝ occulta et manifeſta.
Omnia autem manifeſta ꝑtinent ad veſti
menta Occulta vero ꝑtinent ad fructus.
Fructus autē bonos quos enumerat apl̄s
Ad Gal.v. habere non poſſunt. qui ſunt
caritas.gaudium.pax.pacientia. longani-
mitas.bonitas.benignitas.manſuetudo.fi-
des.modeſtia continentia. caſtitas. Iſtos
xij.fruc. ſpūs ñ habēt heretici.ſed vt mali
et carnales faciūt opera carnis que. Apl̄s
Ad Gal. vbi ſupra annumerat dicēs Ma
nifeſta autem ſunt opa carniſ que ſunt for
nicatō.adulteriuȝ.immūdicia.impudicicia
luxuria.ydoloꝝ ſeruitus.veneficia.inimici
cia contentōnes.emulatōes.ire.rixe. diſſen
ſiones.ſecte.inuidie.homicidia.ebrietateſ.cō
meſſatōes.et his ſimilia.que predico vobiſ
ſicut ꝓdixi.quoniā qui talia agunt regnum
dei non conſequentur Iſti enim ſunt fru-

ctus hereticoꝝ Bonos autem fructus nõ intendunt nec faciunt nec facere poſſunt. Quia vt dicitur Ecci.xiiij. Qui ſibi neq̃ eſt cui bonus erit. Et de hoc ponit exemplum chriſtus in natura dicens. Nunquid colligunt de ſpinis vuas aut de tribulis ficus..q.d.non. Sic arbor bona.id eſt bon⁹ homo fruct⁹ bonos facit quia bonus homo habet virtutem in anima Virtus aũt eſt vt phus dicit.que bonum facit hñtem et opus eius bonũ reddit. Mala autẽ arbor id eſt.malus homo malos fruct⁹ facit Quia ſicut bona arbor non poteſt fruct⁹ malos facere manẽs bõa.ſic neq̃ȝ mala arbor poteſt fructus bonos facere manens mala.id eſt.bon⁹ homo manẽs bonus nõ poteſt fructus facere niſi bonos.et malus homo manens malus non poteſt fructus facere niſi malos. Poteſt autem bon⁹ homo fieri malus et malus fieri bonus et econuerſo. Quia vt dicit Auguſti. nix non poteſt calefieri poteſt autem liquefieri et fieri aqua calida. Similiter malus poteſt fieri bonus et tũc poteſt facere bonos fructus vt paulus et magdalena. Et ſimiliter bonus homo poteſt fieri malus et tunc facit malos fructus.vt petrus bonus fact⁹ eſt malus quia negauit chriſtuȝ. Sicut ergo omnis actio infideliũ mala vt dicit auguſtin⁹ que ab infidilitate procedit.ſic omnis fructus hominis mali malus qui ſcȝ a malitia procedit. Vnde homo malus inquantum malus non poteſt facere niſi malum. Et ſimiliter homo bonus inquãtum bonus non poteſt facere niſi bonũ. Bona enim arbor eſt bonus homo et bona eius voluntas. Vnde cum hec duo manent ſimul ſcilicet bona voluntas cum bono homine non poteſt fieri niſi bonus. Similiter mala arbor eſt malus homo et mala eius voluntas qua manente in homine nõ poteſt agere niſi malum etiam ſi bonum eſſet quod ageret.quia vt dicit ambro. Intentio tua ſpeciem ponit operi tuo. Moraliter autem ſpine dicunt̃ peccata. Prouer.xxiiij. Per agrum pigri hominis trãſiuit ecce totum repleuerunt eum ſpine.

Et hoc propter quattuor C. Primo quia mentẽȝ pungunt. Augu. Nullo temporis interuallo iſta diuiduntur vt quaſi alio tempore quis non faciat quod debet et alio patiatur.ne vel temporis puncto vniuerſalis pulcritudo turbet vt ſit in ea peccati dedecus ſine decore vindicte. Prouer.xiiij. Miſeros facit populos peccatum ad minus miſeria remordentis conſcientie et ſeruitutis dyabolice.quia que facit peccatum ſeruus eſt peccati. Ioh.viij. Secũdo quia ſe complectuntur per concomitãtiam vt ſpine.quia peccatum quod per penitentiam non deletur mox ſuo põdere ad aliud trahit vt dicit gre. Tercio quia fructum bonorum operum impediunt.ne fructificent in vitam eternam ſicut ſpine ſuffocãt triticum. Luc.viij. Simul exorte ſpine ſuffocauerũt illud. Propterea dicitur hieremie.iiij. Nouate vobis nouale et nolite ſerere inter ſpinas. Quarto quia ſunt materia ignis inferni ſicut ſpine ſũt materia ignis materialis. Yſay.xxxiij. Spine cõgregate igni comburentur. Spine etiam dicuntur diuitie vt ipſa veritas in luca dicit. Et hoc propter duo. C Primo quia mentem pungunt cogitationum ſuarum aculeis vt grego.dicit. Multa enim ſollicitudine et timore hominem affligunt. Eccs.v. Saturitas diuitis nõ ſinit eum dormire. Iob.xv. Sonitu terroris ſemper eſt in auribus eius.et cum pax ſit ille inſidias ſuſpicatur. Secundo quia ſunt materia ignis auaricie et cupiditatis. Quia ſicut ex appoſitiõe lignorum creſcit ignis.ita ex appoſitione diuitiarũ creſcit auaricia. Poeta. Creſcit amor nũmi quantũ pecunia creſcit. Spine etiam dicuntur tribulatiões. Oſee.ij. Sepiam viam tuam ſpinis. Sed de his ſpinis dulcis fructus colligitur ſi patietur tolleretur.quia patientia opus perfectũ habet vt dicit iacobus. C II. Notandum autem in in de ni⁹ membri quod bone arboris.id eſt.boni hominis.xij.ſunt fruct⁹ de quibus dicitur apoc.xxij. Ex vtraq̃ȝ parte fluminis lignum vite afferens fructus xij C Primus eſt bonorum temporalium



multiplicatio. Yſa.j. Si volueritis et audiſtis me bona terre cõmedetis. Prouer.xiij. Cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris. Secundus ẽ omnium rerum bonus euentus quia tam proſpera q̃ȝ aduerſa ſeruiunt ei et ad ſalutem cooperantur Ro.viij. Diligentibus deuȝ omnia cooperantur in bonum. Tercius eſt bonoꝝ ſpũalium continuũ incrementum. Prou.iiij. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendẽs creſcit et proficit vſq̃ȝ ad perfectum diem. Quartus eſt eorundẽ radicatõ et habituatõ quia cum habitus generetur ex actibus. multiplicacõ actuũ confirmat habitũ et radicat ita q̃ homo poſtea de facili bonũ operatur. Math.xj. Tollite iugũ meum ſuper vos iugum enĩ meũ ſuaue eſt et onus meum leue Propterea dicit Apłus Ad Eph.iij. In cari.radicati et fundati Quintus eſt ſpũalis conſolatõ Yſa.lxvj. Ego cõſolabor vos Ioh.xvj. Iterꝝ autem videbo vos et gaudium cor veſtrum. Sextus eſt ſecretoꝝ diuinoꝝ reuelatõ Io.xv. Quecunq̃ȝ audiui a patre meo no.fe.vo. Amos.iij. Non facit dñs verbum niſi reuelauerit ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos prophetas Septimus eſt bonoꝝ opeꝝ iocunditas et exultatõ Naturalis enim iocunditas eſt in bonis operibus ſicut naturaliter hõ in filijs iocũdatur.naȝ bona opera hominis ſunt quaſi filij eius Pſalmiſta. In operibus manuũ tuaꝝ exultabo. Octauus eſt de victoria inimici tripudiũ et exultatõ Yſa.ix. Letabũtur coram te ſicut exultant victores capta preda. Nonus eſt fomitis et cõcupiſcentie mali debilitatõ quia per bene operari concupiſcentia mali debilitatur et incipit diſplicere. Decimus eſt experientie boni eruditõ. Ecc.xxxiiij. Qui non eſt expertus.pauca recognoſcit.propterea dicit pſ. Guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dominus Vndecimus eſt cognitõis diuine per contemplatõem prelibatõ. Gene.xxxij. Vidi dominũ facie ad faciem et ſalua facta eſt anima mea. Duodecimus eſt ſpei roboratõ Gre. Tanto ſpes in deũ ſolidior ſurgit q̃to quis pro eo grauiora ſuſtinuerit Et ſic patet ſecũdum. C Tercio ponit iudicium qđ bene agere non curantib⁹ fiet

quia omnis arbor que non facit fruct.bo. exci.et in ig.mit. Nimis eſt enim intollerabile q̃ homo nõ fructificet et maxime xpianus cum ſit poſitus in nobiliſſimo orto eccleſie dei qui quotidie aquis gratiaꝝ irrigatur et beneficium ſolis iuſticie ſcȝ chriſti ſemper eſt ibi et omnium ſtellaꝝ celi.id ẽ. omnium ſanctoꝝ et angeloꝝ.et lune.id eſt. beate virginis Creditur enĩ q̃ vinee engaddi.vbi naſcitur balſamum.proferant balſamum propter virtutem conſtellatõnis que ibi operatur cum in nullo alio loco mundi naſcatur Similiter terra eccleſie optima ẽ vtpote ſuper pinguedine bonitatis et meriti chriſti fundata Ezech.xxxvj. Terra illa quondam inculta facta eſt ortus voluptatis Exemplum ſicut in orto regio ñ dimittitur arbor ſterilis ſed amputatur.ita deus qui eſt colonus totius eccleſie arborẽ ſterilem eradicat Et hoc eſt q̃ chriſtus ponit exemplum Lu.xiij.de arbore fici quã quidam habebat plantatam in orto ſuo Qui ait Ecce tres anni ſunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac.et non inuenio ſuccide ergo illam vt quid ter.etiã occu. Et ait colonus Domine dimitte illaȝ et hoc anno vſq̃ȝ dum veniam et fodiaȝ circa illam et mittam ſtercora et ſiquideȝ fecerit fructum bene.ſin autem in futuꝝ ſuccides illam. Arbor iſta eſt homo.tres aũt anni ſunt tria tempora ſcȝ tempus legis nature.et legis ſcripture et gratie. In iſto verbo tercio anno eſt ficus et arbor tota letaminata.i.repleta omni gratia et virtute.et ideo ſi in primis duobus temporibus ſiue annis homo non fecit fructum magis tollerandum fuit Sed in iſto tercio tempore ſiue anno q̃ homo non fecit fructum nullomõ eſt ferendum Omnis ergo qui in [illegible] tercio tempore ſiue anno fructum non f[illegible] detur et in ignem mittetur Vbi [illegible] penam ponit ſcȝ excidi et in ignem [illegible] Sed prima ſcȝ excidi ſupple a deo et a ſcoꝝ conſortio eſt ſine compatõne maior pena ſecunda ſcȝ mitti in ignem Criſ. Due pene ſunt ſcȝ excidi et comburi. Multi autẽ gehennam ſolum abhorrẽt Ego aũt ſuȝ caſũ

glorie multo amariorē penā gehenna eſſe.
dico. Intolerabilis quidē pena eſt gehēna
Sed quis mille ponat gehennas nihil tale
quale ē a beata illa gloria excidere ⁊ odio
haberi a chriſto. Omnis ergo arbor debet
fructum facere bonum tā layc⁹ ꝙ̄ cleric⁹
ꝙ̄ etiam religioſus ¶ Debet em̄ laycus eſſe
oliua ferēs.xij.fructus opum miſericordie
Lu.vj. Eſtote miſericordes q2 iud.ſine.mi
ſi.ei.qui non fa.mi.vt dr iac.ij. Cleric⁹ dz
eſſe vitis in puritate conſciencie ſacrificās
vinum et in ſanguinē xp̄i cōuertēs. Quia
vt dicitur.j.cor.xj. Qui autem mādu.⁊ bi
indig.iu.ſi.mā.et bi. Religioſus debet eſſe
ficus ferēs.dulcem ⁊ ſuauē fructū. Piere.
xxiiij. Quid tu vides Pieremia. Ficus bo
nas bonas valde.⁊ malas malas valde.
Qui boni religioſi ſunt boni valde ⁊ mali
ſunt valde mali. Auguſ. Sicut non inueni
meliores ꝙ̄ q in monaſterijs pfecerunt.ſic
non ſum exptus peiores ꝙ̄ qui in monaſte/
rijs defecerunt. Math.v. Vos eſtiſ ſal ter
re.qd̄ ſi euanuerit in quo ſalietur ad nihilū
valet vltra niſi vt mittatur foras et conculce
tur ab omnibus. Sicut em̄ ſal omnia con/
dit ſed putrefactum nihil penitus valet. ſz
ab hominibus conculcatur.ſic boni religio
ſi totum mundū condiunt ſed diſſoluti ab
omnibus conculcantur ¶ M. Moraliter
autem ad edificationem noſtrā.notāda ſūt
decem circa arborem ¶ Primum eſt pfun
ditas in radicibus. Auguſti. Arborem attē
dite.radicem figit in humili et verticem tē
dit ad celum Sic nos i radice humilitatis
pfūdari debemus ſi volumus vſqz ad celū
exaltari. Lu.xiiij. Qui ſe.hu.ex. Gregori.
Origo virtutum humilitas eſt Illa in no
bis virtus veraciter pullulat que in radice
humilitatis pdurat Quātum arbor pfun/
[illegible] radicibuſ tm̄ creſcit in altū ſic quā
[illegible]mo ſe humiliat tm̄ exaltabitur
[illegible]ſt rectitudo in ſtipite.ſic et nos rec
[illegible]cedere debemus. Eſt autē rectum ſecū
dum pħm cuius medium non diſcripat ab
extremis. Extrema aūt hominis ſunt ort⁹
et mors.que ſunt magne pauptatis. Job.j.
Nudus egreſſus ſum de vtero ma.m.et nu

dus reuer.il. Magne vilitatis quia vilit
naſcitur et viliter moritur.et magni plan/
ctus Sap.vij. Similem vocem omnibus e
miſi plorans Tunc ergo homo ē arbor re
cta quando mediū ſuum concordat cuz ex
tremis et paupem vitam gerit Thom.iiij.
Paupem vitam gerimus. Math.v. Bea
ti pauperis ſpiritu. Diues autem ſicut ca/
melus qui eſt depilſus in cauda et capite.et
habet gippum in medio et ideo n̄ eſt rect⁹
nec valet intrare in regnum dei Mat.xix.
Facilius eſt camelum p foramen acus trā
ſire ꝙ̄ diuitem intrare in regnum dei Simi
liter tunc homo eſt arbor recta quando vi
lis Et abiectuſ vult eſſe in mūdo ſicut vi
liter natus eſt et viliter morietur Ecci. x.
Quid ſupbis terra et cinis.quaſi d. De ter
ra factus es. et in cinerem debes reuerti.
quare ergo in medio ſupbis Similiter tūc
eſt homo arbor recta quando tota vita ei⁹
eſt cum fletu ſicut natiuitas eius et mors.
Pſal. Fuerūt mihi lacrime mee panes die
ac nocte Peccatores autem ſunt diſtorti.
quia vitam ſuam volunt in magna leticia
ducere Job.xxj. Ducūt in bo.di.ſu ⁊ i pū.
ad infer.deſcen. Incendūt etiaz incuruati.
quia totum deſiderium ad terrena deflectūt
Pſal. Oculos ſu.ſta.decli in ter. ¶ Terci
um eſt vniuerſitas in ramis ad fructifican
dum quia non in vno ſolo ramo ſed in om
nibus pducit fructum.ſic et nos omnibus
mēbris noſtris debemuſ fructificare vt dic
tum eſt in pcedenti ſermone Ro.vj. Sicut
exhi.men.ve.⁊c̄. Quartū eſt electō oportu
ni tempis ad fructificandum quia arbor q
ppter intemperiem hiemis ab opatōe ceſſa
uit redeunte vere incipit opari ſic et nos ſi
aliquādo ppter aliqd̄ impedimentū nō poſ
ſumus opari tamen quando poſſum⁹ opa/
ri debemus Gal.vj. Dum tempus ha.op.
bo.ad omnes Eccs.ix. Quodcunqz poteſt
ma.te.fa.inſtan.opa.⁊c̄. ¶ Quintū eſt or/
dinatō opationis diuine quia arbor nō fert
alios fructus quā deus ordinauerit vt ptz
in hoc euangelio.quia ſpine nunq̄ faciunt
vuas ſed moros Pſal. Preceptū poſuit
et non preteribit. Similiter nos debemus



facere Solus homo malus et dyabol⁹ or/
dinatōem dei tranſgrediuntur Job.xv.cu
currit aduerſus deum erecto collo. ¶ Sex
tum eſt vehementia adheſionis ad terram
vnde habet alimentum. Nam vehementer
adheret terre et nō vna radice ſed pluribuſ
ſm pħm em̄ radix plante eſt ſimilis ori ani/
malis Sic et nos vehementer debem⁹ deo
adherere a quo habemus vitam anime ⁊
corpis et non ſolum p fidem et ſpem ſed p
caritatem iuſticiam et p omnes virtutes.
Math.xxij. Dilige dn̄m deum tuū ex toto
corde tuo et ex tota anima tua et toti.vi.
tu. ¶ Septimū eſt indigentia culture.nā ar
bor cultura indiget Unde pħs dicit. ꝙ oēs
ſpecieſ plante quando non fuerunt culte ſil
ueſtres fuerunt. Vn̄ Noe non aliter plan/
tauit vineam niſi quia vites ſilueſtres ad
culturam reduxit Sic et noſipſos excolere
debemus ne quaſi arbores ſilueſtres efficia
mur. Jo.xv. Omnem palmitem in me fe/
rentem fructum tollet eum et omnē q fert
fructum purgabit eum vt fructū plus af/
ferat Sic accidit de anima ſicut de corpe.
quia niſi lauaretur et mundaretur feteret.
¶ Octauum eſt bonitas fructus.nam ſm
pħum arbores ſilueſtres plus fructificant
ꝙ̄ ortenſes. ſed ortenſes faciunt meliorem
fructum.ita et nos debemus intendere. bo
nitati opum et non pluralitati.quia illa vi
dua que miſit duo era minuta in gazophila
cium plus omnibus miſit vt chriſt⁹ dixit.
Lu.xxj. Pſal. Secundū puritatē manuuz
me.retri.mi.et non dicit ſcd̄m multitudinē
¶ Nonū eſt inſertō melioris arboris nā in
trunco ſilueſtri inſeritur ſurculus bone ar/
boris et poſtea tota arbor eſt bona Sic et
nos in veteri et ſilueſtri homine debem⁹ in
ſerere bonam doctrinam et bonam vitā. et
tunc erimus bona arbor Ja.j. In māſue/
tudine ſuſcipite inſitum verbum qd̄ poteſt
ſaluare animas veſtras Ro. Tu autem cū
oleaſter eſſes inſertus es in bonaz oliuā
¶ Decimum eſt inclinatio ramoꝝ ad terram
ex fructuum vbertate quia q̄to rami arbo
ris magis fuerint fructibus onerati. tanto
magis ad terram inclinant.ſic et nos q̄to

plura bōa fecerimus humiliores eſſe debe
mus. Lu.xvij. Cū omnia feceritis que pre
cepta ſunt vobis di.quia ſer.inuti.ſu. quia
omnia illa bona ex gratia dei pcedūt.j.co.
iiij.quid habes quod non accepiſti ſi autē
accepiſti quid gloriaris quaſi nō acceperis
⁊c̄. Et ſic patet terciū. ¶ Quarto ponitur
ſufficientia illoꝝ qui bene docent et male
viuūt quia non omnis qui dicit mihi don i
ne dn̄e intrabit in regnū celoꝝ.id eſt. qui p
dicant et cōfitentur chriſtū eſſe dominū ce
li et terre et creatorē omniū et redemptorē
hominū et omnia illa predicant et cōfiter.ꝙ
que vera fides tenet non tamen que predi
cant faciunt Math.xxiij.dicūt em̄ et n̄ fa/
ciunt tales ſunt ſicut candela que illumiat
alios et ſeipſum conſumit Sed de Johan
ne baptiſta dicit Johan.v.ꝙ erat lucerna
ardens in ſe per caritatis feruorem ⁊ lu
cens alijs p veram doctrinam et bonorum
operum edificationē Et de xp̄o dicit ꝙ ce/
pit ieſus facere et docere Act.j. Tales fi/
gurati ſunt p ficum habentem ſolum folia
cui xp̄us maledixit que ſtatim aruit Mat.
xxj. Nam verus pdicator debet eſſe factor
verbi quod predicat Quia vt dicit Gre.
Cuius vita deſpicitur reſtet vt eius doct.
cōtemnatur Ro.xv. Non enim audeo ali/
quid loqui eoꝝ que p me nō efficit chriſt⁹
Huius figura patet in Exo. de rationali
veritate et doctrine qd̄ ſtabat i pectore ſa
cerdotis Et nota ꝙ quidam dicūt tantum
ſemel dn̄e qui ſcz chriſtum habent ſolū in
ore pdicando et confitendo Yſa.xxix. Po
pulus hic la.me ho.cor autem eo.lon.eſt a
me Alij dicūt bis domine qui ſcz credunt
corde et confitentur ore ſed ope contradi/
cunt. Thi.j. Confitentur ſe noſſe deū fcis
autem negant Alij dicūt ter domine quod
non fit niſi in ſpūſancto Gloſa ter [illegible]cere
dominus ieſus eſt in corde credere o[illegible]
fiteri et ope atteſtari Nam vnum ſine [illegible]
ro eſſet negare Et ſic intelligitur illud Jo
helis.ij. Omnis quicunqz innocauerit no
men domini ſaluuſ erit. Dicere ergo bis vl
ſemel non ſufficit ad introitum regni celo/
rum Et ſic patet quartū et pāter totum.

## De epiſtola ſermo LXXXI

D Ebitores ſumus non carni vt
ſm carnem viuamus. Ro. viij
De vita et modo viuendi ma
gna eſt controuerſia inter mū
danos et viros dei Nam mundani dicūt ⁊
male. ꝙ ſcōm carnem debemus viuere ⁊ de
ſideria carnis pficere quia ob hoc fcā ſunt
bona mūdi. vt ipſis ad noſtꝝ cōmodū ⁊ vti
litatem vtamur. Et ideo ſarraceni qui to-
taliter ſunt mūdani dicunt. ꝙ omni re et oī
actu poſſumus vti in quo non iniuriamur
primo nec directe cōtumeliam inferimus.
Viri autem dei a ratōe et ſpūſancto illumi
nati dicūt et bn̄. ꝙ ſm carnē ñ debemus vi
uere nec eius deſideria pficere ſed ſcōm rō-
nem et ſpiritūſanctū De hac autem mate-
ria determinat Apl̄us in epl̄a hodierna. in
qua quidem epl̄a quattuor facit. Primo
dicit ꝙ non ſm carnē debem⁹ viuere ⁊ am
bulare. In principio epl̄e Secūdo vtriuſ-
qȝ vite finem et fructum nititur aſſignare
ibi Si ſm car. vixe. mo. ſi autē ſpū fac. car.
mo. vi. Tercio oñdit ꝙ viuere ſm ſpiritum
et non ſm carnem poſſumus congrue face
re ibi. Quicunqȝ em̄ ſpū dei aguntur hi fi
lij ſunt dei. non em̄ accepiſtis ſpiritū ſerui-
tutis iterum in timore Quarto teſtimoniū
ſpūſſancti Apl̄us quoddam quod in tercio
membro dicit ſcilicet ꝙ nos qui ſpiritu dei
agimur ſumus filij dei ſatagit confirmare
et ſi filij et heredes ibi. Ipſe em̄ ſpūs teſti-
moniū reddit ſpūi noſtro ꝙ ſumus filij dei
Si autem filij et heredes. Primo ergo
dicit ꝙ ſm ſpiritum et non ſm carnē debe
mus viuere. et hoc eſt qd̄ dicit Debitores
ſumus non carni vt ſm carnem viuamus
id eſt. ſcōm deſideria carnis et voluptates.
que legi dei non ſunt ſubiecta. imo ſunt peſ
ſima deſideria et peſſima opa carnis. Gal.
v. Manifeſta autem ſunt opa carnis que
ſunt fornicacio. adulteriū. immūdi. impudi
ci. luxuria. ydoloꝝ ſeruitus. auaricia. et ſic
de alijs vt ptȝ in precedenti ſermone Et ſic
patet primū. Secundo vtriuſqȝ vi

te finem et fructum aſſignat qui eſt mors
et vita Mors enim eſt finis et fructus vi
te carnalis et vita eſt finis et fructus vite
ſpūalis. qꝛ ſi ſm deſideria carnis vixerimus
moriemur triplici morte ſcȝ morte nature
citius Ecci. xxxvij. Propter crapulā mul
ti obierunt. Morte culpe qꝛ gula et luxu-
ria ſunt duo capitalia vicia pter que ani
ma ſepatur a deo et remanet mortua. pmo
Thi. v. Vidua que in delitijs ē viuēs mor
tua eſt. et morte pene eterne. Sic mortuus
fuit diues epulo et ſepultus in inferno Lu
ce. xvj. Si autem ſpū facta carnis mortifi-
caueritis. id eſt. ſi a ſpiritūſancto ducti ⁊ p
pter vite eterne amorem. et non pter va-
nam gloriam et auariciam et ſanitatē cōſe-
quendam vel pter quodcūqȝ aliud carna
le cōmodum vt multi faciunt mortificaue
rimus membra noſtra p opa noſtra ſcilicet
p opera penitētie ita ꝙ i opa carniſ non p
rumpantur viuemus triplici vita ſcȝ vita
nature diutius Ecc. xxxvij. Qui abſti. eſt
ad vi. Vita gratie. Math. xvj. Si qs vult
poſt me venire. id eſt. in vita gratie mecum
eſſe abne. ſe. id eſt. vitam carnalem crucifi-
gat Gal. v. Qui autem ſunt chriſti car. ſ.
cru. cum vi. et cōcu. Et vita glorie. Mat.
v. Beati paupes ſpiritu. et beati qui lugēt
et beati qui pſe. pa. ⁊c̄. quoniam ipſoꝝ ē re
gnum celoꝝ Ibi ponūtur ſeptem beatitu-
dines. i. ſeptem opatōnes pcedētes a ſeptē
donis ſpūſſancti quas habent viri ſancti.
qui membra ſua mortificant ſup terram p
pter quas repromittitur eis regnum celoꝝ
Sic ergo patet ꝙ ſi ſubtiliter conſiderem⁹
conſideramus ꝙ qui viuit ſecundū carnem
incurrit omne malum et priuatur omni bo
no quia cum finiſ includatur in ſe vir omniſ
mali. et triplex vita ſit finis omnis boni. et
viuens ſm carnem incurrant hanc triplicē
mortem ⁊ priuetur ſupradicta triplici vita
manifeſtum eſt ꝙ talis ſic viuens ſm car-
nem incurrit omne malum ⁊ priuatur om-
ni bono Ecci. ix. Qui pec. in vno vitā bo-
nam pdit. et econuerſo. qui viuit ſm ſpiri-
tum priuatur omni malo. et conſequenter
omne bonum. Ecci. viij. Qui cuſtodit mā



data nō experiet quicq̄ mali. M Io-
tandum autem ꝙ pter octo non debemuſ
ſcōm carnis impium et eius deſideria viue
re ſed ſm ſpiritū. Primo pter diuinuȝ
ordinem conſeruandū. nam deus inſtitutor
nature ordinauit ꝙ caro tanq̄ ancilla obe
diret et anima tanq̄ dn̄a imparet Gen̄. iiij
Sub te erit appetitus eius et tu dominabe
ris illius Cum autem ſm carnem viuimuſ
caro dn̄atur et anima ſeruit Prouer. xxx.
Per tria mouetur terra et quartū ſuſtine
re non poteſt p ſeruum cū regnauerit ⁊c̄.
Secūdo pter hoſtem vitandum. nā ca
ro eſt hoſtis noſter occultus. et mortifera
quaſi ſalutifera conſulit Gal. v. Caro con
cupiſcit aduerſus ſpūm Sed vt dicit Gre
gorius nullus hoſtis efficacior eſt ad nocē
dum q̄ familiaris inimic⁹. ⁊ ideo nullo mō
eſt carni obediendū ⁊ credendū. Ecci. xij.
Ne credas inimico tuo ineternū. Tunc ve
ro creditur carni qñ eius deſideria pficiū-
tur. Exemplum de. Sampſone qui cōfiſuſ
eſt in dalida que ſignat carnem et deſideriū
eius pfecit et dormiuit in ſinu eius. et ideo
fuit captus et ligatus et excoculatuſ Iudi.
xvj. Tercio pter falſum iudiciū euadē
dum Caro em̄ eſt. corrupta et infecta cōcu
piſcencia mali anteq̄ nata. et quia natura-
liter eſt corrupta indicat dulcia eſſe amara
et amara dulcia ſicut febricitans. Auguſti.
Palato non ſano pena eſt panis qui ſano
eſt ſuauis. et oculis egeris odioſa eſt lux q̄
puris eſt amabilis. et non eſt ei credendum
nec que appetit tribuenda ſicut freneco vł
febricitanti non ſunt danda que petūt. qui
autem ſm carnem viuit in oīb⁹ credit car
ni. Quarto pter debitum exoluē
dum Nos enim habemuſ magna debita ex
ſoluere et multis mſta tenemur Sum⁹ em̄
primo obligati deo pter innumera benefi
cia. Nam ad imaginem ſuam nos creauit
et de manu dyaboli p mortem ppriam nos
redemit Iohs. Vado parare vobis locum
Secūdo beate Marie. quia p eam ſumus
valde exaltati. ſumus deo recōciliati ⁊ om
ni maledictōne que p feminam nobis pue
nerat excluſa ſumus dei benedictōnē conſe

cuti. et omni gratie ſumus reſtituti Iudit.
Tu gloria hieruſalem. tu leticia iſrael. Tu
honorifica populi ⁊c̄. Tercio ſanctis ange
lis quia in prelio quotidie nobis aſſiſtunt
totum orbem ad noſtrum cōmodū ordināt
et in morte animas noſtras ad celum defe-
runt Hebre. j. Omnes em̄ ſunt adminiſtra
torij ſpūs in miniſterium miſſi pter eos
qui hereditatem capiunt ſalutis. Quarto
beatis apl̄is qui noſ ab ydolatria et mſtis
erroribus remouerunt. quia nos in baptiſ-
mo in dei filios regenerauerūt ⁊ a peccatis
omnibus abſoluerūt. Math. xvj. et qdcūq̄
qȝ ſolueris ſup terram erit ſolutum et i cel
Quinto ſanctis martiribus quia per fideȝ
per quā ſaluamur feruenter defenderūt. qꝛ
nos ad bellum animauerunt Math. xvj. et
porte inferi non pualebunt aduerſus eam.
Sexto beatis confeſſoribus qꝛ nos ad pie-
tatis opa ſuo exemplo induxerunt quia no
bis viam pfectōnis oſtenderunt. quia nos
in moribus et doctrina erudierūt Mathei
Vos eſtis lux mundi et vos eſtis ſal terre.
Septimo ſanctis virginibus quia dei eccle
ſiam tanq̄ gemme et picture ornauerūt. qꝛ
chriſto tanq̄ ſponſo nupſerunt et quia ſpi
ritualiter valde fecūde fuerūt et multos fi
lios et filias generauerūt. Yſa. Multi filij
deſerte magis q̄ eius que habet virū. Oc-
tauo debitores ſumus proximis noſtris qui-
bus tenemur dilectōem cordis ſubuentōeȝ
in neceſſarijs. e compaſſionem in aduerſis
Math. Eſtote miſericordes ſicut pater ve
ſter miſericors eſt. Nono debitores ſumus
diuine iuſticie cui debita magna debem⁹ ex
ſoluere et p pec̄atis que cōmiſimus et pro
bonis que omiſimuſ et p gratijs quib⁹ ma
le vſi ſumus Math. Oblatus eſt ei vnus
qui debebat ei decem milia talenta. Et ſic
patet ꝙ multis et ex multis ſumus obliga
ti et manga debemus exoluere nec valem⁹
et ideo quotidie in oratōe dominica peti-
mus Et dimitte nobis debita noſtra Ma-
thei. vj. Et vt didicimus ab expertis non
eſt onus ſup onus debitoꝝ maxime vſura-
rioꝝ Hic cadit exemplū de illo ſacerdote q
habebat optimū vinū et magna debita vſu

taria et nulli volebat de vino dare quia di-
cebat ꝙ deficiente vino quod ſoluebat ſibi
debita moreretur ꝓ eo ſcꝫ quia omni ma-
ne et ſero bibebat ſatis de illo vino ⁊ ꝑ cō-
ſequens faciebat cum letum et debitoꝝ ob
liuiſci Non ergo kariſſimi ſubeamꝰ debitū
carnis ad quod non tenemur vt ſecundum
carnem viuamus Viuere em̄ ſm carnē nō
eſt ſoluere debitum imo eſt addere debituꝫ
ſupra debitum. qui autem addit debitum ci-
ro conſumit ſubſtantiam ſuam et pꝰea mē-
dicat Exemplū de filio ꝓdigo qui poſtquā
conſumpſit ſubſtantiā ſuā. cuſtodiebat por-
cos et cupiebat implere vētrem de ſiliquis
porcoꝝ Prouer. xxiij. Vacantes potibus
et dantes ſimbola cōſumentur. ¶ Quinto
ꝓpter impoſſibilitatem vitandā. quia īpoſ-
ſibile eſt vt carni quis ſatiſfaciat quia q̄to
plura intendimus ei tanto vult plura ⁊ nū-
quā ſatiatur Prouer. xxx. Tria ſunt inſa-
tiabilia et quartū nunq̄ꝫ dicit ſufficit infer-
nus ⁊ os vulue ⁊ terra que nūquā ſatiat
aqua. ignis vero nūquā dicit ſufficit Ignis
iſte eſt concupiſcentia carnis. Que nun-
quā dicit ſufficit Iob. xxxi. Ignis eſt vſqꝫ
ad conſumatōem deuorans. Et ideo carni
faciendum eſt ſicut nequam ſeruo Eccl. xx
xiij. Seruo maliuolo tortura et compedes
mitte eum in opatōem ſi vacet Sexto ꝓ-
pter dignitatem obſeruandam Homo em̄
eſt digniſſima creaturaꝝ et eſt ſic ordinatus
vt dicit Boetius ꝙ ſi ſm ratōem et ſpūm
virtuoſe viuit transfertur ad deus id ē an-
gelos Si autem ſm carnis deſideriuꝫ viuit
infra beſtias redigitur et diuerſis beſtijs ꝯ-
patur Sen. Quoſdam ventri obedientes
loco animaliū numeremꝰ non hoīm. Ps.
Homo cum in honore eſſet non intel. cō-
para. eſt iumen. niſi et ſimilis fac. eſt illis.
Bern. Puto ſi beſtie ſcirent loqui dicerēt
ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis
¶ Septimo ꝓpter mala euadenda Nā vi-
uens ſm carneꝫ infinita mala incurrit. oīa
etiam bona conuertuntur ei in malum. et
baptiſmus et fides et meritū paſſionis xp̄i
et gratia dei et tempus et omnia bona na-
ture et fortune ita ꝙ vere de eo poteſt dici

illud Mar. xiiij. quod dictum eſt de Iuda
Bonum erat illi ſi natꝰ non fuiſſet homo
ille. Ei autem qui ſm ſpūm viuit omnia ꝯ-
uertuntur in bonum etiam mala ꝑ occaſio-
nem vt dicit Auguſtinus. Ro. viij. Diligē-
tibus deum omnia coopantur in bonum.
¶ Octauo non debemus ſecundū carnem
viuere ꝓpter penam euadendam et gloriā
conſequendam quia vt in ſecūdo membro
dictum eſt viuens ſm carnem conſequitur
omnem mortem in qua omnis pena conti-
netur Et viuens ſm ſpiritum viuet omni
vita in qua omne bonum et omne gaudiū
continetur Yſa. lxiiij. Ocu. non vi. de. abſ-
qꝫ te que prepa. expe. te. Et ſic patet ſecun-
dum. ¶ R. Tercio oſtendit ꝙ viuere ſm
ſpiritum et non ſm carnem poſſumus ⁊ de-
bemus. quia qui ſpiritu dei aguntur id eſt.
lege ſpūali a deo data et infuſa cordi agun-
tur interius. hi filij dei ſunt id eſt exterius
exteriori caritate bona opera faciūt Glo.
hi filij dei ſunt. i. ex dilectōne interiori ſer-
uiunt exterius. vere qui ſpūalia agūt hi fi-
lij dei ſunt non tamen creatōe ſed imitatō-
ne que facit filiū in bono Ephe. v. Imita-
tores mei eſtote ſicut filij cariſſimi. et ſimi-
liter in malo Ioh. viij. Vos ex patre dya-
bolo eſtis et deſideria patris veſtri vultis
facere Et nota hic ꝙ agi ſm Hōm et Da-
maſcenum ꝓprie brutoꝝ eſt que mouētur
impetu ad opꝰ nec refrenari poſſunt ī quo
notatur dn̄ium legis ſpūs vel potius do-
minium ſpūſſancti ꝑ legem ſuam ad ducen-
dum affectum vſqꝫ in opus exterius Act.
Quarto. Non enim poſſumus que vidimꝰ
et audiuimus non loqui. Vnde plus ē agi
quā regi importat enim vehementiā impe-
tus potentis Sic agebatur ieſus a ſpiritu
go eſt lex .i. ad quid data eſt lex et que eſt e
ius vtilitas. Et reſpondet ſtatim dicẽs ꝓp
ter tranſgreſſiones poſita eſt ſcꝫ reꝓꝛimen/
das et coercendas. Lex enim dicitur ꝯ ligã
do. vt ligaret freneticam naturam que ad
omnia vicia pꝛona erat. Geñ. viij. Pꝛoni
ſunt ſenſus hominis in malum ab adoleſcẽ
cia ſua. Vel ꝓpter tranſgreſſiones conuer
tendas vt homo qui de ſuis meritis ꝯfide/
bat acciperet pꝛecepta in quibus apte defi
ceret et ſic quereret ſaluatoꝛem . Et etiam
pꝛopter tranſgreſſiones multiplicãdas oc/
caſionaliter vt ſic videntes manifeſte quod
multiplicarentur peccata clamarẽt pꝛo ſal/
uatoꝛe habendo ꝓpter hoc enim data ẽ lex
duratura non ſemper ſed donec veniret id
eſt in carne appareret ſemen ſcilicꝫ abꝛae
cui repꝛomiſerat dominus. ꝙ per ipſũ eſſet
benedictio. Dicitur autem chꝛiſtus autem
ſemen. quia per ipſum eſt radix et oꝛigo õ/
nis boni. Yſa. vj. Semẽ ſanctum erit id qꝺ
ſteterit in ea ſcꝫ in maria . Si ergo tantũ

debebat durare lex que fuit per angelos oꝛ
dinata tanqꝫ per miniſtros et fuit data eoꝝ
miniſterio patet ꝙ eſt tempoꝛalis. vel per
angelos vt dicit gloſa .i. per moyſen et a/
lios miniſtros dei qui angeli dicũtur. Ma
lach. ij. Labia ſacerdotis cuius ſciaꝫ ⁊ le.
re. qui. de oꝛe ei⁹ quia angel⁹ domini exer/
cituum eſt. Oꝛdinata dico in manu medi/
atoꝛis. id eſt in poteſtate chꝛiſti. vt quãdiu
vellet ſtaret lex. vnde nõ erat ſtabilita ſim
pliciter. Math. vj. Dominus eſt filius ho
minis etiam ſabbati. Deut. xxxiij. In dex/
tra ei⁹ ignea lex. Iſte ergo mediatoꝛ chꝛi/
ſtus eſt. qui eſt deus et homo ideo non eſt
vnius nature. ſed duas naturas habet i ſe
ſcꝫ diuinam et humanam et hoc valde cõ/
uenienter quia ipſe debebat inter deum et
homineꝫ mediare. ideo cum vtroqꝫ debuit
conuenientiam habere. Aug⁹. Mediatoꝛẽ
inter deum et hominem opoꝛtꝫ aliquid ha
bere ſiſe. deo et aliquid ſiſe hominibus ne i
vtroqꝫ ſiſ hominibus longe fieret a deo.
aut in vtroqꝫ ſiſe deo lõge fieret ab homi/
nibus. Deus autem vnus eſt .i. Quis medi
atoꝛ iſte ſit deus et homo eſt tamẽ vnus ꝺ
us. et non ſunt plures dij. Iſte ergo media
toꝛ fecit pacem inter deum et hominem et
inter diuerſos populos ſimul. reducẽs eos
ad vnam fidem et ad vnam eccleſiam et ad
vnam legem euangelij. qui ante diuerſas le
ges habebant. nam gentiles habebant legẽ
nature et iudei legem moyſi. Lex autem e/
uangelij continet decalogum moyſi et legẽ
nature. et vtriſqꝫ multa ſuꝑaddit et multa
reſecat nam a lege moyſi reſecat cerimoni/
alia. a lege autem gentilium ſuꝑſtitões de
cultu et latria deoꝝ et veneratione creatu
rarum. Sic ergo mediatoꝛ iſte õnia redux/
it ad cõcoꝛdiam. Eph. ij. Ipſe enim ẽ pax
noſtra qui fecit vtraqꝫ vnũ . Et nota hic
quando debemus eum revereri et honora/
re cum ipſe ſit rex noſter et legifer noſter.
et iudex noſter. omnibus his conſueuerũt
homines magnam reuerentiam exhibere
Nota etiam hic de ſarracenis quantaꝫ re
uerentiam faciunt machameto ꝗ dedit eis
legem et iudei moyſi et miſeri chꝛiſtiani nõ



diligunt regem eorum. non honoꝛant legi/
ferum ſuum non timent iudicem ſuum. non
remunerant aduocatum ſuum ⁊ non recog
noſcunt beneficium mediatoꝛis ſui. Et ſic
patet tercium. ¶ Quarto mouet quandam
aliam queſtionẽ dicens . Lex ergo aduerſ⁹
pꝛomiſſa dei. Quaſi diceret. debebat dari be
nedictio et gratia que pꝛomiſſa erat in ſe/
mine abꝛae per quam iuſtificatio peccato
ris fieret et data eſt lex tranſgreſſionũ mul
tiplicatiua ⁊ maledictionem et iram dei nõ
obſeruantibus inducens cuius obſeruato/
res non inueniebãtur ergo videt ꝙ lex ſit
data cõtra id ꝙ deus ꝓmiſit abꝛae. Sed ip
ſe ſoluit dicens. Abſit ſcꝫ ꝙ hoc ſit verum i
mo lex eſt oꝛdinata in ꝓmiſſionem. quod ꝓ
bat. quia ſi lex data eſſꝫ que iuſtificaret vel
viuificaret. nunc lex eſſet contra pꝛomiſſio
nem. quia ipſam euacuaret cum ex lege na
ture eſſet iuſticia. ſic enim omnes querẽt le
gem cum in ea iuſtificarentur. et ſic poſſꝫ ꝯ
tingere ꝙ nullus per ſemen abꝛae iuſtifica/
retur. vel ſaltẽ ꝙ multi non iuſtificarẽtur.
Et tunc lex directe eſſet contra pꝛomiſſio/
ne. qua dictum eſt ꝙ in ſemine abꝛae õnes
debebant benedici. quia ergo lex non iuſti/
ficat ſed concluſit ſcꝛiptura .i. lex ſcripta õ
nia eſſe ſub peccato. oñdit omnia eſſe ſub
peccato et peccatoꝛẽ ex hoc lex oꝛdinat ad
pꝛomiſſionem vt pꝛomiſſo de iuſtificatõne
et hereditate habenda daretur credentibus
non ex operibus legis. ſed ex fide ieſu chꝛi
ſti .i. i ieſu chꝛiſto habita. ⁊ ſic nec ꝓmiſſio
legi. nec lex pꝛomiſſioni aduerſatur. Et ſic
patet quartum. ¶ Moꝛaliter autem ad e/
dificationem noſtram nota circa pꝛimam
partem epl'e vt dicit apl'us ꝙ qui filij ſunt
abꝛae ſcꝫ per ſanctam imitacionem benedi
centur cum fideli abꝛaã. et ideo ſi volum⁹
hanc benedictionem poſſidere. imitemur o
pera abꝛae. quia nõ filij carnales abꝛae be/
nedicentur niſi fuerint eum in fide ⁊ oꝑib⁹
imitati. Math. viij. Multi venient ab oꝛi
ente et occidente et recumbent cum abꝛaã
Yſaac et iacob in regno celoꝛum. Filij. aũt
regni eijcientur in tenebꝛas exterioꝛes. Y
Imitemur ergo abꝛaam in octo maximis

virtutibus quas habuit . ¶ Pꝛimo imite
mur eum in perfecta fide quã de vnitate ⁊
trinitate dei habuit. quia tres vidit ⁊ vnũ
adoꝛauit. geñ. xviij. Et quaꝫ habuit de in/
carnatione filij dei. Geñ. xv . Credidit a/
bꝛaã deo et re. eſt et ei ad iuſ. Quam fidẽ
oſtendit dum fecit eleazar iurare ponendo
manum ſub femoꝛe ſuo. quod acciperet y/
ſaac vxoꝛem de cognatione abꝛae. In quo
oſtendit ꝙ de femoꝛe ſuo aliquis maioꝛ de/
bebat naſci qui deus erat cum per ipſum
ſicut per deum fecit eum iurare. et quia om
nes ſaluantur per fidem ieſu chꝛiſti que ꝑ
mo fuit in pectoꝛe abꝛae. ideo anime ſanc/
toꝛum dicuntur requieſcere in ſinu abꝛae .i.
in luce et requie viſionis quam abꝛaam cõ
ſecutus eſt per fidem. quia viſio ſuccedit fi
dei. Lu. xvj. Factum eſt autem vt mo. mẽ.
et poꝛ. ab an. in ſi. ab. Habuit etiam fidem
viuam quia ipſam per opera oſtendit. No/
ſtra autem fides eſt valde imperfecta quia
ſi perfecte credem⁹ non peccarem⁹ .j. Ioh
iij. Qui credit in illum non peccat. Pꝛop
terea apl'i petebant dicentes. Domine adau
ge nobis fidem. lu. xvij. Vnde ſpirit⁹ dici/
tur mundum arguere de peccato. quia non
crediderunt in chꝛiſtũ. vtꝫ. ioh. xvj. Eſt e/
ciam fides noſtra moꝛtua. quia ipſa ꝑ bo/
na opera non manifeſtam⁹. Iaco. ij. Fides
ſine oꝑibus moꝛtua eſt. Et ſic per fidem qꝫ
habemus nec a malis declinamus nec bo/
na oꝑamur. Hec enim duo facit fides per/
fecta ſcꝫ declinare a malo ⁊ facere bonum
Hanc fidem habuit abꝛaam. ⁊ ideo repu/
tatum eſt ei ad iuſticiam. ¶ Secundo imi/
temur eum in vera ſpe. Nam cum eſſet cen
tenarius et ſimiliter ſara. non eſt infirmat⁹
in ſpe ſed veraciter ſperauit habere fili/
um quem de⁹ ei pꝛomiſerat. Ro. iiij. Qui
cõtra ſpẽ in ſpem credidit vt fierꝫ pa r mſ
tarũ gẽtiũ. Glo. Spes ꝑoꝛ ſm naturã fuit
dũ ꝺ iuuẽcula ſm naturã ſꝑauit ſobolẽ nec
tñ habuit. modo ꝯtrariũ iſti ſpei ſperauit .ſ.
vt vetul⁹ ꝺ vetula ⁊ ſteril' ꝺ ſterli generarꝫ
iumentis eſcam ipſoꝛuꝫ ⁊ pul. coꝛ. inuo. eũ.
Non enim confidit de dei pꝛouidẽtia q̃ dat
In vera aũt ſpe mirabiliter deficit mũd⁹.

pſal. Et ideo non abſtinet ab iniuſtis lucris. Item non confidit de dei miſericordia que omnibus offert veniam. ⁊ ideo confiteri nõ curat. Mathei. xviij. Quociens peccabit in me frater meus. ⁊ dimittam ei vſqꝫ ad ſepcies. Dicit illi iheſus. Non dico tibi vſqꝫ ſepcies ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties. Itẽ in eodem vndecimo. Euntes diſcite quid ẽ miſericordiam volo ⁊ non ſacri. Item non confidit de dei potencia vt ſuſtentet hominem in penitencia facienda ⁊ ideo penitẽtiã non curat facere. Contra quod Yſa. xl. ¶ Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem. Tercio imitemur eum in abundanti caritate que apparet in eo ꝙ primus cepit peregrinus hoſpitium exhibere. Item in eo ꝙ valde obnixe pro ſodomitis orauit ⁊ dicẽs quomodo orauit incipiens a quinquaginta vſqꝫ ad decem. geneſis. xviij. In caritate mirabiliter defecit mundus. quia oẽs que ſua ſunt querunt. ⁊ non inuenitur hodie dilectõ in patre ad filium. Hodie regnant in mundo duo amores. ſcilicet amor inordiatus vſqꝫ ad cõtemptum dei. ⁊ amor proprius vſqꝫ ad conſumationem chriſti. Et racio huius eſt. quia quantum abundãuit iniquitas refriguit caritas ¶ Oſee. iiij Maledictum ⁊ mendacium ⁊ homicidium ⁊ furctuꝫ ⁊ adulterium inundauerunt ⁊ ſanguis ſanguinem tetigit. ¶ Quarto imitemur eum in perfecta obediencia. que patet in eo ꝙ ad vnam vocem domini egreſſus ẽ de terra ⁊ de cognatõne ſua ⁊ reliquit patriam ⁊ parentes. ¶ Idem patet in eo ꝙ ad mandatum domini voluit vnicum filiũ ymmolare. Cogitemus quanta obediencia fuit iſta ⁊ apparebit imperfectõ noſtre obediencie ad deum qui tota die clamat vt mũdanis renunciemus. ⁊ mundum fugiamus. Quia totus mundus in maligno poſitus eſt ⁊ nihil prodeſt. Tota die clamat dominus. Agite penitentiam Mathei tercio. Tota die clamat vt vitemus conſanguineos ⁊ parentes. quia inimici hominis domeſtici eiꝰ Et ſi aliqui ſunt qui mundanis renunciẽt ⁊ relinquant patriam ⁊ parentes. faciunt ſicut vxor loth que retroſpexit ¶ Ita ꝙ corde ſemper ſunt circa mundana ⁊ conſanguineos ⁊ notos ¶ Contra quos dictum ẽ abrae. Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua. Cum tamen iam eſſet egreſſus ⁊ habitaret in aram. In cuius figura mandatum eſt in lege ꝙ ab animali immolando deberet amputari veſicula gutturis ⁊ proici. quia homo dedicans ſe deo debet proicere deſiderium mundanorum. ¶ Quinto ymitemur eum in pacifica conuerſatione. Unde ad loth ait. Ne queſo ſit iurgium inter me ⁊ te. ¶ Ecce vniuerſa terra coram te eſt. ſi tu ad ſiniſtram ieris ego dextram tenebo ⁊ cetera Geneſis. xiij. Hac pacifica cõuerſatõne omnino ⁊ totaliter caret mundꝰ ymo continuis guerris homines conſumũtur. ⁊ bona ipſorum deuaſtantur ⁊ anime ꝑduntur. Cuius ratõ eſt. quia perdita pace anime. ad deum nulla pace potiẽ hõ Iob. ix Quis reſtitit ei ⁊ pacem habuit. Sed ſi homo haberet pacem cum deo ⁊ ambularet ĩ via dei. deus daret ſibi omnem pacem Baruth. iij. Si in via dei ambulaſſes. habitaſſes vtiqꝫ in pace ſuper terram ¶ Sexto ymitemur eum in ſpũali circumciſione. que per carnalem eius circumciſiõne figurata eſt. vt ſcilicet actus vel opera noſtra circũdamus Hiere. iiij. Circumcidimini domio viri iuda. Hac circumciſione mirabiliter ĩdiget mundus. quia totus eſt diſſolutus ⁊ ĩ veſtibus ⁊ in domibus ⁊ in ludis ⁊ in omnibus operibus ſuis. Et ideo chriſtus voluit circumcidi vt in eo omnes chriſtiani ſpiritualiter circumcidantur. Septimo ymitemur eum in humilitate profunda ¶ Quia cum ita eſſet perfectus et ſingularis amicꝰ dei. ita vt de eius ſemine promitteret naſciturum filium ſuum. tamen in nullo ſuperbiuit. Sed magis eſt coram deo humiliatꝰ dicens. loquar ad dominum meum cum ſim puluis ⁊ cinis Geneſis. xviij. Peccator autem nihil penitus habens ſuperbit. Qui enim deum non habet qui eſt omnia omnino nihil habet Eccleſiaſticus decimo. Quid ſuperbis ter. et ci. ¶ Octauo ymitemur eũ in plena libertate. qr regi ſodomoꝝ iniuſte expoliato gr̃is ſuccurrit cũ vernaculis ſuis ⁊ recuperauit homines et predam de omnibus nihil recipere voluit. vt patet gen̄. xiiij. Sic ⁊ nos gratis iurare deꝰ violenter oppreſſos. ⁊ eripere eos de manu violentorum Iob. xxix. Conteram molas iniqui et de dentibus illius auferebam predam Sed heu hodie totus mundus venalis eſt. nec inuenitur qui gratis vel amore dei velit miſeris aſſiſtere. eciam ſacramenta eccleſie. ⁊ patrimonium crucifixi venduntur pecunia quod eſt maximum malum ⁊ perducens ad detrimentum ⁊ perditionem. Actuum. viij. Pecunia tua tecum ſit in perditõnem quoniam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et ſic patet totum de epiſtola.

## ¶ Dominica. xiiij. de euãgelio ſermo. Xcij.

Dum iret iheſus in ieruſalem trãſibat per mediam ſamariam ⁊ galileam. luce. xvij. Sicut dicit auguſtinus ¶ Magnus vtiqꝫ venit medicus. quia magnus vbiqꝫ iacebat egrotus. Totum quippe genus humanum egrotum valde iacebat in morte ſpũaliter ⁊ corporaliter. nec aliquis reperiebatur qui poſſet ipſum ſanare niſi filius dei pſal. Miſit verbum ſuum ⁊ ſanauit eos. Propterea eccleſia clamat dicens. Media vita in morte ſumus quem querimus adiutorem niſi te domine. Venit ergo filius dei ⁊ ſanauit omnes qui ad ipſum acceſſerunt Luce. vj. Uirtus de illo exibat ⁊ ſanauit omnes. Et ſicut tunc omnes ſanauit. ita quotidie ſanat omnes qui volunt in ipſum credere. Denarius quippe numerus eſt perfectus numerus vltra quem non proceditur ſed omnem continet numerum et ſignat ꝙ omnis multitudo hominum per ipſum chriſtum ſanata eſt. q per tranſgreſſionem decaligi ſunt infirmi. ¶ In hoc enim miraculo vniuerſitas peccatorum intelligitur per chriſtum fore ſanata et corporaliter et ſpũaliter. ſicut iſti vtroqꝫ modo ſunt ſanati vt ſancti dicunt Sed pauci hoc magnum beneficium recognoſcunt. nam de decem mundatis ſolum vnus rediit. gracias referens ieſu. ¶ Circa hoc miraculum euangeliſta quinqꝫ ponit per ordinem Primum eſt decem leproſorum chriſto in hieruſalem pergenti occurſus et obuiacio. In principio euangelij. Secundum eſt clamor ipſorum atqꝫ poſtulatio ibi. Qui ſteterunt a longe ⁊ leuauerunt vocem dicentes. Tercium eſt ipſorum clamancium exaudicio ⁊ curatio ibi. Quos vt vi. dixit. Ite oſtendite vos ſa. Quartum eſt vnius mundatorum regratiatio ibi. Unus autem ex illis vt vi. quia mun. eſt. Quintum eſt reliquorum nouem exprobratio ⁊ regraciantis commendatio ibi. Reſpondens autem iheſus dixit. Nonne decem mundati ſunt ⁊ no. vbi ſunt. vſqꝫ in finem. ¶ Primo ergo ponitur occurſus leproſorum ad iheſuꝫ in ieruſalem pergentem. Et hoc eſt. Dum iret iheſus in iheruſalem ⁊ cetera. Littera plana eſt. Nota ergo hic quattuor loca. ſcilicꝫ hieruſalem per quaꝫ intelligitur celeſtis patria. interpretatur enim viſio dei ſiue pacis. Samaria que interpretatur cuſtodia. quia cuſtodire nos debemus a multis. Galilea que interpretatur rota ſiue tranſmigratio. quia cauere nos debemus a rota fortune. et de vicijs ad virtutes. ⁊ de mundo ad celum tranſmigrare. Et caſtellum per quod eccleſia militans intelligitur munita virtutibus ⁊ cuſtodia angelorum. Debemus ergo trãſire per ſamariam id eſt per cuſtodiam noſtri ⁊ ſenſuum noſtrorum. et per galileam. id eſt per cautelam fortune ⁊ tranſmigrationem de vicijs ad virtutes. ⁊ intrare eccleſiam per fidem ⁊ caritatem. ¶ Et tandem ire cum iheſu ad hieruſalem id eſt ad viſionem dei. Et ſic patet primum ¶ Secundo ponitur clamor leproſorum atqꝫ peticio. ¶ Z. ¶ Ubi nota ꝙ ꝑ leproſos iſtos ſignantur peccatores volentes a domino curari. qui debent quinqꝫ facere que iſti fecerunt ſi volũt anime conſequi ſanitatem. Primo namqꝫ debent deo occurrere ⁊ ei cordis oſtium aperire quia ipſe ſtat ad oſtium ⁊ pulſat volẽs ad nos intrare. vt dicitur apo. iij. Et qũtum debemus ei occurrere. Certe paꝝ bernhar.

O homo non oportet te mare tranſnatare non tranſalpinare terram.ſed vſqꝫ ad cordiſ oſtiuꝫ ⁊ oris occurrere dño tuo.vſqꝫ ad cordis ↄpunctionem ⁊ oris confeſſionē.Et hoc notatur ibi.Occurrerunt.Scdo debent firmuꝫ propoſitū boni habere quod notaꝛ ibi.ſteterunt.Steterunt eñ in propoſito ꝑ boni ↄceptōnem.Hoc eñ neceſſario peccator cōuertendus debet habere ſcꝫ firmuꝫ propoſitum abſtinendi a malo ⁊ faciendi bonum. Exo.xv.Stetit vnda fluēs.i.peccator quaſi vnda maris fluens ⁊ effluens.qꝛ tunc ſtat qñ hꝫ firmum propoſitū abſtinendi a malo ⁊ ꝑſeuerandi in bono ⁊ hoc fit quando congregate ſunt abyſſi peccatoris in medio maris.i.amari cordis per conſideracōnem ⁊ cōpunctōnem. Yſa.xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aie mee Tercō debent habere de peccatis que fecerunt verecundiā ⁊ confuſionēꝫ. Et hoc notatur ibi.Alonge.Luc.xviij. Publica aūt alon.ſtans no.oculos ad ce.le. Idem patet de madaglena que ſtans retro non audebat ante accedere.Ecci.iiij. Eſt confuſio adducens peccatū. ⁊ eſt ↄfuſio adducens graciaꝫ ⁊ gloriam. Multi volunt conuerti ad deuꝫ ⁊ nullam confuſionēꝫ de peccatis aſſumunt ymo veniūt ad confeſſionē ridendo.Hebre.iij. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Quarto debent habere deuotam ⁊ lacrimoſam oracōnem. ¶ Hoc notatur ibi.Leuauerunt vocē ſuam. Treno.ij.Leuem⁹ corda noſtra cum manibus Iob.v.Voca ſi eſt q au.⁊ ad aliquē ſanctorum ↄuertere Aug⁹.O ſi poſſem⁹ hoies excitare ⁊ cum illis ꝑiter excitari.vt tales eſſemus amatores vite ꝑmanentis quales ſunt illi vite fugientis. Si hoies tantū deſiderarent mundari a lepra ſpūali ſicut a corporali cito eſſent mundati ⁊ grandia ꝓ illa facerent.iiij.reg.v. Et ſi rem grandē dixiſſꝫ tibi ꝓpheta certe facere debueras. Peccator ei valde indiget ſanctos orare. cum ipſe ſit ſpiritus vadens ſcꝫ ꝑ ſeipſum in peccatū. ſꝫ nō rediens ſcꝫ ꝑ ſeipſum. Vnde niſi precib⁹ ſanctoruꝫ iuuareꝛ.nunq̄ȝ de peccato exiret. Et ideo peccatores quotidie ↄuertunꝛ.quia eccleſia quotidie ꝓ eis orat. In cuius figura mandatum eſt in lege ꝙ leproſus per quem peccator intelligiꝛ deberet clamare ⁊ ſe immundū dicere. Quinto debent verā confeſſionem habere de chriſto.⁊ diſcretā petitōēꝫ ad ipſum confitentes ⁊ dicentes. Ieſu preceptor miſerere noſtri. Quia debent confiteri ꝙ iheſus eſt ſaluator hoim. ⁊ preceptor cui omnis creatura obedit ad nutuꝫ a quo nihil aliud debent petere niſi miſericordiaꝫ ⁊ gratiam ſuaꝫ.pſal.Miſerere mei deus ſecundū magnā miſericordiā tuam. Cum eñ peccator ſit totus plenus malis ⁊ vacu⁹ bonis.nihil eſt magis miſeꝝ q̄ȝ peccator.⁊ nihil eſt miſerius vt dicit aug⁹. peccatore nō miſerante ſeipſuꝫ.⁊ ideo abiſſus miſerie peccatoris debet abiſſuꝫ diuine miſericordie inuocare.pſal.Abiſſus abiſſuꝫ inuocat Quia miſericordia dei reſpicit miſeriā ꝑeccatoris Et ſic patet ſecundum. ¶ Tercō ponitur ipſoꝝ clamātiū exauditō ⁊ curacō. Vbi nota quattuor ꝟba dñi.ſ.vidit.dixit.ite ⁊ oñdite. Vidit miſerādo.dixit ꝑcipiendo ⁊ ↄſulendo ite obediēdo.oñdite vos ſacerdotib⁹ pctā ↄfitēdo. Iſtis quattuor mōis ſananꝛ pctōr a lepra aie. ¶ A. Prio eñ optet ꝙ deus reſpiciat pctōrem cui⁹ reſpect⁹ penetrat cor. Sic aſpect⁹ baſilici penetrat vſqꝫ ad cor ⁊ interficit hoiem. ſic reſpectus xpi penetrat vſqꝫ ad cor ⁊ dat vitā aie.Sic reſpexit dñs petꝝ ⁊ iō ſtati egreſſus foras fleuit amare ⁊ reuixit q erat mortu⁹. Hoc ē primū ⁊ optimū in iuſtificatōe pctōris.qd ſi hoc de⁹ nō facit pctōri induraꝛ ⁊ nunq̄ȝ ↄuertiꝛ. ⁊ ꝑ h⁹ ſubtractōēꝫ de⁹ dꝛ cor pctōris idurare Exo.iiij.Ego idurabo cor pharaōis. ¶ Secūdo oportꝫ ꝙ pctōr recipiat ↄſilia ⁊ ꝑcepta dei. vt ſciat quō ⁊ qd debeat agere ⁊ a malis cauere.qꝛ vt dꝛ iob.xxxvij. Oēs qppe iuoluimur tenebris.Et iō oportꝫ vt a deo iſtruaꝛ de ſalute ſua.Et ob hoc fili⁹ dei oñdit d celo vt nos veritatē docerꝫ Ioh.xviij.Ego i hoc nat⁹ ſuꝫ ⁊ ad hoc veni in mūdū vt teſtimoniū ꝑhibeā ꝟitati. Itē cū ſine fide ip⁹le ſit placere dō.ad heb.xj.Fides aūt ex auditu ⁊ ꝑ ꝟbū dī hēaꝛ.vt dꝛ ro.x.neceſſario optꝫ hoiem inſtrui ſi vult ſalutem conſequi. Et



ideo criſtus diſperſit apoſtolos per mundum vt homines docerent Marci.xvj. Eūtes i mundum vniuerſum predicate euangeliū. Propterea dicebat apoſtolus actuum.xx. Nō enim ſubterfugi quo minus annūciarē vobis omne conſilium dei ¶ Tercō oportet ꝙ peccator poſtq̄ȝ eſt inſtructus obediat preceptis dei ea obſuādo. Ioh.xiij. Si hec ſcitis beati eritis ſi ea feceritis Math.xviij Si vis vitā ingredi ſua mandata Eccleſia.viij.Qui cuſtodit preceptū non experieꝛ qcquā mali.Ergo ꝑ obſeruacōnēꝫ preceptorū hō ↄſequiꝛ vitā ⁊ gloriā.⁊ vitat mala ⁊ penas inferni. ¶ Quarto oportet ꝙ ſubijciat ſe peccator miſtris eccleſie.⁊ accipiat ab eis eccleſiaſtica ſacramenta.qꝛ q̄uis hō eſſet inſtructus de fide ⁊ oſeruaret precepta legis. niſi acciperet eccleſiaſtica ſacramenta non ſaluareꝛ Ioh.iij.Niſi qs renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto nō poteſt intrare regnū dei Hoc chriſtus oſtendit in ſauciato.queꝫ nec ſacerdoſ nec leuita.i.nec ſacrificia nec lex ſanare potuerūt ſed ſamaritan⁹.i.chriſtus ſanauit eum infundendo vinū ⁊ oleum.i. exhibendo eccleſie ſacramenta. qꝛ q̄uis deus aliter poſſet ⁊ ſine ſacramentis homines ſaluare.tñ hoc ſibi ſic placuit.Ordinauit enim vt nullus ſine ſacramentis ſalueꝛ que efficaciam hñt a paſſione chriſti.cuius virt⁹ nobis nō aliter applicaꝛ niſi mediantib⁹ ſacramentis. In cuius figura iſtis leproſis mundatis mandauit vt oſtenderent ſe ſacerdotibus.qꝛ peccatores debent ſe per veram ⁊ purā confeſſionē oſtendere ſacerdotib⁹ ⁊ recipe ab eis eccleſie ſacramenta Canti.ij.Oſtende mihi faciem tuā.i.ↄſcienciam tuā ſo.vo.tu.in.au.me. ſcꝫ ꝑ veraꝫ ↄfeſſionē Ecci.iiij. Preſbitero humilia aiam tuam. Et ſic mundaꝛ homo a lepra anime. Sed attende quia vt dicit ꝙ dum irent mundati ſunt. Vbi notandum ꝙ [illegible]quā peccator recipit reſpectum dei ad [illegible] per quem dolet de peccatis ⁊ proponit in poſterum abſtinere ⁊ bene agere.proponit eciam recipere eccleſie ſacramenta. ſtatim antequam facit in ipſo propoſito deus abſoluit eum ⁊ mundat a culpa ⁊ ſi ſtatim moreretur non iret ad infernum. Et tanta poſſet in eo eſſe contricio ꝙ abſolueretur a culpa ⁊ a pēa ſicut fuit in magdalena.nihilominus oportet ꝙ talis quantumcunqꝫ contritus cōfiteatur ⁊ recipiat eccleſie ſacra ſi aſſit facultas.quia non fuit ei dimiſſa culpa. niſi cum propoſito ea recipiendi cum poſſet ꝓpterea patet ꝙ in virtute ſacramentorum fuit ei dimiſſum peccatum. quia namqꝫ habuit propoſitum recipiendi ſacra.ideo fuit a peccato abſolutus.Sed vt dicit philoſophus propter vnumquodqꝫ et ipſum magis. Si ergo propter propoſitum recipiendi eccleſie ſacra peccator abſoluitur ergo ipſum abſoluunt eccleſie ſacramenta.⁊ multomagis in ſumptōne ſacramentorum peccator abſoluitur quaꝫ in propoſito ea ſumendi. Et ideo niſi ea reciperet eſſet mendax non faciens quod domino in corde promiſit ⁊ propterea ſi ipſe poſtea non facit quod dō promiſit.⁊ deus reuocat quod indulſit.quia frangenti fidem fideꝫ frangatur eidem vt dicunt iura.Et nota ꝙ in hac peccatoris iuſtificatōne quattuor concurrunt.que ſunt gratie infuſio.motus liberi arbitrij ad bonum cordis contritio de malo. ⁊ peccati dimiſſio quo ad culpam pſal. ¶ Commouiſti terram ſcilicet per gratie infuſionē et conturba.eaꝫ ſcilicet per cordis contricōnem.ſana contriciones eius ſcilicet peccati. remiſſionem. quia cōmota eſt ſcꝫ ꝑ liberi arbitrij aſcenſionem.Sed ſi peccator in ipſa cordis contricione abſoluitur anteq̄ȝ perueniat ad ſacerdotem vt hic innuitur quia dum irent mundati ſūt. quid facit poſtea ſacerdos ⁊ a quo abſoluit eum.Ad hoc dicendum ꝙ ſolus deus abſoluit peccatorem a culpa in ipſa cordis contricōe. Yſa.xliij.Ego ſum qui deleo iniquitatem tuam propter me ¶ Sacerdos autem oſtendit eum abſolutum. ¶ Abſoluit etiam eum a parte pene virtute clauium.

¶ Hoc ſic cōmuniter ſoluitur Sed hoc nūllo modo videtur ſufficienter dictum quia criſtus non dixit petro quecunqꝫ oſtenderis abſolutum ſed quecunqꝫ ſolueris.vt dicitur. Mathei.xvj. ſimiliter Iohannis.xx. non dixit quorum remiſeritis penas peccatoruꝫ ſed quorum remiſeritis peccata ⁊ cetera.

Item dictuȝ eſt hic immediate ſupra ꝙ in virtute ſacramētoꝝ que ↄferuntur a ſacerdote tanq̄ꝫ a dei miniſtro. que etiam in ṽbis a ſacerdote ꝓlatis cōſiſtūt que pccōꝛ ꝓponit ſumere remittit̄ ei pctm̄. Et ideo dicēdum ꝙ ſacerdos miniſterialiter ⁊ inſtrumētaliter peccatoꝛē a peccato abſoluit et non ſolum a peccato oſtendit abſolutū. Eſt eniȝ ſacerdos miniſter dei et eiꝰ inſtrm̄ animatū Et hoc optime oſtēdit xp̄us in lazari reſuſcitatione per quē pccōꝛ rediens ad dei graciam deſignat̄. queȝ xp̄us ſolus a mortuis reuocauit. ſed aplis mādauit vt eum ſolueret Et ſic patet ꝙ lazarus fuit a xp̄o reſuſcitatus. et ab apoſtolis abſolutus. Similiter ē in iuſtificatione peccatoꝛis. quem ſolus deꝰ ſuſcitata morte culpe reddens ei gratiaȝ ſuā ſed ſacerdos abſoluit euȝ a catenis peccatoruȝ quibꝰ pro tali culpa ligatꝰ tenebat̄. Exēplum rex vel poteſtas in ↄſilio abſoluit maleſactoreȝ qui tenetur in carcere in catenis et miniſtri regis vadūt ad carcerē et ex parte regis abſoluūt euȝ a carcere et catenis ⁊ remittūt eum in domuȝ eiꝰ et reddūt ei omnia bona ſua. Sic facit ſacerdos qui tanq̄ꝫ miniſter dei abſoluit pccōꝛē a catenis peccatoꝝ et reducit eū in ecc̄iam dei reddit ſibi bona ſua que añ peccatum fecerat et facit euȝ participem omniū bonoꝝ que fiunt in eccleſia et dat ei cibum vite manducare. ſcȝ corpus xp̄i et docet eum quomō debeat viuere et in via dei āmbulare et ſtare. Et ſic patet ꝙ magna habȝ ſacerdos facere in iuſtificatōe pccōꝛis. et non ſolum oſtēdere eum abſolutum. Et ſic per ea q̄ dicta ſunt. duo erroꝛes eliduntur. Primꝰ eſt hereticoꝝ qui dicunt nullum mūdari a pcc̄o niſi ꝑ impoſitōeȝ manus. cum tñ deus in ip̄a contritione coꝛdis pcc̄a dimittat. Scōus eſt pauꝑum de lugduno dicētium nō eſſe neceſſariū ſacerdoti confiteri. quia quilibet bonus criſtianus eſt ſacerdos. Et ſic patet tercium. Quarto ponit̄ vniꝰ de mūdatis regratiatio. quia vnus ex illis vt vidit ꝙ mundatꝰ eſſet regreſſus eſt Ubi quattuoꝛ notātur. Primū eſt bñficij ꝑcepti recognitō. quia vnꝰ vt vidit q̄ꝛ mundatus eſt. i. cognouit ſe a xp̄o eſſe mūdatum Sic peccato debȝ cognoſcere immēſum beneficium indulgētie pccōꝝ a peccato. et ſuꝑ omnia carū tenere. qđ nō faciūt qui pro nihilo ꝓſcīunt bñficium tale iteruȝ peccādo Scōm eſt feſtina ad benefactoꝛē regreſſio q̄ꝛ regreſſus eſt. Sic pccōꝛ poſtq̄ꝫ mundatꝰ eſt debȝ redire ad deuȝ ꝑ plenā ſatiſfactionē Sic redijt magdalena de qua. Gre. dicit ꝙ tot habuit in ſe olocauſta virtutuȝ quot añ habuerat oblectamēta peccati. Deut̄. xxv. Pro menſura peccati erit ⁊ pl̄s mo. Tercium eſt benefactoꝛis diuulgatō ⁊ ↄmendatio. q̄ꝛ cum voce magna magnificans deuȝ pſal. Uenite aud. ⁊ nar. o. q ti. de. q. fe. a. m. Debet eñ homo beneficia narrare ad laudem ⁊ gloꝛiam dei. Luce. viij. Redi in domuȝ tuam ⁊ narra quanta fecit tibi deꝰ pſal. Narrabo omnia mirabilia tua. Sic narrauerunt illi quattuoꝛ viri leproſi q ſtabant iuxta poꝛtam ſamarie quando obſidebatur ciuitas dicentes. Hec dies boni nuncij eſt. Et ſequit̄. Uenite ⁊ nūciemꝰ in aula regis. iiij. reg. vij. Quartuȝ eſt hūilis ⁊ deuota grār͡um actio. q̄ꝛ cecidit in faciem pedes eiꝰ grās agens pſal. Benedic aīa mea dn̄o. ⁊ noli obl. om. retri. eiꝰ. Quia vt dicit bern. Ingratitudo eſt ventꝰ vrens: ſiccans fontē pietatis: roꝛē miſericoꝛdie. fluēta grē. Debȝ ergo pctōꝛ regraciari deo ꝙ a tot malis eripuit eū ⁊ tot bona ↄtulit ei. Et nota ꝙ boni cadūt in faciē ſicut iſte. q̄ꝛ vident et ↄſiderāt viā ꝑ quā vadūt in qua per humilitatē cadūt. Itē añ pedes cadit ieſu q bñficiū mūdacōnis ſue ei attribuit. Sic faciunt boni. Mali autem cadūt retro ſicut heli. j. reg. iiij. Et ideo frāgūt ſibi collum. q̄ꝛ non vident. Ad maioꝛem cōmendacionem iſtiꝰ adiūgit̄. ⁊ hic erat ſamarita. i. alienigēa. Multi eniȝ ſeculares magis recognoſcunt bñficia dei q̄ꝫ domeſtici et clerici ⁊ religioſi qui ad gratiam maximam ſunt vocati quaȝ non recognoſcūt. Et multi ſarraceni magis recognoſcūt bñficia dei q̄ꝫ plurimi chꝛiſtiani qui benefitijs plurimis ſunt dotati. De quo dominus conqueritur dicēs. Cognouit



bos poſſeſſoꝛem ſuum et aſinus preſepe domini ſui. idest homines beſtiales ſine fide Iſrael autēȝ me nō cognouit Yſa. j. Et ſic patet quartum. ¶ Quinto ponit̄ reliquoꝝ noueȝ ex ꝓbꝛatio et regratientis recōmendatio. quia reſpōdens ieſus dixit nonne decem mundati ſunt et nouem vbi ſunt. Ubi priꝰ ↄmemorat beneficiū collatū ↄmuniter dicēs. Nonne decem mundati ſunt. Secundo impꝛoperat culpam ingratoꝛum dicens Et nouem vbi ſunt. Querit enim non quaſi ignoꝛet. ſed vt oſtendat ſe ingratos tanq̄ꝫ incognitos repꝛobare. Math. xxv. Amen dico vobis neſcio vos. Tercio cōmendat gratitudineȝ redeuntis dicens. Nō eſt inuentus qui rediret et daret gloꝛiam deo niſi hic alienigena. Quarto commendatuȝ licētiat vt vadat ꝓficiendo in beneficio quod accepit dicens. Surge ſcilicet incipiendo vade ꝓficiendo. Pſal. Ibunt de virtute in virtuteȝ Fides tua ſal. te fe. ſcȝ in gratia ſanctificando. et tandem ad vitam eternam perducēdo Io. x. Ego vitam eternam do eis. Et ſic patet quintum ¶ M. Moꝛaliter autem ad edificationem noſtram nota ꝙ per lepꝛaȝ intelligitur peccatum et per lepꝛoſum peccatoꝛ multiplici ratione. Primo ratōne oꝛiginis ſicut enim lepꝛa oꝛtum habet ex coꝛruptione quattuoꝛ humoꝛum. ſic peccatum ex coꝛruptione et mala diſpoſitione quattuoꝛ affectonum que ſunt gaudium vanuȝ. timoꝛ ſeruilis et mūdanꝰ. vana ſpes. ⁊ doloꝛ malꝰ Propterea dicit Bo. Gaudiū pelle. pelle et timoꝛē ſpēq̄ȝ fugato. nec doloꝛ adſit. Qñ eñ affectōes coꝛrūpunt̄ ⁊ deoꝛdinant̄ aīa efficitur lepꝛoſa. ita vt ab hītatōe iuſtoꝝ quo ad meritū ꝓiiciat̄. Math. xxij. Ligatis maībꝰ et pedibꝰ ꝓijcite eū i tenebꝛas exterioꝛes. Secūdo rōe ꝓpꝛietatis ⁊ male oꝑatōis. Lepꝛa eñ ſeptē malas ꝓpꝛietates hēt et oꝑatōnes ſignificātes vij. pcc̄a moꝛtalia. Prima ē q̄ꝛ tumoꝛē genreat et ſignat ſuꝑbiaȝ et. j. Coꝛ. iij. Et vos inflati eſtis. Scōa eſt q̄ꝛ viſum t̄bat ⁊ ſig̃t iuidiā iuidia q̄ ñ pōt videre bonū alteriꝰ malum aūt videt libēter. ꝓpter hoc nō rectis oc̄lis aſpiciebat ſaul dauid. j. Re. xviij. Tercia ē q̄ꝛ vocē auffert ⁊ in hoc ſig̃t iram. q̄ꝛ ad ſraȝ hō iratus nō pōt ꝓferre ṽba et ſi loq̄t t̄ſia dicit ꝙ vr̄ inſanꝰ. Propt̄ hoc frēs ioſeph nō potuerūt ei q̄cq̄ꝫ pacifice loq Ge. xxxij. Et iō ṽba irati nō ſūt attēdēda Quarta ē q̄ꝛ mēbꝛa iuſtitia reddit ⁊ detrūcat ⁊ in hoc ſignat accidiam. Accidioſus eñ vt piger nihil vult oꝑari. et oia ſpūalia ſunt ei in faſtidiuȝ. pro. xix. Abſcōdit piger manuȝ ſuā ſub aſcellam. In eodem. xx. ꝓpter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo in eſtate. et nō dabit̄ ei. Quinta ē q̄ꝛ ſitim gñat et i hoc ſig̃t auaritiā. Auarꝰ eñ ſēp ſitit et nūq̄ꝫ ſatiat̄. Eccl̄. v. Auarꝰ nō iplebit̄ pecunia pro. xxx. Tria ſūt iſatiabilia ⁊ quartū nūq̄ꝫ dicit ſufficit. Infernꝰ et os vulue ⁊ t̄ra que nūq̄ꝫ ſatiat̄ aqua. ignis ṽo nunq̄ꝫ dic̄ ſufficit Per ignē auaritia dſignat̄. q̄ꝛ ſicut ignis ex appoſitōe lignoꝝ creſcit. ſic auaritia ex appoſitōe diciaꝝ. Et nō ꝙ oībȝ iſtis t̄bꝰ inſatiabilioꝛ ē auaritia. q̄ꝛ lȝ mō infernꝰ nō ſatiet̄ tñ i die iudicij qñ oēs mali ⁊ demōes ibi recludēt̄ ſat̄ erit. Silr̄ os vulue. i. ↄcupiſcētia carnal̄ i ſenectute ſatiat̄. terra etiā qñ ē magna iūdatō aquaꝝ ſatiat̄ i diluuio. q̄ꝛ vt dic̄ Hie. cū ceta vicia ſeneſcāt in hoīe: ſola auaria iuueneſcit. Silr̄ ꝑ magnā iūdātiā diuitiarū ñ ſatiat̄ auarꝰ. Dato ꝙ eiꝰ diuitie coopiāt t̄raȝ ⁊ vadāt vſq̄ȝ i frāciā ⁊ vſq̄ȝ vltra mare ad nūdias. Silr̄ i iudicō qñ ifernꝰ erit ſat̄ tūc auarꝰ ſitiet oē bonuȝ ⁊ nihil boni poterit hēre. Sic ille diues vnā gutā aq̄ nūq̄ꝫ potuit hr̄e nec vnq̄ꝫ hēbit. Sexta ē q̄ꝛ anhelitū fetidū hȝ ſiue fac̄. ⁊ i hoc ſig̃t luxuriā q̄ facit hoīeȝ fetere coꝛam dō ⁊ hoībꝰ. Iob. j. Cōputruerūt iu. i. ſter. ſu. i. hoīes carāles. Sic fetuit thamar coꝛā frē ſuo pꝰq̄ꝫ ↄcubuit cū ea ij. re. xiij. Ecōtra ṽgitas fac̄ hoīes redolere cuiꝰ odoꝛē ſētiēs vnicoꝛis capit̄ i gremio ṽginis. Septia ē q̄ꝛ ōs hōs huoꝛes ↄſuit. ⁊ malos gñat ⁊ i h ſig̃t gulā. Guloſꝰ ei oia bōa ſua ↄſuit ⁊ carnal̄r ⁊ ſpūal̄r. Sic ↄſupſit t oīa ſua filiꝰ ꝓdigꝰ viuēdo luxurioſe. ⁊ ꝑ ↄñſ voluptuoſe. quia gula deſeruit luxurie. nec luxuria in ſurgit niſi foueatur a gula. Ob hoc etiā eſau vendiderat primogenita ſua Generātur etiam multa mala deſideria in aīa guloſi. q̄ꝛ tota die cōcupiſcit ⁊ deſiderat

Tertio per lepram intellgitur hic peccatum rõne curationis. quia ſicut leproſum ſolus deus poteſt curare. eo ꝙ eſt corruptõ ſanguinis in principio et fonte vite vbi generatur ſanguis. ſ. in pulmone. ſic peccatuʒ ſolus deus poteſt delere. eo ꝙ eſt corruptũ principiũ vite anime. ſcʒ amor dei quem ſolus deus poteſt in anima reparare.

¶ Et nota ꝙ in ſcripturis inuenimus tribus modis lepram fuiſſe mundatam. Qui ſignificant tres modos remiſſionis peccatorum. Primus modus fuit in ablutione aque. vt lepra naaman. iiij. Re. v. Et ſignat baptiſmuʒ in quo omnia peccata mundãtur. Sic fuit mundatus conſtantinus corporaliter ⁊ ſpũaliter. Hec fuit illa piſcina de qua templorum pontifices habuerunt reſponſuʒ ꝙ in piſcina ſanguinis pueorum deberet conſtantinꝰ lauari. quia in baptiſmo virtꝰ ſanguinis chriſti operatur et in eius virtute mundat baptiſmus. ¶ Secũdus modꝰ fuit in oſtenſione ad ſacerdotes. vt patet hic et ſignat confeſſionem in qua et per quã peccata mundantur. Jaco. v. Confitemini al. pec. ve. et ora pro in vt ſal. Tercius modus fuit in tactu manus chriſti. Ma. viij. Extẽdẽs ieſus ma. ſu. te. e. .d. vo. mũ. Et ſignat bonam operationem. Nam ſi homo in peccato mortali exiſtens non diſperat. ſed facit bona opa vt oret et ieiunet et faciat elemoſinas dñs illuminat etim ⁊ nõ permittit eũ periri. ſʒ reducit eum ad penitẽtiam. Hoc patet in cornelio cẽturione de quo dicitur Actu. j. Elemoſine tue ⁊ ora. tue aſcen. ĩ cõſpectu dei. Et ideo ad eum miſſus eſt petrꝰ vt baptiſaret euʒ. Sed ſi homo negligit bene opari in peccato exiſtẽs vt multi ſtulte faciũt. dicentes ad quid mihi prodeſt bene operari tunc deus derelinquit eum. Et ſic patet tercium ⁊ ꝯſequẽter totũ de euãgelio

¶ De epiſtola ſermo XCIIII

Spirtui ambulate et deſi. car. non perſi. Gala. v. Scdʒ quod dicunt sancti et philoſophi et ad occulũ patet homo conſtat ex anima et corpore. Et iõ habʒ in ſe duas vitas ⁊ naturas. ſ. carnalẽ ⁊ ſpiritualẽ. In vita autem ſpirituali ratio eſt dña que ipſam dirigit et gubernat. Cõmittanẽ etiã eaʒ oẽs ꝟtutes et dona ſpũſſancti. habitat etiaʒ deus in tali vita per gratiam. Prouer. viij. Delitie. m. eſ. cum fi. ho. Et quia talis vita eſt vita diuina et rationalis ⁊ ordinata. virtuoſa et gratioſa. oportet neccio ꝙ habeat optios frcus. E cõtra vita carnal' eſt ſine regie rõnis. ⁊ iõ eſt vita deordiata beſtialis et vicioſa ⁊ dõ et ſanctis odioſa. Et iõ oportʒ ꝙ habeat peſſimos fructus. Et ideo apſus in preſenti epiſtola ad vitam ſpũalem nos hortaẽ carnali repudiata vita cũ fructibꝰ In quaquidẽ epiſtola quattuor fac. Primo ad vitam ſpũalem nos hortatur carnali repudiata et huius rationẽ aſſignat. In prin. epi. Secũdo malos fructꝰ ſiue opera vite carnalis ꝓpter que homo a regno dei ſeparatur. enumerat ibi. Manifeſta autem ſunt opa carnis que ſunt forni. ⁊c. Tercio vite ſpũalis fructus et eoꝝ vtilitatem recitat et aſſignat ibi. Fructus autẽ ſpiritus eſt cari. gau. pax. Quarto oſtenditur ꝙ omẽs veri chriſtiani vitam carnalem abnegãt ibi Qui autẽ ſunt chriſti carnem ſuam cru. Primo ergo apoſtolꝰ ad ſpũaleʒ nos hortatur dicens. Spũs ambulante. i. in doctrina ſpirituali que eſt apoſtolica. Et huiꝰ rationem aſſignat dupliceʒ. Prima eſt quia talis ambulatio valet contra ꝯcupiſcẽtiam carnis que inordiate appetit delectabĩa ſẽſus. Et hoc eſt. Deſideria carnis nõ perficietis vt in peccatum mortale non ruatis et nõ dicit. non habebitis. qꝛ hoc eſt impoſſibile oportet eñ deſideria carnis habere et in eis ſaltem venialiter peccare. Eccl'. xviij. Fili poſt concupiſcẽtias tuas non eas. Et qꝛ poſſet aliquis dicere eſt ne aliqua rebellio in homine inter carneʒ et ſpm̃. Reſpõdʒ ꝙ ſic imo magna. quia caro concupiſcit aduerſus ſpirituʒ. aduerſus ea que ratõ hominis ſpũſſancti gratia informata et illuminata dicit eſſe facienda. Dicitur autem caro concupiſcere ſicut auris dicitur audire et oculis videre. Anima ergo vel homo ꝑ



carnem concupiſcit ſicut per oculum videt habet autem in anima talem malã concupiſcẽtiam a carne et in carne ꝓptera caro cõcupiſcere dicitur. Spũs autem concupiſcit aduerſꝰ carneʒ id eſt aduerſus ea que caro inordinate appetit et hec duo in hoie repugnant. et ſibiinuicem aduerſantur nec conueniunt. Et ideo homo non põt libere agere quod vult. quia ſi vult agere opera ſpũalia caro retardat et reſiſtit et offerendo delectaiõem abducit eum et retardat euʒ. Si aũt vult opari opa carnis. ſpũs et ratio obſiſtit oſtendens per rationem ꝙ talis operatio ducet eum ad maluʒ finem et tormenta inferni Et ſic patet ꝙ in natura homis continua pugna cõſiſtit. Ro. vij. Video aliam legem in men. in repug. le. men. mee. Videt ergo ex hoc ꝙ deus inſtitutor nature ordinauerit eam male. Ad hoc dicenduʒ ꝙ deꝰ non ſic ordinauit naturam immo in magna pace creauit hoiem. Pſal. In pace factus eſt locus eius. Sʒ ſtatim poſtq̃ fecit homo guerram cum deo contemnendo mandatuʒ eiꝰ et hõ ſenſit hanc guerram in ſe inter animam et carnem. Senſit etiam guerram cuʒ omibus creaturis. ¶ Scđa eſt ratio quare ſcđm ſpiritũ eſt ambulandum. quia ſi ſpritu ducemini non eſtis ſub lege. ſ. timoris que eſt lex ſeruoꝝ. ſed eſtis ſub lege amoris et libertatis que eſt filioruʒ dei. Ro. viij. Qui ſpũ dei agunẽ hi filij dei ſũt. ij. Co. iij. Vbi ſpũs domini ibi libertas. j Thi. j. Juſto lex non eſt impoſita. Quia vt dictum eſt in precedenti epiſtola. lex ꝓpter trãſgreſſores poſita eſt. Qui aũt dicũtur a ſpũſacto nõ trãſgrediuntur. et ideo non ſunt ſub lege. Optimum eſt ergo ſcđʒ ſpritũ ambulare ex quo homo liberaẽ a lege ſeruitutis et poniẽ ſub lege amoris. quia ex hoc magnũ commodũ prouenit homini quod eſt. Nam ex quo ex amore opatur oia opa ſũt et lenia. qꝛ amor omnia grauia facit leuia. Mathe. xj Jugum eñ meum ſuaue eſt ſcilʒ amanti. Moraliter ergo videndum eſt circa hoc primũ mẽbrum in quibus conſiſtat vita ſpũalis cõtra quam caro pugnat et in quibꝰ conſiſtat carnalis contra quã ſpũs pugnat. ¶ Circa primum nota ꝙ vita ſpũalis in duobus cõſiſtit. ¶ Primo in vere fidei receptione. Fides eñ eſt fundamẽtuʒ in vita ſpũali. j. Co. iij. Fundamentum autẽ aliud nemo põt po. preter id qđ poſitum eſt chriſtus ieſus. id ẽ fides de xpo ieſu. quia in xpo ieſu tota ſtat fides. Oportet eñ credere ꝙ xpus ieſus ſit verus deus et verus homo creator celi et terre. et ꝙ ſit remunerator bonoꝝ. et punitor maloꝝ et oia alia q̃ fides catholica tʒ Hebre. xj. Credere enim oportʒ accedẽtem ad deum. quia eſt et inquirẽtibꝰ ſe remunerator ſit. ¶ Secũdo conſiſtit in vere fidei et aliarum virtutum actione. quia quãdo homini infunditur fides. infundũtur oẽs alie virtues. Et ideo oportet ꝙ agat ſcđm fidẽ et alias ꝟtutes quas recipit. alis in eo fides et virtutes eſſent fruſtra et melius nõ eſſet habere. Jac. ij. Oſtende mihi fidem tuam ex opibꝰ. Item oportet ꝙ ſpe recte vtatur quod tunc eſt quãdo nõ in ſtatibꝰ et dignitatibus mundi vel diuitijs vel amicis ponit ſpem ſuam. ſed in ſolo deo. Hiere. xvij. Benedictus vir qui confidit in domino et erit dñs fiducia eius. Item oportet ꝙ caritatem habeat ordinatam. qđ tũc eſt quãdo deum ſup omnia diligit ſicut dãtem ſibi eſſe conſeruantem ineſſe. redimẽtem a malo eẽ et donãtem optimum eſſe ſcilicet vitaʒ eternam Luce. x. Dilige dñm deum tuum ex toto corde tuo. Similiter tunc eſt qnãdo animam ſuam poſt deum ſuper omnia diligit ⁊ eius miſeretur. Eccl'. xxx. Miſerere anime tue pla. deo. Similiter debet diligere proximum ſuum ſicut ſeipſum. id eſt ad quod ſeipſum ſcʒ ad gratiam in preſenti et gloriaʒ in futuro. Item oportet ꝙ prudentia vtaẽ in factis ſuis nõ prudẽtia carnis que mors eſt anime et inimica eſt deo. ⁊ legi dei nõ eſt ſubiecta. Ro. viij. ſed prudẽtia ſpũs que eſt vita et pax. que conſiſtit in memoria preteritorum ſcilicet malorum que deus intulit peccatoribus et preteritorum bonoruʒ que deus contulit iuſtis. vt ex malis terreatur et caueat. et ex bonis alliciaẽ et diligat. Cõſiſtit ſecũdo in diſpoſitione preſentiuʒ vt homo facta ſua ordinet ad bonũ finẽ et vtat

ſecundum rationem et prudenter diſpenſet
bona ſibi collata a deo. Mathe. xxv. Euge
ſerue bone ꝛc. Conſiſtit tercio in cautela fu
turorum maloꝝ. vt ſcilicet ſic agat ne mala
future vite incurrat. quia omēs nos mani
feſtari opoꝛtꝫ ante tribunal chꝛiſti. vt refe.
vii. ꝓ. 20. ꝛ ii. coꝛ. prout geſſit. ſiue bōa ſiue ma
la. ij. Co. v. Et quid ꝓdeſt homini ſi vniuer
ſum mundum lucretur anime vero ſue de
trimentum patiatur. Math. xvj. Itēꝫ opꝫ
ꝙ in proſperis que deꝰ homini confert tem
perātia vtatur. vt in parcitate viuat ne ca
ro laſciuiat et rebellet aīe. Et ideo opoꝛtet
eſſe temperatum in cibo et potu. Tempera
te etiam acquirat diuitias. et temperate vta
tur acquiſitis ne ad inopiam vergat. Quia
vt dicitur. Eccl. xl. Melius eſt moꝛi ꝙ̃ in
digere. Item Prouer. xxx. Diuitias ꝛ pau
ꝑtates. ne. de. m. ſed tā. vic. ni. tri. ne. Tepe
rate etiam vtaꝛ honoꝛibus et dignitatibus
ne in ipſis ſuperbiat Et proximum offen
dat. Quia vt dicitur. Eccl. xxxviij. Mihi
heri tibi hodie. Sicut feciſti mihi fiat ti
bi. Item opoꝛtet ꝙ in aduerſis que homo
patitur foꝛtitudinē aſſumat. ne per impati
entiam frangatur vt patienter ſuſtineat di
ſpendia rerum. et perſone que deus permit
tit homini euenire in bonum ſuum vt ſcilꝫ
in ipſis purgetur. j. Pe. j. Modicum nūc ſi
contriſtari opoꝛtet in varijs temptationibꝰ
vt probatō fidei veſtre multo precioſioꝛ ſit
auro quod per ignem probatur. Gregori.
Quod foꝛnax auro. qđ flagellū grano qđ
lima ferro. hec tribulatio viro iuſto. Hanc
foꝛtitudinēꝫ habuit iob in aduerſis que de
us ei euenire permiſit. Vltimo opoꝛtet ꝙ iu
ſte viuat et quo ad deum. et quo ad ſeipſuꝫ
et quo ad proximum. Quo ad deum vt eiꝰ
mandata obſeruet. ei debitam reuerentiam
exhibeat ſicut domino. et omnia ab eo reco
gnoſcat. Hec omia ſeruare ſumma iuſticia
eſt. Quo ad ſeipſum vt anima dn̄etur et ca
ro ſuiat. quod magna iuſtitia eſt. vt anima
ſponſa dei lumine rationis inſignita virtu
tibus illuſtrata et donis ſpūſſancti exaltata
dn̄etur carni ancille neq̃ꝫ ď luto foꝛmate. q̄
eſt ſaccus ſtercoꝛum. et cibus vermium. et

randeꝫ in cinerem reuerſura. Magna etiā
iuſticia eſt vt ho puniat carnem ſuaꝫ que
eum ad malū incitauit ꝛ inimicitias in bel
lo ſpirituali contra eum exercuit ſicut oc
cultus hoſtis. Quo ad proximum vero vt
eum non decipiat et ei fidem ſeruet. et bre
uiter quecūqꝫ vellet ſibi fieri debꝫ proximo
facere. ꝛ quecūqꝫ nollet ſibi fieri no dꝫ ꝓxi
mo inferre. Et hoc eſt valde iuſtū. Mathe
vij. Quecunqꝫ vul. vt fa. vo. ho. ꝛ vo. fa. il
Et ſic patet ꝙ vita ſpūalis cōſiſtit in recep
tione virtutum et bono vſu earum. Vita
autem carnis in operibꝰ carnis cōſiſtit que
ſtatim patebunt. Et ſic patet primuꝫ. ¶ Se
cundo enumerat malos fructus. ſiue mala
opera vite carnis. Et ponit. xvij. differenti
as operum carnis. ad quas vult ꝙ omnes
alie reducātur ſi plures iueniāꝛ. Et attēde
qꝛ vt dicit. Augꝰ. Nō hec oīa que hic enu
erat eſſe opa carnis ad voluptatē carnis ꝑ
tinēt. ſꝫ vicia ſunt animi vt inimicitie ire ri
xe. et ſimilia Credere etiaꝫ omia mala acci
dere anime ex carne error eſt. Non eniꝫ om
nia vicia vite inique attribuēda ſunt carni
ne ab his oībus mundemus dyabolum qui
carnem non habet. ſed carnis nomine totuꝫ
hominē ſignificauit. Sed pro tanto vicia
carnis dicuntur. quia homo viuendo ſecū
duꝫ carnem in hec vicia incidit. Numerus
autem ipſoꝛum ſic accipitur. ¶ Primo eñ
ponuntur quattuoꝛ opa ad que voluptas
carnis inſtigat que ſunt maioꝛis infamie et
minoꝛis culpe ſcilicet foꝛnicatio. immun
ditia impudicitia et luxuria. Foꝛnicatō di
cit ipſum opus luxurie cum femīa nō vxo
re. Immūditia dicit opus luxurie cum ma
ſculō vel quocūqꝫ alio preter mulierē. Im
pudicitia vero dicit impudicam vitam que
poteſt eſſe inter virum et vxoreꝫ. vt quādo
vir effrenate vtitur vxoꝛe. Luxuria autem
dicit ipſum habitum malum quem homo
per multas foꝛnicationes acquiſiuit. vnde
luxurioſus diciꝛ qui ex malo habitu incli
natur vehementer ad opera carnis et vult
ea perficere. ¶ Secundo ponit. xj. alia ope
ra que procedunt a peruerſa volūtate a dy
abolo inſtigata et mota. q̄ ſunt minoꝛis in



famie. ſed maioꝛis culpe. Quoꝝ primum. ſ.
ydoloꝝ ſeruitus eſt directe contra deum qñ
ſcꝫ honoꝛ ſoli deo debitus creaturis exhibe
tur. Alia vero decem ſunt contra proximū
que ſunt veneficia vt quando moꝛs alicui
per venenum procuratur vel ſimili modo.
inimicicie vt quando quis odit ꝛ perſequiꝛ
alium. ꝯtenciones. i. pugne verboꝝ. emula
ciones. vt quando duo adinuicem ꝯtendunt
ire. i. ſubdita tēpeſtas anime ꝛ furoꝛ mētis.
rixe vt quando ad inuicem ſe percutiūt diſ
ſenſiones vt quando fiunt partes in popu
lo vel ſciſma in eccleſia vt fecerunt dathan
ꝛ abyron. ſecte que grece dicuntur hereſes
que fiunt in confeſſione erroꝝ. inuidie de a
lienis bonis. homicidia quando iniuſte hō
occiditur. ¶ Tercio ponit duo alia opera
ad que inclinat voluptas et neceſſitas. Et
iō ſunt ꝛ minoꝛis culpe ꝛ mīoꝛis infamie q̄
ſunt ebrietates. i. ꝯtinue potatōes. et ꝯmeſſa
tiōēs. i. ſuperflue et aſſidue ꝯmeſtōnes. ſicut
diues epulo faciebat. quia epulabaꝛ quoti
die ſplendide. Et his ſimilia q̄ ꝑdico vobis
ſicut dixi ſcilicet ad ro. quoniā qui talia a
gunt regnum dei non ꝯſe. ſed in infernū de
mergētur. Math. xxv. Diſcedite a me ma.
in ig. eternum. Et ſic patꝫ ſecundum. Ter
cio enumerat fructus vite ſpūalis et eoꝛū
vtilitatem aſſigāt dicens Fructus autē ſpi
ritus ꝛc. ¶ Vbi nota ꝙ ponit xij. fructꝰ
vite ſpūalis. quoꝛū primus eſt caritas. que
prout eſt primus fructus eſt ipſa vite ſpiri
tualis. Eſt enim caritas ꝯiunctō anime cū
deo que eſt vita anime. ſicut ſeperatio ani
me a deo eſt moꝛs. Augꝰ. Vera moꝛs ē q̃ꝫ
homines non timent ſcꝫ ſeperatio anime a
deo. Caritate amantur que amande ſunt q̄
ſi habeatur ſequiꝛ gaudiū. Et iō ſecundus
fructus ē gaudiū. quod ē ꝯiunctio ꝯuenien
tis cum conueniēte ſcꝫ anime cū deo ꝑ gra
tiam et potentiarū anime cum virtutibus
et donis ſpūſſancti. ꝛ tūc in homine ē verū
gaudium in peccatoꝛe vero vbi talis con
iunctio non eſt: non poteſt eſſe verū gaudi
um. ſed vanum et malū. Augꝰ. Quid ē ſe
culi gaudium niſi nequicia ipunita ſcilicꝫ
luxuriari. ſpectaculis vagari. ebrioſitate in

gurgitari. et turpitudine fetere et nil pati
malum. Seneca. Fundamentum bone men
tis eſt non gaudere vanis. ad ſumma ꝑue
nit qui ſcit quo gaudeat. Tercius fructus
eſt pax ſcꝫ pax peccatoꝛis ad deum et pax
temporis ad proximū. Ioh. xiiij. Pacem
relin. vo. pa. me. do vobis. Ro. xij. Si fieri
poteſt ꝙ ex vo. ē. cum om̄ ho. pa. ha. Sed
pax non adeſt peccatoꝛibꝰ. quia nec cū deo
nec cum proximo pacē habent. Yſa. xlviij.
Non eſt pax impijs dicit dominꝰ. Et nota
quot hi tres fructus perfecte habebuntur
in pr̄ia. In via autem imperfecte habenꝛ
Item nota quot hi tres fructus ꝑficiunt
animam quantū ad vera mala et vera bo
na quia vera mala ſcilicꝫ peccata excludūt
ab anima et vera bona ſcilicet virtutes et
dona ponunt in eam. Tres vero fructus ſe
quentes perficiunt hominem quantum ad
malum pene. tribus enim gradibus aſcēdi
tur ad hoc ꝙ aliquis perfecte ſe habeat.
ad malum pene. Primus gradus eſt patiē
cia. Et ideo quartus fructus eſt patientia
que in hoc attenditur vt homo non labaꝛ
in malum culpe. propter mala pene. que de
us ei euenire permittit. Patiencia autem
poteſt haberi perfecte. iuxta illud pſ. Tur
batus ſum et nō ſum ꝛc. Pōt ei haberi mi
nus perfecte vt cum quis aliquātulū tur
batur. ¶ Quintus fructus eſt longanimi
tas que eſt longa expectatio amotōis ma
loꝛum que homo patitur. vel acceptatōis
bonoꝛū que ſperat. Ecc̄i. j. Vſqꝫ in tp̄us ſu
ſtinebit patiens et poſtea redditio iocundi
tatis. ¶ Non poteſt proficere patiens qui
ad horam ſuſtinet malum pene ex quo in
hoc non ꝑſeuerat. ¶ Sextus eſt bonitas q̄
eſt quedam dulcedo animi que facit vt ho
mo non patiatur a malis pene. nec deduca
tur ab eis ad conſentiendū alicui malo. qꝛ
fit quando homo habꝫ ducedinē ſpūſſācti
in coꝛde ita ꝙ dulcedie illa quaſi quadam
falſa dulcoꝛantur tribulationes. Ecc̄i. xx
iiij. Spūs meus ſuper mel dulcis. Propꝛ
hanc dulcedinem martires non ſenſerunt
toꝛmenta ſed videbatur eis ſuper floꝛes ā
bulare cum incederent ſuper carbones vt

tyburci⁹. Tres fructus ſequentes faciunt
vt homo bene ſe habeat ad proximu ſuum
¶ Septimus ergo fructus eſt benignitas
que conſiſtit in ſuorum largitione. Vnde
j.cor.xiij. Caritas patiens eſt.be.eſt.i.lar-
ga dicit gloſa. Et ſuper illud ad eph.iiij.e-
ſtote inuicē benigni.i.de facultatib⁹ vris
largi.dicit.glo. Octauus eſt mãſuetudo q̃
attenditur in tractabilitate ipſi⁹ perſōe vt
homo ſit tractabilis et ſciat alijs cōuenire
Quidam enim ſūt facti ſicut vitrum quod
vix poteſt tangi habentes illud apoſtema
noli me tangere. Sed quia frequenter tra-
ctabilitatē ſolet comitari ꝯuertibilitas ad
malum.ideo nonus fructus ponitur fides
que hic in hoc attenditur vt homo talē ſe
exhibeat.vt in ipſo merito confidatur vt
confidentem in ſe non fallat.vel deſerendo
eum in aduerſis vel defraudando eum i ꝯ-
miſſis.vel alio modo. Quãuis gloſa alio
modo videatur hic accipere fidem vt ſcili-
cet fides dicatur certitudo de inuiſibilib⁹
Tres vero vltimi fructus faciunt vt ho-
mo bene ſe habeat circa bona tranſitoria
quibus vtitur . ¶ Decimus ergo
fructus eſt modeſtia que in hoc attendi-
tur ne in vſu temporalium q̃ntum ad quã-
titatē curetur.vt homo de tēporalib⁹ nec
nimia poſſideat.nec nimia appetat.j. Thi.
vj. Habentes alimenta et que te.h.contē.
ſimus. Vndecimus fructus eſt continētia
que in hoc loco attēditur ne homo quali-
tate rerū ſenſibilium ſeducatur vt bibulus
ſeducitur dulcedine vini.et guloſus dulce-
dine bo.j.et vir dulcedine vxoris. Sic fuit
ſeducta mater noſtra eua que vidēs pomū
quod eſſet pulcrū oculis et ad veſcendum
ſuaue accepit et ꝯmedit deditqꝫ viro.gen.
iij. Seneca. Palatum tuum fames excitet
non ſapores. Duodecimus fructus eſt ca-
ſtitas que in hoc loco attenditur vt ad ſu
premum finem vſus temporaliū referatur
Anima enim eſt ſponſa dei.nuncij.vero ſi-
bi miſſi a ſponſo ſuo ſunt bona preſētia ad
nunciandum aliquid ei de potentia.ſapien.
et bonitate ſponſi ſui vt per hoc in eius a-
more ardeſcat. Augu⁹. Domine celum et
terra.et mare et omnia que in eis ſūt vn-
diqꝫ dicūt mihi vt amē te. Anima enim q̃
nuncios amplectitur pro ſponſo adulteriū
ſpūale ꝯmittit. Vnde contra caſtitatem de
qua hic agitur facere videtur. ¶ Vltimo
vero addit quãdam vtilitatem.d. Aduerſ⁹
hmōi non eſt lex .j.qui talia agūt non ſūt
ſub lege ergo ſunt filij et ſi filij et heredes
ro.viij. Et ſic patꝫ tercium ¶ Quarto oñ-
dit quod omnes veri xpiani vitam carnalē
abnegãt vita ſpūali electa d. Qui autē ſūt
xpi ⁊c̃. Vbi nota ꝙ oēs hoies ſūt xp̄i tri-
plici racione ſcꝫ rōne creatiōis ratiōe ꝯſer-
uationis.et ratione redētionis. Sed ꝑ grē
inhabitationem et mãdatoꝝ implecōꝫ ſo-
lum xpiani veri ſūt xp̄i quia xp̄s in eis ſic
in tēplo ſuo per gratiã habitat.et ipſi xpri-
ſti mandata obſeruant. ¶ Veri enim xpi-
ani carnem ſuam in cruce pñie crucifigūt
In qua crucifixione omnia vicia eneruãt
et concupiſcentia debilitat . Sic crucifixit
carnem ſuam beat⁹ benedict⁹ qui ꝑcutis
vulnera eduxit a corpore vulnis mētis vt
in diem ieſu xp̃i id eſt vſqꝫ in diem vite no
ſtre quãdo videbitur xp̃us ieſus. Qui dies
dꝛ dies glorie quẽ facit ieſus xp̃us. Ioh.
xvij. Hec eſt vita eterna vt cog. te ſo. ve.
de. et quẽ mi. ie. xp̃um. Vel vſqꝫ in diem ie
ſu xp̃i id eſt vſqꝫ in diem iudicij qui dicitur
dies ieſu. quia pater omne iudiciũ dedit fi-
lio. Ioh. v. Et ſic exponẽdo reſpicit nõ ſin
gulas ꝑſonas eoꝝ ſed totam vniuerſitatem
ſicut illud math. xxviij. Ecce ego vob. ſum

om. die. vſqꝫ ad cõſum. ſe. Et nota ꝙ dicit
opus bonũ id eſt opus fidei et virtutis.
¶ I. Dicitur aũt opus virtutis opus bo
num ꝓpter ſeptem. Primo quia eſt a bo-
no ſcꝫ deo. Et hoc ptꝫ quia eſt optimuꝫ et
ſummũ bonuꝫ. Yſa. xxvj. Omnia opa no.
opa. es in no. do. Opera mala ſunt a dya-
bolo inſtigante ⁊ a mala voluntate opante
Ioh. viij. Mendax eſt ⁊ pater eius. Secũ
do qꝛ ꝓcedit de loco bono ſcꝫ de celo iaco.
j. Omne datũ op. ⁊ om. do. ꝑfec. deſur. eſt.
Iteꝫ ꝓcedit de coꝛde bono. math. xij. Bo
nus homo de bono theſauro coꝛdis ſui ꝓ-
fert bonũ. Malum aũt opus de malo loco
ꝓcedit ſcꝫ de regione demonũ. de concupi-
ſcẽtia carnis. de malicia mũdi. j. ioh. v. To
tus mũdus in ma. po. eſt Tercio quia facit
hoiem bonum. nihil em̃ eſt qd̃ facit hoiem
bonũ niſi opus virtutis. neqꝫ dignitas. neqꝫ
diuicie. neqꝫ ſcia. nec aliquid aliud. Phus
Virtus eſt que bonũ fa. ha. et opus e. bo.
red. Maluꝫ aũt opus malum facit hoiem
qui naturaliter bonus eſt. Oſee. ix. Facti
ſunt abhomiabiles ſicut ea que dilexerunt.
Quarto quia eſt circa cõgruam ⁊ bonam
materiã ſcꝫ circa cõtemplatõem diuinoꝛuꝫ
circa amoꝛem dei et ꝓximi et circa opa pi-
etatis. Iaco. j. Religio mũ. ⁊ imma. ap. de.
pa. hec eſt viſi. pup. ⁊ vi. in tribu. eoꝝ. et im
maculatuꝫ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Ma
la auteꝫ opa ſunt circa malam ⁊ incõgruã
materiaꝫ. ſcꝫ circa furta ⁊ adulteria. homi
cidia ⁊ ſimilia Quinto quia bonũ opꝰ om
nibus ſapit habẽtibus rectum ⁊ non infe-
ctum guſtum. Nam bonum eſt qd̃ omnia
appetũt vt dicit phus. Etiam ipſis malis
bonuꝫ opus videtur bonũ. quãuis interdũ
ꝓpter coꝛꝛuptõnem guſtus eis non ſapiat.
Deo ergo et hominibus placet. Eccĩ. xlv.
Dilectus deo et hominibus moyſes quia
ſcꝫ bonus erat. Malum autem opus om-
nibus diſplicet ac etiam ipſis malis quãdo
rõne vtuntur et redeunt ad ſeipſos. Boe.
Omnium ſcꝫ maloꝝ appetentia plena eſt an-
xietatis. ſacietas vero penitentie. Sap. v.
Nos inſenſati vitam illoꝝ eſtimabamꝰ in
ſaniam et finem illoꝝ ſine honoꝛe ecce quõ

nunc cōputati ſunt inter filios dei. Sexto
quia ad bonū locum ducit ſcʒ ad celum lo
cum beatoꝝ. Apoc̄.xiiij. Ammō iam di.ſpi
ritus vt requieſ.a laboribꝰ ſuis.math.xxv
Venite bn̄.pa.m.poſ.ꝑa.vo.re. Mala aūt
oꝑa ad malum locuʒ ducūt.ſ.ad infernum
locū tormētoꝝ. Lu.xvj. Mortuus eſt aūt
diues et ſepul.eſt in inferno. Septimo qꝛ
habet ꝓprietatē boni que eſt ſeipſum effun
dere. Nam cum bonū ſit ſuiipſius diffuſiuū
bonū opus gratie facit diffundere bonum
glorie in anima oꝑantis bonum quia quā-
tum fuit bonū opus gratie tātum erit diffu
ſiuū glorie in anima et multo plus. Lu.vj.
Menſuram bo.ꝛ cō.ꝛ coa. et ſuꝑeff.da.in
ſi.ve. Malum aūt opus culpe faciet diffun
dere malū pene in aīam oꝑātis. Apoc̄.xviij
Quātum glori.ſe.et in del.ſu.tā.da.il.tor.
ꝛ luc. Tale ergo opus ſuꝑ omnia debemꝰ
diligere qꝺ tot modis dꝛ bonū et debemus
ipſum ſumme a deo flagitare ꝛ ſperare ꝙ
ipſe incipiet ꝛ ꝑficiet. Et ſic patʒ primum.
¶ Secūdo ponitur ratio ſue cōfidētie ꝛ di
lectōnis. Et hoc eſt. Sicut eſt mihi iuſtuʒ
hoc ſentire id eſt ſic ſentio ꝛ confido de vo
bis ſicut eſt iuſtum qꝺ ego ſentiam quia de
omnibus vobis debeo bene ſentire ꝛ bene
opinari niſi cōtrarium videam. Et eſt ar-
gumētum ꝙ de omnibus bene ſentire debe
mus niſi cōtrarium videamus. Et reddit
cauſam huius quare iuſtū eſt vt ſic ſentiat
de eis dicens. Eo ꝙ habeam vos nō in la-
bijs tātum ſed in corde ꝛ in intimo affectu
caritatis et habeam vos ſocios ꝛ ꝯformes
in oꝑibus meis ſcʒ in patiētia et doctrina.
et in gaudio eterne vite qꝺ ſpero. Habeo
ergo vos ſocios in vinculis meis quaſi me
cum vinctos quia mihi compatimini. He
bre.x. Nam ꝛ vinctis cōpaſſi eſtis. Et ha-
beo vos ſocios in defenſiōe ꝛ confirmatōe
euāgelij id eſt in defendēda ꝛ confirmanda
fide ꝛ veritate euāgelij. qꝛ me veſtris ora-
tionibus in tali defenſione ꝛ cōfirmatōne
adiuuatis. Et eſt ſenſus. Memor veſtri ſū
et vos deſidero ꝛ ſocios habeo ſiue ſim vin
ctus ſciens quoqʒ vos vinctos mecū eſſe
ꝑ compaſſionem. ſiue ſim cōfirmans et de-
fendens euāgelium qꝺ et vos facitis mecū
ꝑ veſtras orationes. Vel ad lr̄am ſic erat.
Iſti enim philipenſes multa ſuſtinuerunt
et ſuſtinebant. et multi eoꝝ vinculati erāt
ꝓpter euāgelium. Et quia ſocij mei inquit
eſtis in tribulatione. ſimul et conſolationis
eritis et ideo ſocios gaudij mei vos habeo
et deſidero ſcʒ in remuneratiōe vite eterne
¶ Conſequēter ponitur modus ſue dilectō
nis quia non diligit neqʒ deſiderat eos car
naliter vel mūdane vel ſuꝑficialiter ſed in
viſceribus ieſu xp̄i. Et hoc eſt. Teſtis eſt
mihi deus qui corda nouit quō id eſt ꝗꝫ in
tenſo modo ꝛ affectu cupiam omnes vos
ſuꝑ. eſſe in viſceribus ieſu xp̄i id eſt in inti
mo et [illegible]fecto amore ieſu xp̄i vt ipſum inti
me dil[illegible]s ꝛ ab eo intime diligamini. pro
uer.viij. Ego diligē.me dili. ¶ Conſequen
ter quarto ponitur effectus ſue dilectōnis.
quia ꝙ ita eos diligat ptʒ ꝑ effectum. Naʒ
quotidie ꝓ eis orat et impꝛcatur eis bona
Et hoc ē. Hoc oro vt cari.ve.ma.ac.ma.
a.id eſt creſcat ꝛ ꝓficiat in ſcientia quātuʒ
ad intellectum vt ſcʒ ſciatis que ſunt dili-
gēda et que non. Et ſciatis ꝙ quedam ſunt
parū diligenda ſcʒ bona fortune. et quedā
magis ſcʒ bona nature. et quedaʒ maxime
vt bona gratie Et ſciatis quō ſit diligēdus
deus et quō proximus et quō alia omnia.
Creſcat etiam caritas veſtra in omni ſen-
ſu quātum ad effectum et opus vt caritas
veſtra nō ſolum ſit in affectu ſed extēdatur
ad omnes ſenſus id eſt ad omnia oꝑa ꝑ ſen
ſus corꝑis facta vt habeatis ſciētiam exꝑi
mētalem de caritate nō ſolum ſpeculatiuā
vt ſcʒ ꝓbetis potiora oꝑa caritatis id ē al
tiora puta conſilia. Et ſitis ſinceres id eſt ſi
ne corruptōne mentis ꝛ corꝑis quātum ad
voſipos. Haymo. Sinceris materia eſt in-
tegra ſolida ꝛ firma que nullius varietate
maculatur. j.theſ.v. Ipſe deus ſanctificet
vos ꝑ om. vt inte.ſ.v.et ani.ꝛ cor.ſine q̄re.
cōſer. Sitis etiam ſine offenſa quo ad pri-
mū.ij. Coꝝ.vij. Capi.nos ne.le.eor.ne cir-
cū.i. Coꝝ.x. Sine off.eſ.iu.ꝛ gen.ꝛ ec.dei.
Et hec omnia ſitis vſqʒ in diem xp̄i.i.vſqʒ
ad diem mortis veſtre. Et quia nō ſufficit



abſtinere a malo niſi quis faciat qꝺ bonū
eſt. vt dicit augꝰ. ideo addit d. Repleti fru
ctu iuſticie id eſt nō ſolū ſitis ſinceres quo
ad vos et ſine offenſa quo ad ꝓximū ſed ſi
tis repleti fructu iuſticie id eſt bonis oꝑi
bus que a iuſticia ꝓcedūt. et dicūtur fru-
ctus iuſticie ſcd̄m qꝺ iuſticia eſt virtus ge
neralis omnia oꝑa bona in ſe continens et
omnes virtutes circuit Et talibus oꝑibus
ſitis repleti ꝑ ieſum xp̄m ſicut ꝑ cauſaʒ effi
ciētem. quia ipſe omnia hec oꝑatur in vo-
bis. et hec omnia habeatis ad hunc finem
ſcʒ in gloriam ꝛ laudem et nō hoim vel vt
in vobis laudetur ꝛ glorificetur deus ab a
lijs et dicatur mirabilis deus in ſanctis ſu
is. Et ſic ptʒ ſcd̄m terciū ꝛ quartū. ¶ Mo
raliter aūt ad edificatiōem noſtrā nota ꝙ
in hac vltima ꝑte ep̄le tria bona ap̄lus pro
philipenſibus orat. et eccleſia ſimiliter quo
tidie ꝓ fidelibus orat ſcʒ vt ſint ſinceres et
ſine offenſa et repleti fructu iuſticie. ꝛ ꝓ eo
ſdem nos ꝓ nobis ipſis orare debemus vt
hec tria poſſideamus. ¶ Primo ergo debe
mus orare ꝛ niti vt ſimus ſinceres id eſt pu
ri et mūdi a corruptōne mentis et ab oꝑi-
bus mortis id eſt a peccatis que ſeꝑant a-
nimā a deo ꝓpter qꝺ aīa moritur et ꝑ con
ſequens fetet coram deo ꝛ ſanctis ſicut res
mortua et putrefacta. math.v. Beati mū.
cor. qm̄ ipi deū vi. ¶ K. Et attēde ꝙ hoc
eſt ſummū ꝛ maximū bonū qꝺ poſſumꝰ ha
bere in vita iſta ſcʒ eſſe mūdos a peccato ꝛ
hoc patʒ ex ſeptem que circa peccatum cō
ſiderare debemus. Primū eſt peccati pena
Nam ſtatim dyabolo peccante ꝓiectus eſt
in infernū cum tota comitiua ſua Quis er
go pōt dicere quātum ꝛ quale malū ſit pec
catum qꝺ ita punitur ſcʒ pena eterna. Idē
etiam ptʒ ſi reſpiciamus penam temꝑalem
nam ꝓpter peccatuʒ parētes noſtri fuerūt
de paradiſo expulſi ꝛ adiudicati morti ꝛ in
infinitis miſerijs cōſtituti cum tota poſte-
ritate ſua. et ꝓpter peccatū factum eſt dilu
uiū vt ꝑter octo aīas omnes homīes ſunt
ſuffocati. ꝓpter peccatum etiam ſubmerſe
ſunt ille quinqʒ ciuitates ſcʒ ſodoma ꝛ go
morra ꝛc̄. Propter etiaʒ peccata tranſla-
ta ſunt regna ꝛ ciuitates deſtructe. vbi eſt
niniue ꝛ babilon. vbi eſt troya ꝛ roma. cer
te deſtructe ſunt. Eccꝫ.x. Regnū a gente in
gentem transfertur ꝓpter iniuſticias iniu-
rias cōtumelias et diuerſos dolos. Apoc̄.
xviij. Cecidit cecidit babilon illa magna et
facta eſt habitatio demonioꝝ ꝛ ſerpentum
et omnis volucris immunde. Et breuiter
omne malum qꝺ eſt in mūdo ꝓpter pecca-
ta euenit. Prouer.xiiij. miſeros facit po-
pulos peccatum. Secūdum eſt peccati cor
ruptio que tanta eſt vt in vnū homiem in-
trans ꝛ eum corrūpens ꝑ illum omnes ali-
os corrūpit Job. Omēs naſcimur filij ire
Ro.v. In quo omnes peccauerūt. Nulla
res in mūdo nec aliqua infirmitas ē ita in
fectiua ſicut peccatum ꝛ maior eſt infectio
peccati ꝗꝫ ignis infernalis quia nobiliſſi-
mas creaturas ſcʒ āgelos et hoies ad nihil
redigit. Aug. Nihil fiūt hoies cum peccāt
Terciū eſt peccati tenacitas. nam peccatū
ita fortiſſime adheret anime vt ab ea nūꝗꝫ
ſeꝑari poſſit niſi ꝑ ſolum deum. Yſa.xliij.
Ego ſum qui del. ini.tu.ꝓpter me. Nulla
lotura nulla herba nulla re pōt peccatum
ab anima remoueri niſi ꝑ ſanguinē chriſti.
Apo.j. Lauit nos a pecc.no.in.ſang.ſ. Et
ideo deus factus eſt homo vt in carne mo
reretur ꝑ cuius ſanguineʒ peccatum abſter
geretur. Quartum eſt peccati irrecōpenſa
bilitas. tātum eniʒ malum eſt peccatum ꝙ
nullus homo imo omnes hoies ſimul non
potuerūt ꝓ ipſo recōpenſare deo. Apoc̄.v.
Ego flebam multum quia nemo dignꝰ in-
uētus eſt neqʒ in ce. neqʒ in terra neqʒ ſub
tus terram qui poſſet aꝑire librū et ſoluere
ſep.ſig.eius. Liber clauſus ſeptem ſignacu
lis eſt homo ligatus ſeptem peccatis mor-
talibus. ꝓuer.v. Funibus peccatoꝝ quiſꝗꝫ
conſtringitur. Fuit ergo neceſſe ꝙ filiꝰ dei
ſumeret carnem et in ea penitētiam ageret
vt deo ꝓ peccato ſatiſfaceret et de ſe ipo in
cruce hoſtiam pacificam faceret ꝑ quā pa
cificaret et recōciliaret nos deo. Col.j.
¶ Pacificans ꝑ ſan.cru.e.ſi.q̄ in ce.ſi.que in
ter.ſ. Quintum eſt peccati odiuʒ. nam deꝰ
rectiſſimus nihil odit niſi peccatū. ſap.xiiij

Similiter o.ſ.de.im.et impietas eius.et in
tantum odit peccatum ꝙ vt ipm deleret trãſ
uerberauit cum ipſo filium ſuũ.et ſi ipſum
inueniret in ãgelis vł apoſtolis vel in quo
cũqꝫ ſancto ac etiaꝫ in matre eius eijceret
eos de paradiſo ad infernũ.Sicut luciferũ
et angelos eius.Siłr omnes angeli et ſan
cti nihil odiunt niſi peccatum.Sextum eſt
peccati nocumentũ Nam peccatũ ꝑuat ho
minem infinitis bonis. Priuat em̃ eũ gra
cia dei vt deus ꝑ gratiam in ipo non habi
tet.Et ꝑ ꝯñs qui erat tabernaculum dei fit
habitaculum dyaboli. Exuit eũ veſte nup
tiali ſcꝫ virtutum que facit hominem dig
num conuiuio eterno.Priuat eum merito
paſſionis xp̄i et omnium ſanctoꝝ Seperat
eum a ſocietate elcõꝝ et facit eum exꝑtem
omnium bonorum que fiunt in eccleſia .ac
eciã ꝓpria bona ei aufert et tandem priuat
eum regno dei et glorioſa reſurectionẽ. Et
ſicut priuat eum infinitis bonis . ſic adicit
eum infinitis malis.Incurrit em̃ cecitateꝫ
mentis. inſipiditatem palati ſpũalis. impo
tentiam reſiſtẽdi malis ſeruitutem dyaboli.
et vincula peccatorũ et tandem patibulum
infernale Septimum eſt peccati ꝑſecutio.
Omnia enim ꝑſequũtur peccatum et deus
et ſancti.et celum et terra.et omnia elemẽ
ta et omnis creatura.Nã ſi hõ nõ peccaſſꝫ
nulla eum creatura leſiſſet.et adhuc homi
ni ſine peccato mortali exñti nihil p̃t noce
re imo omnia cedunt ei in bonuꝫ.Ro.viij.
Diligẽ. deum om.co.m.bo. gloſa.etiã ma
la ꝑ occaſionem Et ſicut omnia ſunt cõtra
peccatum ita peccatuꝫ eſt contra omnia et
contra deũ et ſanctos et omnẽ creaturam.
Hoc figuratũ eſt geñ. xvj.vbi angelus di
xit de yſmahele.Hic erit ferus homo ma
nus eius contra omnes.et manus omnium
contra eum.Yſmahel natus de agar pecca
tum natuꝫ de concupiſcentia qđ eſt contra
omĩa.⁊ omnia ſũt ꝯtra ipm.Prouer.xxvij
Ferrũ ferro acuitur.Sed durum eſt contra
ſtimulũ calcitrare.Stultiſſimus eſt em̃ qui
a tanto malo non ſatagit liberari. et pꝰq̃ꝫ
liberatꝰ fuerit reincidere nõ formidat Sic
ergo pꝫ ꝙ ſuꝑ om̃ia dẽmus petere ⁊ rogare

vt ſimus ſinceres a corruptõne peccati .
Secũdo debemus orare et niti vt ſine offẽ
ſa ꝓximi viuamus.Debemus em̃ ꝓximum
edificare iuuare.cõfortare.et nõ offendere.
Math.vij. Quecũqꝫ vul.vt fa.vo.ho.et
vo.fa.il. ¶ Et attende ꝙ ad nõ offen
dendum fratrem ſeptem nos inducũt.Pri
mum eſt lumẽ rõis. qđ deus vnicuiqꝫ indi
dit in quo cernimꝰ ꝙ illud proximo facere
nõ dẽmꝰ qđ nobis ab eo fieri nollemꝰ. Et
tale lumem deus omnibꝰ voluit cõicare vt
nullus ſe excuſet a ꝓximi offenſione.Unde
ſemꝑ homo habet ꝓhibitiuũ ſecum ne ꝓ
ximum offendat.Eccle.xvij.Unicuiqꝫ mã
dauit de ꝓximo ſuo.Secundũ eſt cõformi
tas in natura.Omnes enim filij vnius pa
tris ſumꝰ incarnalis et ſpiritualis.Math.
xxiij.Unus eſt em̃ pater veſter qui in celis
eſt.Et maxime xp̄iani ſunt omnes ad inui
cem mẽbra vniꝰ capitis ihũ criſti vt dicit
apoſtolus.Inſani ãt hominis eſt vt manu
eruat ſibi oculũ imo ſi qđ patitur vnũ mẽ
brum conpatiuntur omnia mẽbra vt apłs
dicit Freneticus ergo et inſanꝰ eſt ille xp̄i
anus qui fratrem ſuũ offendit cui vinculo
nature et gratie et fidei eſt colligatus Ter
ciuꝫ eſt computatio iniurie qꝛ quicquid ꝓ
ximo facimꝰ ſiue bonũ ſiue malum deus re
putat ſibi fieri.Math.xxv. Amẽ dico vo
bis qđ vni ex mi.m.fe.m.fe. Act.ix. Ego
ſum ieſ.na.q.tu.pſe. Inſanus ãt reputaret
ille qui offẽderet illũ in quo ꝑſona impato
ris offenderetur vel regis.Quartũ eſt mã
ſio in gloria.omnes enim manere debemus
in vna domo glorie.Ad hoc enim facti ſu
mus Moleſtũ ãt valde eſt litigium habere
cũ his cũ quibꝰ quotidie habitamꝰ Pro
uerbioꝝ.xxvij. Tecta ꝑſtillantia in die fri
goris et litigioſa mulier comparantꝰ.Quin
tum eſt ꝓpriũ nocumẽtũ. nullꝰ enim p̃t ꝓ
ximũ offẽdere niſi prius ſeipm offẽdat.ſtul
tus antẽ eſt qui vt alteꝝ occidat.ſeipm oc
cidit. Auguſ.Et nemo nõ prius in ſe q̃ꝫ in
alteꝝ peccat. Sextũ eſt illatio pene eterne
quia pro offẽſa fratris homo ad infernum
damnatur.Math.xviij. Ve homini illi.ꝑ
q.ſcã ve. Qui ãt ſcandalizauerit vnum de



puſillis iſtis ⁊c̃.Hic cadit exemplũ qđ gre.
dicit in dya.de illo heremita ꝺ lyppare qui
vidit theodericũ impatorem diſcinctum et
diſcalciatum ferri in morte inter iohãnem
ꝓphetam ⁊ ſymachũ.patriciũ quos ipe in
iuſte occidi fecerat ⁊ ꝓiecerũt illum in fer
uẽtem ollam.Septimũ eſt priuatio glorie.
qꝛ ꝓ offenſa fratris hõ priuatur vita eter
na.j.ioh.iij.Qui odit fra.ſu.homi.eſt. Et
ſcitis qm̃ omis homicida non ha.ꝑ.in reg.
xp̄i ⁊ dei. ¶ Tercio debemꝰ orare ⁊ niti vt
ſimus pleni fructu iuſticie qui eſt fructus
optimus ⁊ ſuꝑ omnia dulcis.Cañ.ij.Fru
ctus eiꝰ dulcis gutturi meo Qui eſt ſatiãs
ſine faſtidio ꝑſiſtens ⁊ nunq̃ꝫ deficiẽs. Ioh
iiij.Qui bi.ex aqua quã ego da.e.nõ ſiti.in
eternũ Qui eſt melior manna ⁊ cõuertitur
ad qđcunqꝫ volueris. Qui eſt xp̄us filius
dei qui eſt tota merces ⁊c̃.

## ¶ Dñica.xxiij.de euãgelio ſermo. CX.

ABeũtes phariſei cõſilium inie
rũt vt capent ieſum in ſermõe
Math.xxij. Phariſei in ma
gno odio habẽtes xp̄m qꝛ erat
cõtrarius malis opibus eoꝝ ⁊
frequẽter cõtra eoꝝ mala oꝑa ꝑ̃dicabat.vt
mali qui correctionẽ nõ ſuſtinẽt ſed in cor
rectione inſurgũt.inſidiabãtur xp̄o et eũ in
vita ⁊ doctrina obſeruabãt.Tempe autem
xp̄i erat q̃dam qđ valde ꝑplexa et ꝑiculoſa
in populo iudeoꝝ.ꝓpter quã multi mortui
fuerãt.vt dicit Criſ.Eo eniꝫ tempe quo ce
ſar auguſtus vniuerſum orbem deſcribi fe
cit et cenſum capitis ab omnibus ſolui iuſ
ſit.vt pꝫ luce.ij.iudea quoqꝫ tributaria fa
cta eſt.magna de hoc in populo iudeo que
ſtio erat.vt dicit hiero.Quidam enim dice
bant ꝙ ꝓ ſecuritate ⁊ quiete ꝓ qua roma
ni pro omnibus militabant tributa poterãt
et debebant ab omnibus ſolui. Phariſei
autem cõtrarium aſſerebant. ſcilicꝫ ꝙ po
pulus dei qui decimas ⁊ primicias ⁊ alias
oblatões ſoluebat non tenebatur alia tri

buta ſoluere.et propter hanc queſtionẽ plu
res ſunt interfecti a militibus romanorum
vt dictum eſt illi ſcilicꝫ qui aſſerebant tri
buta ſolui non debere.Et quia herodes te
trarcha illo tempore ſcilicꝫ ꝓximis diebus
ante paſcha venerat hieruſalem vt feſtiui
tati intereſſet qui erat cõſtitutus dñs ꝑ ro
manos et in ꝑtibus illis iura romani impe
rij tuebatur. iuerũt phariſei ad eiꝰ milites
vt eos ſecũ adducerent ad ieſum vt de hac
cõtrouerſia quererẽt.Et hoc eſt ꝙ pñs euã
geliuꝫ cõtinet.In quo quattuor cõtinẽtur
Primuꝫ eſt phariſeoꝝ iniquũ cõcilium qđ
habuerũt. In principio euãgelij.Secũduꝫ
eſt doloſa queſtio quã a xp̄o queſierunt ibi.
Magiſter ſci.qꝛ ve.es.Terciũ eſt redargu
tio quã meruerũt ibi.Cognita aũt ie.ne.eo
rũ dixit.quid me temp.ypo.Quartũ eſt ſen
tentioſa rñſio quã a xp̄o audierũt.ibi.Red
dite ergo q̃.⁊c̃. ¶ Primo ergo ponitur pha
riſeoꝝ iniquũ cõſilium qđ fecerunt.Et hoc
eſt Abeũ.phari.id eſt a xp̄o corꝑaliter rece
dentes ⁊ accedẽtes ad herodianos milites
ſcꝫ herodis qui illis diebus hieroſolimis
erat vt dictum eſt.conſiliuꝫ inierũt pariter
cum eiſdem vt caperent ieſum in ſermone .
Ecce iniquũ conſilium.quia illum volebãt
capere qui a catenis peccatorum opeꝝ dya
boli nos venerat ſoluere.j.Io.iij.In hoc
apparuit filius dei vt diſſoluat opera dya
boli.Illum volebãt capere ⁊ occidere qui
venerat nobis vitam dare.Ioh.x.Ego ve
ni vt vitam ha.et ab.ha. Illum volebant
capere qui venerat nos in filios dei adop
tare.j. Ioh.iij. Videte qualem caritatem
dedit nobis deus vt filij dei no.et ſimus Il
lum volebant capere qui de tenebris preſen
tis miſerie ad celeſte regnum venerat nos
transferre.Col.j.Qui eripuit nos de pote
ſtate tenebrarum et tranſtu.in reg. fili.dile
ctionis ſue.Et quia iniquum conſilium vo
lebant facere. ideo ad iniquos conſiliarios
ſe contulerunt. Non enim iuerunt ad ſapi
entes ⁊ timentes deum. Chriſoſt.Abierũt
ad herodianos quale conſilium tales et cõ
ſiliatores. Inito autem conſilio ſic viden
tur in conſilio dixiſſe. vt dicit Chriſoſt.

Nam vnus eoꝝ ſurgens ait. Iſte homo ꝑ
fectus eſt in omni vita ſua.ſoluꝫ em̄ in ver
bo poterimus eū capere. Et iđo ꝓponamꝰ
ei quādam q̄onem q̄ vertitur inter nos.per
plexā valde ⁊ ꝑiculoſaꝫ ſcꝫ an liceat iudeis
cenſum ſoluere ceſari an nō. Quicquid em̄
dixerit erit cōtra ſe Nam ſi dixerit ꝙ liceat
accuſabimus eū plebi qđ cōtra libertatem
populi dei locutus eſt qui miniſtris dei de-
cimas ⁊ primicias ſoluit. et ideo nulli ter-
reno dn̄o eſt in aliquo obnoxius. Io.viij.
Semen abrae ſumus ⁊ nemini ſeruiuimus
vnq̄. Si aūt dicet ꝙ nō licet hoc magis de
ſideramus q꞉ herodiani capiēt eū ⁊ occidēt
Et hoc eſt vt cap.ie.in ſer. Secūdus ſur-
gens ait. Bene dictū eſt ꝑ iſtū quātum eſt
de q̄one ꝓponēda ſed nō eamus nos.⁊ hoc
ꝓpter tria. Primo q꞉ ille homo eſt valde
ſapiēs ⁊ ſi ꝯtingit eū bene ſoluere q̄oem cri
mus cōfuſi. Mittamus ergo diſcipulos no
ſtros.⁊ ſiquideꝫ vicerint nobis victoria im
putabit̃. Si aūt victi fuerint verecūdia e-
rit ſolū eoꝝ ⁊ hēant ſibi. Secūdo q꞉ nos re
putamur docti ⁊ mgr̄i legis. verecūdia er-
go eſſet nobis ꝙ peteremus ab eo. Tercio
q꞉ a nobis ſibi caueret ⁊ crederet nos velle
eum tēptare. a diſcipulis aūt nr̄is ſicut a mi
nus notis nō ſibi cauebit ſed credit eos ſim
plici aīo iuiſſe vt diſcāt ⁊ nō vt decipiant.
Et hoc eſt. Mittūt ei diſ.ſ. Terciꝰ ſurgēs
dixit. Bn̄ dictū eſt ꝑ iſtos ⁊ de q̄oe ⁊ de no
bis nō ituris. Sed ſi ip̄e loquat contra ceſa
rem de tributo quis capiet eū ⁊ ſi loquatur
ꝯtra nos de tributo ſoluēdo qui erūt teſtes
Nobis em̄ non credetur q꞉ ip̄e eſt inimicus
noſter. oēs em̄ ſciūt ꝙ inuidemꝰ ei. n[illegible]
Sciebat em̄ pi.ꝙ ꝑ inui.tra.eum ſu[illegible]
Et ideo mittamus herodianos cū di[illegible]-
lis nr̄is. vt ſi dixerit cōtra ceſarē capiēt eū.
Si aūt cōtra nos ſint teſtes ad plebem. Et
hoc eſt. Cū herodianis. Quartus ſurgens
dixit. Bn̄ dictū eſt ꝑ iſtos ſed ituri ſic hn̄t
facere ſcꝫ placare ip̄m verbis ⁊ cōmendare
eum valde ⁊ de vita ⁊ de doctrina et oſten-
dere ꝙ ſolum cauſa diſcendi venerūt et nō
cauſa temptandi vt ꝑ hec omnia nō caueat
ſibi ab eis. Et hoc eſt. Magiſter ſcimus q꞉

verax es. Quia ea que diſcipuli dixerūt a
magiſtris habuerunt. Omnia ſupradicta
verba dicit Criſ. eos dixiſſe. Et ſic patꝫ ꝙ
prudentia carnis ⁊ mundi que eſt inimica
deo voluit dei ſapiētiam cōprehendere ⁊ de
norare ſed mentita eſt iniquitas ſibi. q꞉ ſa-
piētia dei prudētiam carnis ⁊ mūdi deterit
et cōfudit. ſicut virga moyſi in ſerpētem cō
uerſa deuorauit virgas magorum egypti. ſi
militer in ſerpētes cōuerſas. vt ptꝫ exo.vij
Iob.v. Qui diſſipat cogitatōes maligno-
rum ne poſſint implere manus eoꝝ qđ ce-
perant qui cōprehendit ſapiētes in aſtutia
et cōciliū prauoꝝ diſſipat. Sic diſſipauit
cōciliū achitophel cōtra dauid.ij.re.xvij
Et ſic ptꝫ primū. ¶ Secūdo ponitur dolo-
ſa queſtio quā a xp̄o queſierūt dicētes. ma-
giſter ſcimus quia verax es. Qui vult aūt
capere laqueū tegit. ſic iſti volentes xp̄m de
cipere blanda loquūtur. p̄s. Molliti ſunt
ſermones eius ſuꝑ oleum et ipſi ſunt iacu-
la. Criſ. Hec eſt hypocritaꝝ prima poten-
tia ſimulata laudatio. ſicut qui nō pōt thau
rum viribus ſubiugare manibus fricat eiꝰ
ceruicem. Magiſtrū ergo eū vocant vt eiꝰ
beniuolētiam captent et vt ab eis laudatꝰ
miſterium ſui cordis eis aperiat. Dicūt er-
go. Magiſter ſcimus quia verax es. ſcꝫ ve
ritate vite quo ad teipſuꝫ et veritate doctri
ne quo ad deum. quia viam dei in veritate
doces. et veritate iuſticie quo ad proximuꝫ
quia non reſpicis ꝑſonam hominis. Et at-
tende. ꝙ attribuūt ei quattuor que excellē-
ter ⁊ ſuper omnes homies ei conueniūt.
¶ M. Primū eſt q꞉ magiſter. Ip̄e eniꝫ
ſingulariter eſt magiſter qui docet in celo ⁊
in terra. qui illuminat omēm hominē veni
entem in hunc mūdum. qui omnē diſcipli-
nā adinuenit et antequā naſceretur habuit
cuius ꝓprium eſt docere.io.xviij. Ego ad
hoc natus ſum ⁊ veni in mundum vt teſti.
perhi. veri. ¶ Secūdum eſt quia verax es.
Ipſe em̄ ſingulariter ē verax ſicut ſingula-
riter ē bonus. q꞉ bonū ⁊ verū conuertūtur
vt dicit phus. Luce.xviij.c. Nemo bonus
niſi ſolus deꝰ. Omnis em̄ res ⁊ omis crea-
tura hꝫ aliquē defectū in ſe. ⁊ iđo nulla res



ꝑfecte eſt bona et per ꝯſequēs nec vera. p̄s
Ego dixi in exceſ.m.om.hō mendax. Iteꝫ
ſicut omnis res ꝑficitur a bonitate quā ha
bet vt omnis hō a virtutibus q̄ faciūt ip̄m
bonū. ſic oīs res eſt vera a veritate quā ha
bet. et ideo nihil bonū ⁊ verū ꝑ eſſentiam.
ſed ꝑ ꝑticipatōnem niſi ſolus deus qui eſt ꝑ
eſſentiam ⁊ non ꝑticipatōne bonus ⁊ verꝰ
et eſt ip̄a bonitas ⁊ veritas. Io.xiiij. Ego
ſum via ve. ⁊ vi. Eſt ergo primo verax q꞉
ꝑfectus ⁊ ſine aliquo defectu. Secundo eſt
verax. quia eſt ip̄a veritas ⁊ nō ꝑ aliqđ qđ
faciat ip̄m verum. Tercio eſt verax q꞉ nō
fictus ſꝫ talis intus qualis foris qđ de ho
minibus raro verificatur. Hiere.ix. Om-
nis frater ſupplantās ſupplantabit ⁊ omis
amicus fraudulenter incedet. ¶ Tercium
eſt quia viam dei in veritate doces. ¶ M
¶ Vbi nota ꝙ tripliciter via dei in verita
te docet̃. Primo qn̄ vera ⁊ nō falſa via do
cetur. Et ideo extra verā fidē via dei nō in
veritate ſed in falſitate docet̃. ſicut docēt iu
dei ⁊ ſaraceni ⁊ oēs qui verā fidē non hn̄t
que eſt fundamētuꝫ ⁊ primus gradus vie
dei. ſic̄ habet̃ ad hebre.xj. Credere oportꝫ ac
cedentē ad deū. Et ideo qui in vera fide nō
docēt nunq̄ pn̄t viā dei in veritate docere.
Chriſtus auteꝫ eſt tota fides in qua doceri
oportꝫ ⁊ quā credere eſt neceſſariū. Et iđo
xp̄s vere docuit viaꝫ dei dum ſeip̄m docuit
eſſe oſtiū ⁊ viā ꝑ quā ad deū itur. Ioh.x.
Ego ſum oſtiū ꝑ.m.ſi quis intro.ſal. Secū
do qn̄ id qđ docet̃ ope implet̃. vt ſi p̄dicator
p̄dicat mūdana ꝯtemni debet ip̄e hoc facere
ſi p̄dicat penitētiam debet pn̄iam agere. ſi p̄
dicat virtutes haberi debet ip̄ſe virtuoſus
eſſe. ⁊ ſic de oībꝰ. ⁊ erit doctor verbo ⁊ oꝑe
et lucerna lucens ⁊ ardens. vt io.bap. Sic
docuit xp̄s act.j. Cepit ieſus facere ⁊ doce
re. Sic docuit apl̄s d.ad ro.xv. Nō em̄ au
deo aliud loqui eoꝝ q̄ nō ꝑ me efficit xp̄us.
Tercio qn̄ doctrine q̄ docet̃ deus ꝑhibꝫ te-
ſtimoniū. mar.xvj. Illi aūt ꝓfecti p̄di.vbi.
dn̄o coop.⁊ ſer ꝯfir.ſequē.ſig. Sic doctrine
chriſti deus teſtimoniū reddidit ⁊ verbo et
ſigno. De primo. Math.xvij. Hic eſt filiꝰ
meus dilectꝰ ipſum au. De ſecūdo Ioh.x.

Opera que ego fa.in no.pa.mei hec teſti-
moniū ꝑhibent de me. ¶ Quartū qđ ei at-
tribuūt ē. q꞉ nō eſt tibi cura de aliquo. imo
ip̄e eſt cui eſt cura de omnibus quātum ad
ꝓductionem ⁊ gubernatōem vt d꞉ ſap̄.vj.
quia omnia ꝑ ip̄m facta ſunt. ioh.j. ſed non
eſt ei cura de aliquo vt ꝓpter potētiā diui-
tias vel dignitatē vel qđcunqꝫ aliud nō di
cat verū ⁊ faciat qđ bonū ⁊ iuſtū eſt. ij.re.
xiiij. Eſt eniꝫ dn̄s ſicut angelus dei qui nec
benedictione nec maledictiōe mouet̃. Ma-
lach.iij. Ego dn̄s ⁊ nō mutor. Et hoc ē qđ
ſubdūnt. Non eniꝫ reſpicis ꝑſonam homis
id eſt indiſtincte dicis veritatem maioribus
et minoribus ſine acceptione perſonaꝝ. Ve
riſſime ergo dicūt. Non enim reſpicis per-
ſona hominis. Non enim reſpexit dignita-
tem angelice nature quin eos de celo pro-
pter ſuperbiam ad infernum ꝓijceret. nec
reſpexit paucitatem humane nature quin
duos ſcꝫ virum ⁊ vxorem de paradiſo eijce
ret et morti cōdemnaret ꝓpter inobedien-
tiam atqꝫ gulam. nec reſpexit multitudinē
hominū quin omēs preter octo animas ꝓ-
pter luxuriam in diluuio deleret. nec reſpe-
xit proximitatem generis ſui quin gentem
ſuam propter incredulitatem reprobaret et
in locum eaꝝ gentium populum ſuſtineret
Et ideo recte dicūt. Non eniꝫ reſpicis per-
ſonam hominis. quaſi dicant. Tu nō times
perſonam ceſaris. neqꝫ diuitias vel digni-
tatem eius attendis. Sed habes oculum ſo
lum ad deum ⁊ ad id qđ verum ⁊ iuſtuꝫ eſt
Et ideo de hac queſtione veritatem dices.
Licet cenſum ceſari dare an non. Gloſa.
¶ O. Tripliciter contingit aliquem ve-
ritatem non dicere. Primo ex parte ipſius
docentis. quia ſciliꝫ veritatem non nouit.
vel non amat. Et contra hoc dicunt. Sci-
mus quia verax es. Secundo ex parte dei
cuius timore poſtpoſitio quidam veritatē
de deo quā nouerunt non pure annūciant.
Et contra hoc dicunt. Et viam dei in ve-
ritate doces Tercio ex parte proximi ex cu
ius timore vel amore aliquis veritatem ta
cet. Et cōtra hoc dicūt. Nō eſt tibi cura de
aliquo. ſ. hoie. nō. n. reſpicis ꝑſonā hoīs. cū

ergo ſis verax veritate vite quo ad teipſm
et veritate doctrine quo ad deum et verita-
te iuſticie quo ad proximum. dices nobis de
hac queſtione veritatem ſcz ſi licet cenſum
dare an non. Et ſic patz ſcdm. ¶ Tercio po
nitur digna redargutio quã meruerũt. Et
hoc eſt Cognita aũt ieſus nequicia eorum ait
Quid me temp. ypo. Criſ. Non ſm ſermo
nes eorum pacificos blande rñdit ſed ſm conſci
entiam eorum crudelem aſpa dixit qz volũta-
tibus reſpondit non verbis. Prouer. xxvi.
Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuaz. ne
ſibi ſapiens eſſe videatur. Hiero. Prima
virtus rñdentis eſt interrogãtium mentes
cognoſcere et non diſcipulos ſed temptato-
res vocare qui nõ diſcendi cauſa ſed tem-
ptandi querũt. Criſ. Dixit ergo eis ypocri
te vt conſiderãtes eũ humanorum cordium in
ſpectorem qd facere cogitabant pficere nõ
auderent Vide ergo quod pharisei blandiebãt
vt perderent ſed ieſus cõfundebat vt ſalua-
ret qz vtilior eſt homini deus iratus quam ho-
mo propicius. Prouer. xxvij. Meliora ſunt
vulnera diligentis quam fraudulenta odientis
oſcula. In eodez. xxix. Homo qui blandis
fictiſqz ſermonibus loquitur amico ſuo re
the expandit greſſibus ſuis. Et ideo ieſus a
ſpere eis reſpondit ypocritas eos vocans.
Ypocrita vocatur qui aliud eſt et aliud ſimula
tur. q. d. ieſus Ex quo ego non reſpicio perſo
nam hominis ſed dico de omnibus verita-
tem. et ideo iuſtum ẽ vt primo de vobis an
nũciem veritatez. Et hec eſt veritas de vo
bis quia vos eſtis ypocrite et tota vita vra
ypocriſis eſt et ventoſa. nam mũdatis qd de
foris eſt calicis et paropſidis. intus aũt ple
ni eſtis rapina et immundicia. qui dilatatis
philateria veſtra et magnificatis fimbrias
qui cũ ieiunatis exterminatis facies vras
vt appareatis hominibus ieiunãtis. qui a-
matis in angulis platearũ ſtantes orare vt
videamini ab hominibus qui cum facitis ele
moſinam tuba canitis ante vos vt boni re
putemini. et ideo ſimiles eſtis ſepulcris de-
albatis. que afforis apparẽt hominib9 ſpe-
cioſa. intus autem ple. ſunt oſ. mor. et omni
ſpur. Item eſtis crudeles et oſtenditis vos

miſericordes. quia alligatis onera grauia
et importabilia et imponitis ſup humeros
hominũ. digito aũt veſtro nõ vultis ea tan
gere. deglutiẽtes camelum in factis proprijs
et in alienis calicem colantes. Item eſtis
auari quia comeditis domos viduarum ſimu-
lantes longas orõnes et deci. men. et ci. et a-
netã. et relin. que graui. ſunt legis. miſeri-
cordiam et iudiciũ et irri. fe. man. dei propter
traditõnes vras. Quia ergo ypocrite eſtis
vocatis me veracem magiſtrum ſicut velletis
diſcipuli mei fieri cum alter ſit. Quia vero
eſtis crudeles adduxiſtis herodianos vt ſi
dixero contra ceſarem occidant me. Quia
autem eſtis auari et vultis decimas et pri-
micias integre vobis ſolui mouiſtis qõnez
de cenſu ceſari ſoluẽdo timẽtes ne homies
vtrũqz poſſint facere ſcz decimas et cenſuz
ſoluere. et hec ẽ veritas de vobis et hec vo
bis habeatis Ad qõem aũt veſtrã ſimiliter re
ſpondebo. Oſtendite mihi numiſma cẽſus
hoc eſt genus numi qui pro cenſu ſoluebatur.
Erat aũt numus qui pro decem numis com
putabatur et habebat imaginem ceſaris et
in litteris nomen eius ſcriptũ. Hiero. Om
nes reges romani a primo gayo ceſare qui
imperiũ arripuit ceſares appellabãtur Nu
miſma proprie ẽ ipa exaratio imaginis regie
et ſupſcriptõ nois regis. et ideo im proprie po
nitur hic numiſma. magis aũt proprie ponitur de
narius Et hoc ẽ qd ſequitur At illi obtulerũt
ei denariũ. ſ. qui pro cẽſu ſoluebatur. nõ ãt rõs
fecit ſibi oñdi denariũ. Et de imagine et ſup
ſcriptõne ipos interrogauit quaſi ipm non
cognoſceret qui corda eorum cognouerat. Sz
vt ex conceſſis ab eis proferret ſentẽtiam ve
ritatis vt dicit glo. Et hoc eſt qd ſequitur.
Cuius eſt imago hec et ſupſcriptõ Dicunt
ei ceſaris ſcilicz tyberij ceſaris priuigni o-
ctauiani auguſti ſub quo paſſus eſt domi-
nus. Nam natus eſt ſub octauiano et paſ-
ſus ſub tyberio. Et ſic patz terciũ. ¶ Quar
to autem ſequitur ſentẽtioſa reſponſio quã a
chriſto audierunt. Et hoc eſt. Reddite er-
go que ſunt ceſaris ceſari ſcilicz cenſum et
tributa. et que ſunt dei deo ſcilicz decimas.
primicias et oblationes. Roma. xiij.



Reddite omnibus debitum. cui tributũ tri
butum. cui vectigal vectigal. cui honorem
honorez. Vnde nulli debemus aliquid niſi
ex caritate et ad honorem dei. Vnde dñis
tempalibus debemus tributuz et. vectigal.
quia miniſtri dei ſunt ad cõſeruãdum iuſti
ciam. Ro. xiij. Miniſter eniz dei eſt vindex
in iram ei qui male agit. Et ideo in autori-
tate pdicta ſubdit apſus. Nemini quicquaz
debeatis niſi vt inuicem dili. id eſt cenſus et
tributa ex caritate debent ſolui vt iuſticia
ſeruetur quia ſi dñs iuſticiam nõ ſeruaret.
nec id faceret pro quo tributum eſt impoſitũ
tunc homies predicti ſoluere nõ tenerẽtur.
Sic ergo bona tempalia vt boni diſpenſa-
tores dei tribus pſonis diſpenſare debem9.
Primo nobis et familie noſtre neceſſaria
tribuẽdo. Secundo dñis tempalibus tribu
ta ſoluendo vt pax et iuſticia cõſeruetur.
Tercio ſacerdotibus et religioſis et miſera
bilibus pſonis decimas et elemoſinas dando
vt orent pro nobis et bono ſtatu noſtro et in
eterna tabernacula nos recipiant. Ipſi eñ
ſunt per quos bonus ſtatus et pacificus ter-
rarum conſeruatur. Hic cadit exemplum ſan
cti Ludouici regis francie qui dum repre-
henderetur a baronibus francie quare om
nia daret religioſis et paupibus dixit. Ipſi
ſunt milites regni mei per quos bonus ſta-
tus et pacificus regni mei habetur et cõſer
uatur. quia pugnant orõnib9 fortiſſimo ar
morum genere. Et ideo nullus rex tãta pa
ce potitur vt ego. Propterea propter tribu-
ta et collectas non ſunt elemoſine ſubtrahẽ
de. qd quidam faciũt qui de elemoſinis ele-
uant quod inde collectas et alios ſumptus ſol-
uant. Deberent enim potius malas expen-
ſas quas faciũt moderare. Hic cadit exem
plum cuiuſdam aurige qui cũ haberet cur
rum magis onuſtum propter qd boues non
poterant bene currum trahere. incepit cum
ſecuri eleuare de rotis currus et non de one
re. propter qd currus fractus eſt et remanſit
in ceno. Religioſi enim et alij boni paupe-
res ſunt rote currus totum mũdum trahen
tes. Et ideo non de rotis ſed de pondere de
bent eleuari. alias dictuz verificabitur au-

guſtini quo ait qd non datur xpo datur fiſco
vnde de tali ſubtractione nunquam aliquis ditatus
eſt et gauiſus fuit. Ideo patres noſtri an
tiqui bonis tempalibus abũdabant. qz decĩ
mas et elemoſinas dabant. Sic ergo facien
do ſentẽtiam xpi implebimus vt deo ſua et
ceſari ſua ſoluamus. ¶ Moraliter ad edi-
ficatiõem noſtram hec queſtio cui9 eſt ima
go hec et ſuperſcriptio tripliciter põt intel
ligi. Primo vt ſit queſtio de imagine natu
rali anime ſcdm quã ad dei imaginem ẽ cre
ata. Geñ. j. Creauit deus hoiem ad imagi
nem et ſimilitudinem ſuam. Nam ſicut vn9
eſt deus et tres pſone ita eſt vna eſſentia a-
nime in qua ſunt tres potẽtie ſcz memoria
intelligentia et voluntas. tres pſonas diui-
nas repſentantes. nam pſona patris eſt per
modum memorie omnia cõtinentis et cõſer
uantis. Perſona filij eſt per modum intelli-
gentie omnia cognoſcentis et dirigẽtis. ipa
enim eſt ſapiẽtia patris. Perſona ſpũſſan-
cti eſt per modum voluntatis omia bona a-
mantis. quia ipa eſt amor patris ad filium
et ecõuerſo. Pater ergo debet quieſcere in
cella memorie per iugem recordatiõem bñfi
ciorum dei. filius in cella intelligẽtie per veraz
fidem diuinitatis et hũanitatis ſue. ſpũſſan
ctus in cella voluntatis per amorem pfecto
rum bonorum. Hec ergo imago indubitanter
eſt dei. Et ideo indubitãter anima debz red
di deo Superſcriptio autem dei apparet in
corpore Nam in facie habet homo ſcriptũ
Homo dei. Nam duo oculi ſunt vt duo o.
Supercilia vero vt vnũ m. auris vero vt
vnum d. nares autem ſunt vt vnũ e. os ve-
ro vt vnũ j. Et ſic habes homo dei Eſt ai
tem imago dei in anima et ſuperſcriptio in
corpore et per conſequẽs homo eſt denarius
dei et ſic homo eſt dei in anima et corpe. et
per cõſequens animã et corpus debem9 red-
dere deo. Res autez tempales debemus tri
pliciter diuidere vt dictũ eſt ſupra. Bern.
Deo debem9 totuz et aiam et corpus qz to
tum fecit et refecit ¶ Secundo vt ſit qo de
interiori imagine viciorũz acquiſita. Nam
ſm diuerſa vicia homo in diuerſa aĩmalia
transfiguratur. Boetius libro. iiij. pſa. iij.

Euenit igitur vt quē transformatū vicijs videas hoīem eſtimare nō poſſis. Auaricia feruet alienaꝝ opum violentus ereptor. lupꝰ ſimilem dixeris. Ferox atqꝫ inquietus linguā litigijs exercet canibus comparās. Inſidiator occultus fraudibus ſubripuiſſe gaudet. vulpeculis exequetur. Ire intem perans fremit. leonis animā geſtare credat. Pauidus et fugax non metuēda formidat ceruo ſimilis habeatur. Segnis ac ſtupidꝰ torpet aſinine viuit. Leuis atqꝫ incōſtans ſtudia pmutat. nihil ab auibꝰ differt. Qui fedis immūdiſqꝫ libidinibꝰ immergitur ſordide ſuis voluptate detinet. Ita fit vt qui pbitate deſerta homo eſſe deſierit cū in diuinam conditionē tranſire non poſſit vertatur in beluā. ps. Homo cū in hono. eſ. non intelle. compa. eſt iu. inſi. Peccator eniꝫ eſt illa beſtia quā vidit ioh. in apoc. xiij. d. Vidi de mari beſtiam aſcēden. ha. capi. ſep. et cor. decem. Septem capita habet peccator quādo ei ſeptem peccata mortalia dn̄antur. Decem vero cornua habet qꝛ p elationem decem pcepta pcutit ꝛ frangit. Admirans ergo deus de imagine dyaboli ꝛ vicioꝝ poſita in tēplo ſuo et de ſua imagine ſic turpiter fedata ꝛ transformata ait. Cuius ē imago hec. Treñ. iiij. Denigrata eſt ſup carbones facies eoꝝ. Nau. ij. Facies omniū ſicut nigredo olle. q. d. In peccatore nihil appa ret de imagine mea ſed eſt ibi imago dyaboli tenebroſa. Et ideo in tenebras ad dyaboli pijciat. math. xxij. Ligatis ma. ꝛ pe. mit. eū in te ex. ¶ Tercio vt ſit queſtio de exteriori imaginē ſupinducta. Mulieres em̄ ſu pinducūt ſibi diuerſas imagines in facie in capillis ꝛ in veſtimēto ꝛ in toto corpe. q. d. dn̄s. O mulier vana cuiꝰ ē imago hec quā iam tibi feciſti. Certe nō mea. qꝛ feci te brunā et tu feciſti te alba. feci te pallidam. ꝛ tu feciſti te rubeā. feci te capillis nigris. et tu portas glaucos. feci te nudā. ꝛ tu habes veſtem ſtragulatā ꝛ gēmis ꝛ auro ornatā. In quibꝰ oibus magnū pccm̄ eſt. Chriſ. Mulier ſi ſe ornauerit ꝛ aſpectū hoīs in ſe puocauerit. et ſi nullū dānum intulerit vel plagam. vindictā tñ exoluet extremā. et ſi nullus inuētus fuerit qui biberit venenum tñ infundit. Ibidem. Quid dicemus de feminis que coloribus et ſupſcriptiōibus corrūpunt facies ſuas in perniciem incōtinētium iuuenū. Ciprianus. Serico et purpura indute chriſtum induere non poſſunt. auro et margaritas ornate ornamenta cordis ꝛ pectoris perdiderunt. ¶ M. Primam auteꝫ imaginem qua ad dei ſimilitudineꝫ facti ſumus diligenter debemus attendere propter quinqꝫ. Primo vt cognoſcentes nos ad imaginem dei factos. vehemēter eum diligamus. propter quā imaginem facti ſumꝰ filij dei qd̄ alijs creaturis pter angelos nō competit. Ioh. j. Dedit eis poteſta. fi. dei fi. Et vide immenſam grām et dei caritatē. Et quia primo fecit nos ad imaginem ſuā. Et quia per hanc imaginem nō eramus ei ſimiles niſi in anima voluit ipſe totam naturaꝫ noſtram aſſumere et animā et corpus vt p omnia ei ſimiles ei eſſemus. Phil. ij. In ſimilitudinem hominū factus et ha. inuen. vt homo. Ioh. j. Verbum caro factuꝫ eſt. Secūdo vt in ipſa imagine diuina opa ſpeculemur. quia in ipſa eſt lumen diuini ꝛ lumen rationis. ps. Signatum eſt ſup nos lumen vultus tui dn̄e. In quo diuina opera ſpeculari ꝛ contemplari debemus. Ex qua contemplatiōe inducimur ad gratiaꝝ innumerabiles actiōes. quia innumerabiles gratias videbimus nobis factas ꝛ futuras. ¶ Tercio vt cognoſcentes ipſam eſſe imaginem dei. in qua tota nobilitas nr̄a conſiſtit et ſummū bonū nr̄m ipam mūdaꝫ ꝛ immaculatā ſeruemꝰ ꝛ ei debitā reuerētiaꝫ faciamus. Exēplū ſic̄ pulcra mulier vxor magni dn̄i ſummope ſtudꝫ ſuā pulcritudinē ſeruare ne ɔtemptui habeat. ſic aīa ſponſa xp̄i debet facere. Si em̄ nephas ē imaginē vginis et crucifixi mortuā in lutū pijcere qn̄to magis imaginē dei viuā. eccl. x. Fili in mānſuetudine ſerua. aiaꝫ t. ꝛ da illi honorē ſm meritū ſuū id eſt ſm dignitatem ſuā. ¶ Quarto vt in ipa oēs defectꝰ nr̄os ſpeculemur ꝛ amoueamꝰ. Ipſa enim eſt ſpeculum omīa repſentans quia in ipſa eſt regula omnis rōnis p quā omnia moderare debemus. Hiere. xxxiij. Statue tibi ſpeculū. Exo. xxv. Omnia fac ſcd̄m exemplar qd̄ ti. in mō. mō. eſt. Quinto vt in ipſa cognoſcētes deo nos eſſe ſimiles in natura. ſtudeamus ei ſimiles eſſe in gloria. j. Io. iij. Cariſſimi nunc filij dei ſumus ſed nōdum apparuit quid erimus. cū autem apparuerit ſimiles ei erimus. Hoc auteꝫ deſideriū eſt ſup omnia naturaliter nobis inſitum. Naturaliter enim deſideramus ſummū ꝛ pfectum bonū qd̄ tunc erit. nec vnquā niſi illo habito quieſcere poſſumus. Augꝰ. Feciſti nos dn̄e ad te. ꝛ inquietū cor. no. do. requi. in te. ¶ Secūdam imaginē ſcꝫ vicioꝝ ꝛ dyaboli debemus diligēter attendere vt ipſam de anima noſtra ſcꝫ camera trinitatis omnino pijciamus. alias erimus cōfuſi in ppetuū et eternis ſupplicijs deputati. Exemplū ſicut ſapiens mulier habens amaſiū in cella nititur eum emittere ne depbendatur ꝛ ɔfundatur et comburatur. Sic anima ſponſa xp̄i dyabolum amaſiū ſue aīe debet foras mittere cū ydolis vicioꝝ. Benignus eſt eniꝫ deus vt recipiat animā ſponſam ſuam poſtqꝫ mechata fuerit. Hiere. iij. Tu fornicata es cum ama. mul. tñ reuer. et ego ſuſci. te. ¶ Terciam imaginē ſcꝫ exteriorem ſupinductam debemus diligenter attendere qꝫ ſit ɔtemptibilis ꝛ abiecta. Nōne cōtemptibilis eſt illa pulcritudo que ex pellibus muriū ꝛ ſtercoribus vermiū cōſurgit et ex quibuſdam loturis ſſlatur. In quo facto homo oñdit paupꝫtatem ꝛ confuſionem ſuam. qꝛ querit a creaturis iuuari in pulcritudinem tanqꝫ ipam a ſe nō habeat. Veſtes em̄ date ſunt homini poſt peccatum ad cōfuſionē ſuam qui primo erat nudus ꝛ veſtiebatur candore vt lilium. Ber. Qui gloriatur de veſte ſimilis eſt furi qui de cauterio gloriatur. Reddit etiaꝫ mulier ſe valde ſuſpectam in ſupfluo veſtium ornatu. quia nō videtur hoc facere vt a viro ametur ſꝫ ab alijs quia p totam ſeptimanā in qua ab alijs nō videtur ſed ſolum a viro non curat ſe ornare. Hic cadit exemplum de galla filia conſularis. de qua grego. dicit in dyalogo. qꝫ dum moleſtaretur a parētibus vt acciperet virum dicentibus medicis qꝫ niſi hoc faceret barbam eſſet habitura reſpōdit. Propter barbam nec placeo nec diſpliceo ſponſo meo chriſto. Et ideo de ipa nō curo. Et ppterea que intendit ſolo viro placere nō curat ſe ornare. ¶ In fine autem nota qꝫ cum homo ſit denarius dei vt dictuꝫ eſt. ea que ad bonum denarium requirūtur. ad bonum hominē requirūtur. Sunt autē ſex que ad bonū denarium requirūtur. ¶ Primum eſt ſignum ſiue imago quia denarius non curatur niſi ſit ſignatus. ſic homo non habens dei imaginem memoriā ſcꝫ beneficioꝝ dei. intelligētiam veroꝝ. et amorē dei et proximi in voluntate non curatur in eccleſia dei nec aliquid valet. Secūdum eſt ſupſcriptio. Debet eniꝫ in anima hominis eſſe ſcripta lex nature vt qd̄ tibi vis ne fiat alijs feciſſe caueto. et quecūqꝫ vultis vt fa. vo. ho. et vos fa. il. Math. vij. Item precepta decalogi ꝛ articuli fidei. quia vt dicitur. j. co. xiiij. Qui ignorat ignorabit̄. Tercium eſt pondus. Nam ille denarius bonꝰ eſt qui in ſtatera deſcendit. Hoc pondus facit humilitas in anima. Luce. j. Reſpe. hu. an. ſu. ps. Reſpexit in orōnem humilium. Quartum eſt inflexibilitas. Non enim bonus eſt denarius qui de facili plicat̄ et frāgitur. ſic nec homo inſtabilis qui vtitur ad omnē ventum et p omnē tribulatiōem frāgitur. Cōtra qd̄ dr̄ eccī. xv. Firmabitur in illo et non flec. Math. vij. Deſcendit pluuia. venerūt flumina. flauerūt venti. et irruerunt in domū illam et non cecidit. Quia nec pluuia carnalis concupiſcētie. nec flumina tribulationū nec venti honoꝝ poſſunt hominē conſtantem euellere. Quintum eſt dulcis ſonus. ſic ꝛ homo quādo loquit̄ verba dei. j. pe. iiij. Si quis loquitur quaſi ſer. dei. Quia vt dr̄. j. co. xv. Corrūpūt bo. mo. col. pra. Sextum eſt integritas denarij. qꝛ non placet deo qui diuiſus eſt et ptem de ſe dat dyabolo et mūdo ꝛ pteꝫ deo. iij. re. xviij. Uſqꝫ quo claudicatis in d. p. Oportꝫ ergo qꝫ homo ſit integer totꝰ dei ꝛ in fide ꝛ operibus. Iaco. ij. Si quis totaꝫ le. ſer. offen. aūt in vno fa. eſt om. reus. ¶ Item in hoc euāgelio quinqꝫ exēpla ſalutaria habemꝰ.

Primū eſt vt omēs et marime ſerui dei
vndiq3 ſibi caueant ⁊ ab omnibus.quia fi
lius dei qui peccatum non fecit fuit multi
pliciter obſeruatus ⁊ infamat⁹. Unde illa
ſancta animalia p̄ que viri ſancti deſignan
tur.de quibus dr̄ ezech.j.habebant oculos
an̄ ⁊ retro.⁊ vn.er.ple.Eph.v.Uide.quo.
cau.am. Secundum eſt vt verba noſtra
potiſſime moderemur.quia verbum dei qḋ
errare non pōt in verbo conati ſunt capere
ps.Poſui ori meo cuſ.cū conſi.pec.aduer.
me.Sen̄. Taciturnitas homini ſtulto ꝓ ſa
piētia eſt. Tercium eſt vt adulatoribus
dure ⁊ aſpere reſpondeamus. Ipſi em̄ ſunt
ſyrene que faciunt ſubmergi nauem. Ipſi
ſunt apes que portāt mel in ore et retro pū
gunt. qui ut ſcorpiones nos venenare vo
lunt. Aug⁹. Duo ſunt genera pſecutoꝝ vi
tupantiū ⁊ adulātium. Plus pſequit̄ lin
gua adulatoris q̄ȝ gladius interfectoris.
Quartū eſt vt nec timore nec amore p̄ce
vel muneribus a veritate declinemus.quia
xp̄us dixit de omnibus ⁊ ꝓ omnibus veri
tatem. Gal.i. Si adhuc hominibus pla.
ſer.xp̄i nō eſ.Exo.xxiij. Non ſequeris tur
bam ad faciēdum malum. Quintum eſt
vt imaginem regis ⁊ ſupſcriptiōem diligē
ter attendamus anteq̄ȝ de ipſa ſentētiemus.
quia deus ſolus intuetur cor. Nos autē iu
dicare habemus ſcd̄m ea que foris patent.
Et ideo iudices ſcd̄m allegata iudicare de
bent vt d.aug⁹.Et ſic pt3 totū de euāgelio.

De epiſtola ſermo. CXI.

IMitatores mei eſtote fratres
et obſeruate eos qui ita ambu
lant ſicut habetis formam no
ſtram. Phil.iij. Hec eſt ſecū
da ps totius narratōnis iſtius
eple ad phil. in qua poſtq̄ȝ inuitauit phil.
ad conſtātiam contra pūerſitatem doctrine
pſendo apl̄oꝝ ſubiūgit inſtructiōem ad cō
ſtantiam cōtra pūerſitatem vite ne ſc3 exē
plo illoꝝ corrūpantur. De his em̄ duobus
debet doceri populus ſc3 de doctrina fidei
et bonitate opis. In hac igitur epl̄a quat
tuor facit apl̄us. Primo eni3 inuitat phil.
et nos cū illis a ſui et ſibi ſimiliū imitatōȝ
In principio epl̄e Secūdo reuocat eos ab
imitatōne vite pſeudo apoſtoloꝝ oſtendēdo
eoꝝ malam cōuerſatōnem.ibi.Multi enim
ambulant quos ſepe dicebā vobis. Tercio
vt ipſum ſequātur oñdit ſui ⁊ ſuoꝝ celeſtē
cōuerſatōnem ibi. Noſtra aūt ꝯuerſatio in
celis eſt. Quartō quaſi cōcludēdo exhorta
tur eos in dn̄o ad bonoꝝ opeꝝ pſeuerātia3
ibi. Itaq3 fratres mei cariſſimi ⁊ deſi.⁊c̄.
In prima ergo pte inuitat apl̄us phil.
et nos cum illis ad ſui ⁊ ſibi ſimiliū imita
tōnem dicens. O fratres eſtote imi.m.ſ.in
pfecta fide ⁊ bonis opib⁹.j.Coꝛ.iiij. Imi
tatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i.Et obſer
uate id eſt diligenter inſpicite vt imitemini
eos qui ita ambulant ſicut ⁊ nos ſc3 in fide
et dilectōne id eſt nō ſolū me imitemini ſed
et eos qui ita ambulant ſicut ⁊ ego Sicut
habetis formā noſtram id eſt ſicut habetis
formā vite noſtre impſſam in vobis tanq̄ȝ
imaginem ⁊ exemplar. Prelati em̄ debent
eſſe forma ⁊ exemplar ſubditoꝝ.j. Thi.iiij
Eſto exemplū fideliū in verbo in cōuerſa
tiōe.in caritate in fide in caſtitate. R.
Ubi nota ꝙ apl̄m ⁊ ſui ſimiles imitari de
bemus in ſeptem. Primo in fidei veritate
et viuacitate vt ſc3 veram fidem ⁊ viuam
habeamus qḋ tunc eſt qñ fidem quā credi
mus p̄ opa oſtendimus. Eſt em̄ verū vt di
cit phus adequatio rei ad intellectū. Ja.ij
Oſtendas mihi fi.tu.ex opibus. Jo.xiiij.
Qui credit in me opa que ego fa.⁊ ip.fa.
Quādo enim fides ſine opibus eſt tunc eſt
mortua ⁊ falſa. Ja.ij. Fides ſine ope.mor.
eſt. Fidem viuā ⁊ veram hebuit apl̄us qui
dicit ad gal.ij. Qḋ autem nūc viuo in car
ne in fide viuo filij dei. Ille viuit in fide
qui opa viua in fide facit. Qui aute3 mor
tua opa facit in fide id eſt peccata non vi
uit in fide. Secundo in vere ſpei firmitate
vt ſc3 firmiter cōfidamus in deū et non in
bonis mūdi nec in pprijs viribus nec in cō
ſanguineis ⁊ amicis quia omniū iſtoꝝ ſpes
vana eſt. Yſa.xxxvj. Ecce cōfidis ſup ba
culu3 arūdineū ſup egyptum cui cū innix⁹



fuerit homo cōminutus intrabit in manu3
eius et pforabit eam. Egyptus que interp̄
tatur tenebra ⁊ cōfuſio ſignat mūdum et ea
que ſunt in mūdo. Spem veram habebat
apl̄us qui dicit ad phil.iiij. Omnia poſſ.in
eo qui me confor. Et ad hebre.vj. Quā ſic
anchoram habemus firmā. Sicut enim an
chora tenet nauē ne a pcellis ſubmergatur
ita ſpes tenet nauē penitētie ne a tribulatō
nibus ſubmergat̄ Quia vt dicit gre. Spes
illius boni ad qḋ intendimus quicquid in
via cōtigit gaudere debemus. Tercio in p
fecta dei ⁊ ꝓximi caritate vt ſc3 deum ſup
omnia diligamus ⁊ ꝓximū ſicut nos. Lu.x
Dili.do.de.t.⁊c̄.⁊ ꝓxi.t.ſicut teipm̄. Hanc
pfectam caritatem habebat apl̄us qui ait
ad ro.viij. Quis me ſepabit a caritate xp̄i
tribu.an an.⁊c̄ Certe nihil. Cert⁹ eni3 ſum
quia neq3 mors neq3 vita ⁊c̄. Item.ij.co.
xj. Quis infir.et ego nō infir. quis ſcan.et
ego nō vror. Quarto in magne prudentie
pſpicuitate. Math.x. Eſtote prudē.ſic ſer.
Sicut em̄ ſerpens in vno arto foramine ſe
ponit vt veterē pellem deponat.ſic ⁊ nos de
bemus in arto foramine penitētie ponere ⁊
pellem veteris cōuerſatōnis deponere. He
bre. Deponite vos priſtinā conuerſatōnem
veterem hoiem. Item ſicut ſerpens vnam
aurem cauda obturat ⁊ aliam in terram fi
git ne audiat vocem incātantis ita nos ne
perſuaſionē dyaboli audiam⁹ debem⁹ vna3
